
NAZIONALE
VITT. EMANUELE
13
25 A
3

D. N.

MELCHIORIS KLING IVRECONSVLTI CLARISSIMI, IN QVATUOR

Institutionum Iuris Principis Iustiniani libros Enarrationes, de integro in gratiam studiosorum, & praxim Forensem sectantium,

ab ipso Authore recognitæ, ac multis libellorum actuúmque Iudicialium formis auctæ.

Priori æditioni, præter quàm quòd à multis est repurgata mendis, accesserunt quoque opportunis locis additiones luculentissimæ, studiosis Iuris haud parùm profuturæ,

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.





LVGDVNI,
APVD HÆREDES IACOBI IVNTÆ.
M. D. LXVI.

INCLYTO REGI, ET EXCELLENTI VIRTVte præſtanti, Domino Chriſtiano Regi Danorum, Vandalorum, & Gotthorum, Duci Sleuicenſi, & Holſatẽſi, &c. Principi Clementißimo. S. D.

Melchior Kling, Iuris vtriuſque doctor.

* * *



VANTVM vitæ humanæ bonum, quantum decus ac præſidium ſint leges, politicus ordo, & Imperia, prudentes aliqua ex parte æſtimare poſſunt: magnitudo verò horum cœleſtium munerum pro dignitate verbis explicari non poteſt. Sed hoc infixum eſſe animis omnium oportet, quod & veriſſimum eſt, & multis illuſtribus teſtimoniis confirmari poteſt, ſocietatem ciuilem, qua nihil pulchrius, dulcius, aut vtilius in vita cogitari poteſt, non temere & caſu, aut propter neceſsitatem conflatam eſſe, ſed ſingulari Dei conſilio, atque ope conſtitutam, qui & religionis veræ doctrinam humano generi tradidit, & imperia, legéſque impoſuit, vt iter ad cœleſtem, perpetuámque vitam monſtraret, interim verò pacem in terris muniret, & effrænes hominum cupiditates, & furores coërceret. Quanquam autem conſtat, Deum eſſe authorẽ harum maximarum rerum, & vtilitates infinitæ ſunt in conſpectu (nam ſi vagarentur homines vt beſtiæ, ſine cœtibus, ſine legibus, ſine imperiis, ſine certis ſedibus, ſine ciuitatibus, qualis eſſet vita, quæ procreatio aut natorum educatio?) tamen ineſt in hac imbecillitate naturæ humanæ quædam contumacia, quæ vincula religionũ, Imperia ac leges ægrè patitur. Ideo magna pars hominum: quadam Cyclopica immanitate excutit religiones, leges tanquam iniuſtum carcerem odit, Imperia verò putat vi conſtituta eſſe, ſine Deo. Deplorãda

quidem est hæc humanæ naturæ infirmitas, sed non propterea abiicienda cura bonis, & gubernatoribus retinendarum rerum bonarum, imò hanc ipsam ob causam reges impositi sunt generi humano, vt cum illis Cyclopibus decertent, vt religiones, leges, iudicia, bonos mores tueantur, & aliquos ciues ad virtutem inuitent, reliquorum iniustos impetus reprimant. Nec noster ordo deesse honestis consiliis bonorum Principum debet, tueamur leges in iudiciis, in deliberationibus, in scholis hæc nostra militia nonnihil ad morum gubernationem, ad pacis conseruationem conducit. In hoc honesto curriculo cùm & ego, Dei benignitate, mediocriter verser, & nonnihil laboris in iudiciis & deliberationibus sustineam, tamen scholasticas operas adiungo, quod veteres etiam nobilissimos viros, Scæuolam, Crassum, Sulpitium, & alios fecisse audimus. Et posteà Irnerius, cùm diu Italiam gubernasset præcipua authoritate, tamen senex in schola docuit. Ac sæpe mihi cogitanti, præsertim his turbulentis temporibus, de Germania, tantisper videtur mansura mediocris forma Reipublicæ, donec florebunt hæc legum nostrarum studia, & earum voce iudicia, curiæque regentur. Scripsi igitur Enarrationem Institutionum, quas optimo consilio Imperator Iustinianus edi curauit, hanc meam lucubrationem potissimum Regiæ M.T. dedicandam esse censui. Videmus enim & in interiori vita mores tuos castissimos & honestissimos esse, maximéque legibus congruentes, & in gubernatione, ac iudiciis iustitiam à te constantissimè coli. Sciebam autem tibi tali Principi legum amanti etiam hoc genus scriptorum non ingratum fore. Huc accedit, quod iudicium tuum cognoui de nostro studio, cùm mecum ageres de iuris interprete in Academia tua, ac ostenderes te hoc agere, vt ex hoc fonte iuris æquissimi, videlicet ex veteri sapientissimorum gubernatorum doctrina, quam profitemur, riui aliqui in vestras leges & regiones deducerentur. Cum igitur de nostris studiis præclarè sentias, edidi auspicio nominis tui hanc Enarrationem, & vt R. M. T. officium meum boni consulat rogo: nam doctrinæ genus probari tibi non dubito. Et si enim non omnes gentes Romano Iure vtantur, tamen iudicium tuum congruere cum summis viris animaduerti, qui Rempub. non solis arbitriis magistratuum, sed scriptis legi

legibus regendam esse censuerunt. Cum aliquandiu Attica ciuitas,& posteà Romana sine scripto iure fuissent, vtraq; magnis motibus ac procellis hanc ipsam ob causam quassata est: quia ciuium controuersiæ non scriptarum legum æquitate, sed incertis potentum voluntatibus iudicabantur. Qua in re quantum sit periculi,& si communis vita docet, tamen & verba Aristotelis in tertio Politicorū digna memoria admonent, quæ, quia sententiam gratissimam continent, adscribam: Qui legem vult præesse, videtur summam potestatem Deo & legibus commendare: qui verò humano arbitrio tribuit imperium, adiūgit & belluam. Nam cupiditas belluæ similis est, & iracundia gubernatores deprauat, etiam si sint alioqui viri boni. Sed lex est mens sine cupiditate, sine perturbatione atque affectu. Fauebit igitur R. M. T. huic honestissimæ ac salutari doctrinæ,& vt Alexander Seuerus Imperator, obiecta toga sua Vlpianum Iurisconsul. aduersus iratos milites tuebatur, ita legum te doctrinam authoritate tua defendere gloriosum tibi, vereq; regium existimato. Bene valeat R.M.

T. Die sancto Pentecostes, qua memoria celebratur legis scriptæ de cœlo traditæ, ac legis accensæ in cordibus Apostolorum dato Spiritu Sancto, Anno 1542.

RERVM, AC VOCVM MEMORABI-
lium, in toto hoc opere contentarum, Index locupletissimus.



Actio

Argu

&

Matres

Mul

c 5 Sepul

Testam

FINIS.


D N. MELCHIORIS

KLING, Iureconſ. Clariſ. in Librum primum Inſtitu. Imperialium Enarrationes.

De Iuſtitia, & Iure. Tit. I.

SVMMARIVM.

1 *Tyronibus iuris ab Inſtitutionibus incipiendum.*
2 *Inſtitutionum liber circa quid verſetur, & quo ordine in illo exponendo ſit vſurus.*
3 *Iuris definitio, eiuſdem definitionis expoſitio.*
4 *Dictionis, Iuris, varia ſignificatio.*
5 *Ius artem eſſe, contra quorundam opinionem defenditur.*
6 *Ius duplex: publicum, & priuatum.*
7 *Ius publicum quid ſit.*
8 *Ius priuatum quid ſit.*
9 *Iuris naturalis definitiones ab Imperatore & Canoniſtis poſitæ, non ſunt ſufficientes, ac abſolutæ, & nu. 10.*
11 *Iuris naturalis perfecta definitio, eiuſdémque declaratio.*
12 *Ius naturale quomodo diuidatur.*
13 *Præceptorum, ſiue ſententiarum ex iure naturali manantium, enumeratio.*
14 *Ius naturale nullas habet cauſas.*



ICVT in omnibus facultatibus, & artibus, neceſſariò conſtitutum eſt, vt incipiẽtibus tradãtur prima principia illius artis, †ita quoque iure cautũ eſt, vt diſcipuli Iuris primũ omniũ audiant Inſtitutiones. §. diſcipuli. in proœ. ff. & §. his igitur. j. de iuſt. & iu. Cùm autẽ †totus liber Inſtitutionũ verſetur circa ſimplices voces, eáſque Dialectico & Methodico ordine tractet, vt definiẽdo, diuidẽdo, &c. Nos quoque eum ordinem ſequemur. Primùm autem explicabimus nomen generis Ius, vt adoleſcentes nõmen artis, in qua verſantur, intelligere poſſint. 1 2

Eſt itaque † Ius, de quo hîc loquimur, nihil aliud, quàm 3

ars boni & æqui, iustum ab iniusto discernens. l.j.ff.de iust. & iure. Hæc definitio sumpta est ab officio: officium enim iuris est, iustũm ab iniusto discernere. Dico autem in defini-
4 tione, de quo hîc loquimur. quia † nomẽ ius est æquiuocum; interdum capitur pro iustitiæ executione, sicuti dici solet: Quod iustitia iubet, ius exequitur: vt cùm delinquentes puniuntur, fit executio iustitiæ. Interdum autem capitur pro facultate, vt cùm dico: Dominiũ est ius, seruitus est ius, vsucapio, obligatio est ius, &c. Et de hoc iure nos hîc non loquimur: quia genus hoc casu non potest esse ars, sed facultas, exercitium, siue executio: & tum nomen iuris, propriè est relatio, & non qualitas. Igitur nos capimus ius hîc pro arte quadam, quæ traditur, & docetur: & hoc casu est in prædica-
5 mento Qualitatis, consistens scilicet in intellectu. Et † licet quidam soleant contẽdere, ius non esse artem, sed prudentiã, propterea quòd Methodicè tradi non possit: nos tamen tenemus cum Iurisconsulto, qui dicit ius esse artem, contra illorũ opinionẽ quorũ ratio non est vera. quia tam ius Methodicè tradi potest, quàm vlla alia artium. Si enim Methodicè tradi, significat per locos Dialecticos duci, vt definiendo, diuidendo, quærere causas effectus, cognata, & pugnantia, vt vult Aristoteles, certè nomẽ artis nulli professioni ita conuenit, quam iuris, cùm hoc perpetuò versetur circa definitiones, diuisiones causarum, effectuúmque inquisitiones. Ergo concludimus, Iuriscõsultum optimè definiuisse ius per artem. Reliquæ partes definitionis differentiæ sunt, quibus ius secernitur à reliquis speciebus artis, nec opus habẽt ex-
6 plicatione, sunt enim facillimæ. Est autem † ius duplex, publicum, & priuatum. l.j.§. huius studij.ff.de iusti. & iure.
7 Ius publicum † est, quod in publicis personis cõsistit, quales sunt magistratus, & sacerdotes, in qualibet sui parte, publicam vtilitatem respiciens: & continetur partim in primo libro.ff.veteris, in fine, & in principio secundi libri. Item in principio x. xj. & xij. C. Huc quoque refert Edicta imperialia, in comitiis promulgata. Item Bullam auream Caroli iiij. & similia.
8 Ius priuatum † est, quod ad singulorum vtilitatem spectat. d.l.j.§. huius autem studij.ff.de instit. & iure. Et hoc est triplex, Naturale, Gentium, & Positiuum.

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. d. §. ius

De varia iuris significatione copiose Ioã. Andr. in nouellæ sua exordio ad regulas iuris.

Quid sit aliquid Methodicè tradi.

Ius publicum quid differat à munere & honore publico, colligere potes, ex tractat. de muner. & hon.

De iure publico, text. in l.j. de iust. & iur. & in l.j.§. nunciatio fit. et §. Sextus Pedius. de noui ope. nũti. Ad ius publicũ

§.ius nat.hîc tit.nostro. Sed†hæc definitio non videtur esse 9
sufficiens:complectitur enim ea tantùm,quę nobis cum pe-
cudibus sunt communia:qualia sunt maris & fœminæ con-
iunctio,sobolis procreatio, & educatio, violentiæ per vim
repulsio,&c. Alia autem,quæ iuris naturalis sunt maxima,
hæc definitio non cōplectitur:qualia sunt, Deum colere,pa
rentibus & patriæ obtēperare, & sic cōseruare communem
societatem. Hæc,& similia natura non docet animalia,ideo
solet alia definitio à Canonistis tradi,in princ.j.dist.quæ ha
bet ius†naturale est,quod in Lege & Euangelio cōtinetur, 10
quo quisq; iubetur alij facere,quod sibi vult fieri. Hanc defi
nitionem si quis simpliciter intelligat, scilicet ius naturale
nihil aliud esse,quàm quod in Euangelio traditum sit, & sic
idē esse ius naturale & Euangeliū,longè erraret, licet enim
vtrūque sit ius diuinū,sunt tamē diuersissima.Nam ius natu
rale proponit de Deo thesin, id est,in genere, siue cōmunē
propositionem,ꝙ scilicet sit aliquis Deus,quē colamus,non
tamen addit quis ille sit,& qua ratione sit colendus: quare
etiam variæ opiniones à gētibus de Deo cōceptę sunt.Euā-
gelium autē trāsit ad hypothesin,& subsumit illā cōmunem
thesin iuris naturalis,quæ habet Deum colendū, exprimens
Christū esse illū Deum,& docet quibus modis sit colendus:
quare iste intellectus est falsissimus.Potest tamē illa defini-
tio quoq; defendi,nempe quòd illic per metonymian con-
tinens capiatur pro contēto siue totū pro parte.q.d.ius na-
turale est,quod in Euāgelio continetur, in illa scilicet parte
scripti Euangelij,qua quis iubetur alij facere,quod sibi vult
fieri. Et hic intellectus ex ipsis verbis textus colligitur, ita
enim sonant verba: Ius naturale est,quod in Lege & Euan-
gelio cōtinetur,quo quis iubetur alij facere, quod sibi vult
fieri:& sic Emphasis est in dictione quo.Idē habes in princ.
dist.v.Et hæc definitio est quidē bona secundum posteriorē
intellectū,non tamen est absoluta. Addenda est ergo tertia
definitio quæ videtur esse aliquanto perfectior.Ius†natura 11
le sunt cōmunes sententiæ, mentibus hominum naturaliter
inscriptæ, optimam, & absolutissimam viuendi rationem
proponentes, vt colligitur ex cap.Ius naturale.j.dist.Genus
istius definitionis est,communes sentētiæ: totum enim ius
naturale sub breuibus aliquot sentētiis comprehenditur,de
quibus infrà.Et sic hæc definitio sumpta à partibus & effe-

pertinēt talia sacra talesq; magistratus, & factio test.l.testamēti factio. de testa.

Cicer. lib.j. de legib. Itaque ex tot generibus nullū est animal præter hominē quod habeat notitiā Dei: de ipsisq; hominibus nulla gens est, neq; tā immansueta, neq; tā fera, quæ non etiam si ignoret quale habere Deū deceat, tamen habē dum sciat.

Ci.e.li. Nihil est profecto præstabilius,quam planè intelligi nos ad

Iustitiam esse natos, neque opinione, sed natura constitutū esse ius. Innumerabilia ex eo. li. ad hanc rem colliges. Tot' enim eò spectat, & hinc sumenda sunt quæcunque ad hanc causam tibi facere videbuntur.

ctu illarum partium. Dico, mentibus hominum naturaliter inscriptæ: quia statim cùm nascimur, illæ sententię tanquam paruæ notitiæ nobiscum nascuntur: cœpit enim hoc ius ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed immutabile semper permanet: vt in princ. v. dist. Nec refert quod plerique homines non depræhendant illas sentētias, præsertim maiores, in animis eorū scriptas esse: quia hoc ius latet in quibusdam, sicuti ignis in silice, qui non apparet, nisi excutiatur. Ita quoque quædam præcepta iuris naturalis in animis nostris latent, donec ab hominibus prudentibus excutiantur.
12 Est autē † ius naturale duplex, secundum quosdam, ius naturale primæuum, & ius naturale secundarium.

Ius naturale primæuum dicunt esse id, quod suprà definiuimus, quod scilicet cum ipsa rerum origine cœpit. Ius verò naturale secundarium dicunt esse ius gentium, de quo infra. Et Philosophi ferè in hunc modum solent de iure naturali disputare, quòd scilicet ius naturale, & gentium, accipiunt pro eodem. Sententiæ † verò, siue præcepta iuris naturalis primæui, de quibus suprà fecimus mentionem in definitione, hæc solent connumerari.

13

Præcepta Iuris naturalis Primæui.

I. Deum colere

II. Parenti & patriæ obtemperare, & sic conseruare communem hominum societatem.

III. Neminem lædere. l. iij. ff. eod.

IIII. Per mutuam, & voluntariam communicationem, rebus communiter vti.

V. Maris & fœminæ legitima coniunctio.

VI. Liberorum successio, scilicet quo ad carnis propaginem: non enim potest intelligi de successione in bonis hæreditariis, quia illa est iuris positiui.

VII. Puerorum educatio.

VIII. Omnium vna libertas.

IX. Acquisitio eorum, quæ cælo, terra, marique capiuntur.

X. Violentiæ per vim repulsio.

Et hæc præcepta ex Canonibus collecta sunt,scilicet ex c.Ius naturale,cũ glo.1.dist. Et conuenit hæc præceptorum collectio cũ tertia definitione iuris naturalis,de qua suprà. Secundũ ius ciuile autẽ, ea tantùm reputantur pro præceptis iuris naturalis,quæ nobis sunt cũ pecudibus communia:qualia sunt quintum,sextum,septimum, octauum, nonum,& decimum.Reliqua verò cõputantur inter ius gentiũ.l.j.§.fi.iuncta l.ij.& iij.ff. de iusti. & iur. Et secundũ hoc procedit prima definitio iuris naturalis,quã s. tradidimus.

Causæ† iuris naturalis non sunt quærendæ. Hoc enim 14 ius nobiscum conditum,& natũ est, vt colligitur ex princ. quintæ distinct.

DE IVRE GENTIVM.

1 *Ius gen ium quid.*
2 *Ius naturale à iure gentium quid differat.*
3 *Iuris gentium duo sunt præcepta,ex quibus omnia iura, atque etiam penè magistratus profluxerunt.& nu.5.*
4 *Causa prioris præcepti iuris gentium.s.res diuidere,quæ sit.*
6 *Causa posterioris præcepti iuris gentium,scilicet, Sontes punire, quæ sit.*
7 *Processus iuris quid sit, & quæ eius causa.*
8 *Bellum vnde sit introductum.*
9 *Improbitas hominum est causa impulsiua omnium legum.*

IVs gentium† dicitur,quod naturalis ratio, humanis ne- 1 cessitatibus exigentibus, inter omnes gentes constituit. §.ius autem gentiũ.cum similibus.infrà de iure nat. gen.& ciuili.Dico in definitione,naturalis ratio:quia hoc ius non est nobiscũ natũ, sed collectũ ex iure naturali per rationẽ, vt i.dicemus.Et† sic differt ius naturale à iure gentiũ, sicut 2 antecedens & consequentia. Ius naturale enim proponit propositionem quandam loco antecedentis; vt cùm dicit, Publicam societatem conseruandam esse. Ex hac propositione ius gentium infert.Ergo mali sunt tollendi è medio. Dico,humanis necessitatibus exigentibus: quia primùm contractus non erant, sine quibus res humanæ consistere non possunt, neq; etiam delinquentes puniebantur de iure naturali,per quos tamen societas communis perturbatur: exigit itaque humana necessitas inter omnes gentes hoc ius esse constituendum. Continet† autem hoc ius duo 3 præcepta.

Duo præcepta iuris gentium. { 1 Res diuidere. 2 Sontes punire. }

Ex primo fluxerunt illa ſcilicet quòd gentes ſunt diſcretæ, regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia parata: & hæc ſunt iura realia. Inde quoque fluxerũt omnes ferè cõtractus, & ſic iura perſonalia, id eſt, ex quibus perſonæ obligantur, vt mutuum, debitum, commodatũ, depoſitum, pignus, emptio, locatio, ſocietas, mãdatum, permu-

4 tatio, pacta, &c. Cauſa †huius præcepti eſt præceptum iuris naturalis, quod habet, rebus communiter vti. Ponitur enim id tanquam primum principium, ſiue antecedẽs quoddam, ex quo ius gentium colligit conſequentiam, hoc modo: Si debet eſſe rerum communio, neceſſe eſt, gentes diſcernendas, item regna condenda. Item, certos modos conſtituendos, per quos fiat illa communicatio, quales ſunt cõtractus, & modi acquirendi rerum dominia..

Iura perſonalia ſunt cõtractus.

5 Ex †ſecundo præcepto, Sontes punire, fluxerunt illa,

POENÆ MAGISTRATVS.

Præcepta fluentia ex ſecundo præcepto Iuriſgentium. {
1 Iudicia.
2 Bella.
3 Captiuitates.
4 Seruitutes.
5 Manumiſsiones.
6 Poſtliminia.
7 Fœdera pacis.
8 Munitiones.
9 Legatorum non violandorum religio.c. Ius autem gentium.j.diſt. l. ſi quis legatum.ff. de legat. }

6 Cauſa †iſtius præcepti ſiue cõcluſionis, ſcilicet Sontes punire, cum ſuis capitibus quoq; ex iure naturali fluxit ex illa ſcilicet ſententia, quæ habet communem ſocietatem cõſeruandam eſſe. Hinc ergo infert, & concludit ius gentium: ergo neceſſe eſt malos puniri. Non tamen poſſunt legitime puniri, niſi conſtituantur certæ perſonæ, quibus puniendi prouincia mandetur: & hinc venit magiſtratus. Nec etiam ſatis eſſet habere magiſtratum, niſi ille ordine quodam ſeruato puniret: & inde manarunt iudicia. Sub hoc autem arti

7 culo compræhenditur totus †proceſſus iuris.

Pro

Proceſſus iuris.

1 Citatio.
2 Actio.
3 Libellus.
4 Exceptio.
5 Replicatio.
6 Duplicatio,&c.
7 Litis conteſtatio.
8 Probationes.
9 Teſtium examinationes.
10 Iuramenta.
11 Sententiæ.
12 Appellationes.

Hæc omnia quo ad cauſam materialẽ,ſunt iuris gentiũ,
quo ad cauſam formalem verò , ſunt iuris poſitiui:addidit
enim ius poſitiuũ iſtis rebus formã ſecũdu vniuſcuiuſq; re-
gionis conſuetudinẽ.Vide Spec.in proœ.li.j. Cùm†aũt po- 8
tentiores citati in iudiciis nõ cõparerẽt, nec etiã reſponde
rent læſis,induxit ius gentiũ ex neceſsitate bellũ,per quod
cogerẽtur.Ne tamẽ in bellis omnes indifferẽter occiderẽ-
tur,inducta eſt captiuitas,& ſeruitus. Itẽ manumiſsio , per
quam ſerui liberãtur à ſeruitute,&c. Et†iſtorũ omniũ cau- 9
ſa impulſiua fuit improbitas hominũ,qui cõtra ius natura-
le peccãt,lædendo alios:ideóq; ſuadet naturalis ratio, læ-
dentes eſſe è medio tollendos.Et tantùm de iure gẽtium.

Nã, vt ait Cicer. præ alleg. glo. Neceſt quiſquam gẽtis vllius, qui ducem naturã nactus ad virtutẽ peruenire non poſit. Huc quoq; pertinet prædara illa ſententia. Si ſequamur naturã du

DE IVRE POSITIVO.

1 *Ius poſitiuum quod dicatur.*
2 *Ius poſitiuum vnde dictum.*
3 *Definitionis iuris poſitiui explicatio.*
4 *Iuris poſitiui diuiſio.*

IVs†Poſitiuũ propriè dicit̃,qđ neq; in totũ à iure natura- 1
li & gẽtiũ recedit,neq; etiã per omnia ei ſeruit,ſed inter
dũ aliquid addit,interdũ verò detrahit, vt colligit̃ ex l. ius
ciuile.ff.de iuſt & iur.Et†dicitur poſitiuũ,quia nõ cœpit cũ 2
ipſa rerũ origine,neq; etiã cũ gẽtes eſſe cœperũt, ſed à Iu-
recõſultis, & prudẽtibus viris poſteà cõditũ,& proditũ eſt.
Dico†in definitione,interdũ aliquid addi: q̃a ius naturale 3
& gẽtiũ verſant̃ circa theſes,ſiue cões ſẽtẽtias,quas ius po-
ſitiuũ deinde ſubſumit,ac deinde addit aliq̃d.Exẽpli cauſa,
ius gẽtiũ proponit theſim. Sõtes eſſe puniendos: iã ſi latro,
vel fur deprẽhẽderet̃,& quæreretur quid iuris? Reſpõdere-

tem, nun- quam aber rabimus.

tur secundũ ius gētiũ,eũ esse puniendũ: quo autem genere pœnæ,ex Iure gentiũ nō elicitur. Prodit itaq; ius positiuũ, addēs aliquid,scilicet si latro est,puniatur gladio:si fur,laqueo,&c.Dico in definitione,interdum verò detrahit,&c. quia præcepta iuris gentiũ,& naturalis,propter circũstantias personarũ,& rerũ,sæpe limitãtur.Exemplũ: Ius gentiũ dicit,Pacta seruanda esse:iam si infans,vel pupillus promitteret mihi centũ aureos,vel mulier fideiuberet pro aliquo, quæritur an teneantur?Et respondetur de iure positiuo, ꝙ nō,propter ætatem,& sexus fragilitatem,ne scilicet lędantur.Et hoc casu ius positiuum detrahit iuri gentiũ.
4 Est† autem ius positiuum duplex,ius ciuile,& ius canonicum,

DE IVRE CIVILI.

1 *Ius ciuile quid sit,& quotuplex.*
2 *Ius commune quid sit,& quomodo subdiuidatur.*
3 *Ius ciuile commune scriptum quid sit,& à quo poßit condi.*
4 *Iuris ciuilis communis scripti definitionis expositio.*
5 *Librorum Digestorum origo.*
6 *Institutiones per Tribonianum,Theophilum,Dorotheũ, iussu Iustiniani ex tribus codicib.& libris Digest.sunt collectæ.*
7 *Codex quomodo & quando sit congestus.*
8 *Liber Authenticorum postremo à Iustiniano est compositus.*
9 *Omnes leges generales Germanorum Imperatorum sunt in ius ciuile communi scripto referendæ.*
10 *Ius ciuile cõmune scriptum diuiditur in ius ciuile ciue scriptum in specie,& ius prætorium;quæ explicantur nu.11.& 12.*
13 *Iuris prætorij duæ sunt species , Edicta prætorum , & Edicta Aedilium curulium,quæ explicantur nu.14.& 15.*
16 *Ad quid conducat nosse differentiam iuris ciuilis & prætorij.*
17 *Ius ciuile non scriptum,quod sit.*
18 *Iuris ciuilis priuati,siue municipalis definitio,illiusq; diuisio.*
19 *Iuris ciuilis priuati definitionis expositio.*
20 *Statuta per quos condi poßint.*
21 *Statuta debent condi propter vtilitatem publicam.*
22 *Statutorum quis sit effectus.*
23 *Ius positiuum potest tolli per Statuta. Fallit vt nu.24.& 25.*
26 *Statuta condita contra ius gentium & naturale non valent,nisi sint limitatiua.*
27 *An statuta contra ius diuinum condi poßint.*
28 *Statuta quibus modis tollantur.*

Ius

IVs ciuile † est, qd magistratus, populus, vel ciuitas pro- 1
prium sibi constituit. c. Ius ciuile. j. distin. §. Ius autem ci-
uile. infrà de iure natura. genti. & ciuili. Et diuiditur in ius
commune, & priuatum, siue municipale.

Ius cõe † dicitur, quo omnes, qui imperio Romano sub 2
iecti sunt ligant. Et hoc diuidit in ius scriptũ, & nõ scriptũ.

Ius ciuile † commune scriptũ dicitur, quòd habetur in li 3
bris iuris ciuilis per totum, nec potest hodie condi nisi à
supremo Principe, hoc est, imperatore, secũdum Iaso. in l.
omnes populi. in ij. lect. ff. de iustit. & iure. Et est ratio, quia
per legem Regiam, quæ de Imperatoria potestate lata est,
populus imperatori omne imperium suum, & potestatem
cõcessit. §. sed & quod prin. infrà de iur. na. gen. & ciui. Dico
† in definitione, hoc ius contineri in libris iuris ciuilis: 4
quia Imperator iustinianus, cùm otium fuisset consecutus,
commisit quæstori suo Triboniano, aliisq; iurisprudẽtibus
vt iurisconsultorum volumina, quorũ duo millia extabãt,
& numerum legum, siue respõsorum, tricies cẽtena millia
continebãt, milleq; & quadringentis annis confusè tradi-
tæ erant, in ordinem redigerent: quod & factum est. Rede-
gerunt † enim in quinquaginta libros, quibus imponebant 5
nomen Digestorum, siue Pandectarum: eósq; posteà diuise
runt in ff. Vetus. ff. infortiatum. & ff. Nouum, vt colligitur
ex l. j. & ij. C. de vet. iur. enuc. in quibus continent leges iu
riscõsultorum, qui fuerunt ante Christum natum, & paulò
pòst, fortè vsq; ad tempora Constãtini, qui imperiũ trans-
tulit ab italis ad Græcos. Posteà autẽ, cùm sedes imperialis
esset in vrbe Constantinopolitana, sunt aliæ leges latæ ab
imperatoribus, quæ constitutiones imperiales vocãtur: &
redactæ sunt in vnum librum, quem vocarũt Codicẽ, licet
tres fuerunt Codices, Gregorianus, Hermogenianus, &
Theodosianus, vt habet in l. vnica. C. de no. Cod. fa. Ex illis
† tribus Codicibus & libris Digestorũ collegerũt Tribonia 6
nus, Theophilus, & Dorotheus, iussu iustiniani, institutio-
nes, vt essent prima elementa iuris. §. cúmq; hoc, & glos. in
§. & cùm sacratissimas, hîc in proœ. Aug. & d. ias. in §. rur-
sus. j. de actio. l. ij. §. sed cũ perspeximus. C. de vet. iur. enu.
Quibus † absolutis, emendatus est liber veteris Codicis, & 7
cõpactus est is Codex, quem nunc habemus, secundũ gl. in
d. §. & cũ sacratissimas. in ver. adimpleuimus, hic in proœ.

Toto operi, nomen Digestorũ, seu Pandectarũ attributũ est: factitia hæc nomina veterũ crassities obtrusit.

8 Postremò† composuit Iustinianus librũ Authenticorũ, ius nouissimũ continentem, in quo multa ex Pandectis, & Codice sunt innouata, pluráq; penitus sublata. Cùm autẽ imperiũ Romanũ per Carolũ magnum à Græcis esset trãslatũ ad Germanos, Græci Imperatores quoq; nõ poterant ferre legem generalẽ, sed illa authoritas vnà cum imperio
9 ad Germanos est translata. Ideo† poteris in ius ciuile commune scriptum referre leges generales Germanorũ Imperatorũ, qualis est aurea bulla Caroli quarti. Ite constitutiones & edicta Imperatorũ in Comitiis edita, &c. Diuiditur
10 autem† ius ciuile commune scriptum in duas species: in ius ciuile in specie scriptum, & ius prætorium, secundum gl. in ver. ius ciuile. §. ius autem ciuile. infrà de iure na. gen. & ci.

Ius ciuile† commune in specie scriptũ dicitur, quod est conditum ex l. xij. tab. per Consules, Tribunos, Senatores, imperatores, & iurisconsultos. Et hoc comprehẽdit leges, quæ fiebant per Consules. Secundò, plebiscita, quæ fiebãt per Tribunos. Tertiò, Senatusconsulta, quæ fiebant per Senatum. Quartò, Principum placita, quæ fiebãt per imperatores. Quintò Responsa prudentũ, hoc est, iurisconsultorũ.

Ius prætoriũ quomodo adiuuet ciuile.

11 Ius prætorium† verò dicitur, quod prætores introduxerunt, vel adiuuandi, vel supplẽdi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia: & solet alioquin appellari ius honorarium, propter honorem Prætoris. l. ius, autẽ ciuile. ff. de iust. & iure. Dico in definitione, adiuuãdi, vt exemplum: De iure ciuili datur hæredibus petitio hæreditatis, qua agunt ad hæreditatem defuncti: vltra illam introduxit ius prætorium bonorũ possessionem, qua idem consequuntur hæredes. Et sic adiuuat ius prætorium in hoc, ius ciuile.

Quomodo suppleat.

Dico, supplendi, vt exemplum: De iure ciuili datur pro furto actio in duplum simpliciter, nec distinguitur, vtrũ sit furtum manifestum, siue nõ manifestum: ius prætorium autem distinguit, supplens ius ciuile, scilicet ꝙ pro furto non manifesto datur actio dupli: pro furto verò manifesto, actio quadrupli.

Quomodo corrigat.

Dico, corrigendi exemplum: ius ciuile tam in successionibus ex testamento, quàm ab intestato, excludit liberos emãcipatos. §. emancipatos. J. de exhære. lib. §. emancip. infrà de hære. quę ab intest. defer. Hoc correctũ est per ius prætorium, quod scilicet dat emancipatis, vel bonorum possessionem cõtra tabulas, id est, testamentum, si pater cum testamento de-

cess

cessit, vel si ab intestato decessit, dat eis bonorū possessionem, Vnde liberi.d.§.emancipatos.& d. §. emancipati. Diuiditur† autem ius prætoriū in duas species, in edicta prætorum,& in edicta Aedilium Curulium.§.prætorum. infrà de iure natur.gent.& ciui. 13

Edicta prætorum† sunt, quæ à prætoribus variis de causis sunt proposita. Qualia sunt de restitutione in integrū, de bonorum possessionibus, de interdictis, &c. & infinitis aliis rebus, quæ hîc explicari non possunt. 14

Edicta Ædilium† Curulium sunt, quæ proponebantur de ædibus conseruandis, ne scilicet incendiis, vel ædiū ruina, vrbis aspectus deformetur, item de edendis, ne scilicet morbosa caro vẽderetur, vel nimis magno pretio. itẽ de vitiis, & morbis rerū quarūcūq; vẽdendarū. De quib⁹ habes totū tit.ff.de ædil.edic. Et† hoc discrimen inter ius ciuile & prætoriū ad hoc cōducit scire: quia actiones, quæ oriuntur ex iure ciuili, in spiritu plerūq; durãt perpetuò, hoc est, triginta annis, præsertim in personalibus. Quæ autẽ oriuntur ex iure prætorio, annales plerūq; sunt: de quibus suprà, de perpet.& tẽp.act. Et tantum de iure ciuili cōmuni scripto. 15 16

Ius ciuile† commune non scriptum, est ipsa imperij consuetudo, quæ æquè ligat omnes subditos; qui sunt sub imperio Romano: & hæc hodie scripta est in libris feudorū. Et vide in vsib.feud.in tit, hîc finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. 17 *Consuetudo.*

Ius ciuile† priuatū, siue municipale, propriè dicit, qd' nō ligat oēs subditos imperij, sed tātū eos, apud quos hoc ius est cōditū. Et hoc quoq; diuidit' in ius scriptū, & nō scriptū. 18

Ius ciuile priuatum, scriptū, propriè dicuntur statuta, Est igitur statutum ius ciuile priuatum scriptum, expresso consensu populi inductum, publicam vtilitatem respiciens. Et dicitur alioqui ius municipale, & in quibusdā ciuitatibus, *Vvil Kluer* siue *Vreydtbild.* Dico† priuatum, ad differentiam iuris cōmunis, quod indistinctè ligat omnes, qui sunt sub imperio Romano. Statuta† autem regulariter tantum subditos statuentiū ligant, non autẽ alios. Dico, scriptum, ad differentiam cōsuetudinis, quæ sine scriptura inducitur. Dico, expresso cōsensu populi, iterum ad differentiam consuetudinis, quæ tacito populi consensu inducitur. Dico, publicam vtilitatem respiciens: primū ideo, quia cōdere Statuta *Statutum.* 19

tuta

tuta est meri imperij,& expeditur iudicis officio nobili. In hoc est attendendum ad qualitatem rerũ,super quibus fiunt statuta,hoc est,si statuendum est super his,quæ sunt meri imperij.& tunc condere statuta, est meri imperij.Si autem statuendum est super his,quæ sunt simplicis iurisdictionis: & tunc condere statuta,est quoque simplicis iurisdictionis. Si autem communio,vel vniuersitas,vult disponere super administratione rerum suarum, & bonorum,tunc neque imperij,neque iurisdictionis est, sed permissionis.De hoc vide Doct.copiose in l.omnes populi.de iust.& iu.& in §. omnes populi.ĩ.de iu.na.gen.& ciui.Secundò dico,publicam vtilitatem,ad differentiam constitutionum principum,quæ interdum sunt personales,& respiciunt priuatam alicuius vtilitatem.§.sed & quod.ĩ.de iure natur.gent.& ciui.

De cõdendis statutis multa.

20 Causa efficiens†statuti, est expressus consensus populi, imperiũ,siue iurisdictionẽ,siue rerũ suarum administrationẽ habentis,de quo proximè diximus: & tamen in hoc distingue:aut iudices,siue domini maiores, cõdunt statuta,& debent adhibere consilium prudentũ.l.humanũ.C.de legib.Si tamen motus proprio,sine sapientũ cõsiliis,statuerũt,debet id,quod statutũ est diuulgari subditis, vt colligitur ex l.v.C. de legib.Aut populus condit statuta,& tunc est aut talis populus,qui nullam habet iurisdictionem,neq; cõcessam,neq; præscriptã:& is super decisionibus causarũ statuta condere non posset.Supra administratione tamẽ rerũ suarũ statuere potest,vt de expendẽda pecunia cõmuni:Itẽ de defendẽdis rebus.Aut est populus,qui habet iurisdictionem concessam, siue præscriptã:& subdistingue.Aut iurisdictio est cõcessa à Duce,Marchione,Comite,vel simili magistratu inferiori: & requiritur,quòd is,qui iurisdictionẽ cõcessit, confirmet, & approbet statutũ.Aut iurisdictio est cõcessa à summo principe,hoc est,Cæsare,vt in ciuitatibus imperij,quæ aliis principibus subiectæ non sunt.& valent illorum statuta,etiam sine superioris confirmatione,secundũ Docto.in l.omnes populi.ff.de iust.& iure.in §.ius autem ciuile.ĩ.de iure natur. gent.& ciui.Et hoc casu authoritate magistratus conuocandus est populus,seu illi,qui põpulũ repræsentant, in curiam, vel alium publicum locũ,& proponendum alternatiuè, de quo statuendum est; quo facto, quod maior & sanior pars approbauerit,statutum dicitur,habetq; vim legis.Vide Bar. in d.

in d.l.omnes populi,&c. Causa† finalis est publica vtilitas. 21
Effectus statutorum est,† quod si fuerint condita super casibus,de quibus iure communi nihil dispositum est, indistinctè valent,& obtinent vim legis,modò sint honesta, & rationabilia,nec contra bonos mores,secundú glos.super rub. C.de decre.decur.lib.x.Et hoc casu dicuntur condita præter ius.Idem dic,si condita sunt contra ius positiuum, id† enim per statuta tolli potest.d.l.omnes populi.ff.de iust.& iure. Hoc† tamen fallit,si aliqua lex derogatoria extat, quæ scilicet in specie prohibeat super tali casu statuta condi.vt est text.in Authen.omnes peregrini.§.hospes. C. commun.de success.Secundò † fallit in casibus principi reseruatis, veluti in legitimatione spuriorum,arrogatione.Item in venia ætatis impetranda,(vt si puer petat sibi concedi ius,& potestatem agendi ac si esset xxv. annorum) super quibus nullú statutum valet.Vide Ias.in d.l.omnes populi.ff.de iust.& iure. 22 23 24 25

Statuta. *Ius positiuum tollere statuta.*

Quando autem† quæritur, vtrum statuta condita contra ius gentium,& naturale,valeant:Responde simpliciter,quòd non nisi sint statuta limitatiua,per quæ illa iura nõ tolluntur.Exemplum:Ius naturale dicit,neminem lædendum:iam si statuto caueretur,Bannitum lædendum,valeret statutum, quia ius naturale per hoc non tollitur, sed limitatur ex rationabili causa,quòd scilicet bannitus prius læsit publicam pacem:& sic coincidit hoc statutum cum alio præcepto iuris naturalis,quod habet communem hominum societatem tranquillam conseruandam esse.Et per hoc negligitur inferius præceptum iuris naturalis de nemine lædendo,vt superius impleatur,videlicet publica pax,&c. 26

Statuta cõdita contra ius gentiũ & naturale quatenus valeãt

An autem † statuta contra ius diuinum condi possint, quæritur. Et distingue:Aut loquimur de rebus merè spiritualibus,de quibus neque in iure positiuo, neque in philosophia habetur, quales sunt articuli fidei, &c.& tunc neque leges,neque Canones, neque etiam statuta possunt contra disponere.ca.sunt quidam.cum infinitis similibus. xxv.q. j. gloss.in Authent.ad hæc.C.de vsur.& vide ix. & x.distinct. per tot.& x.q.iij.per totum.& cap.cõuenior. xxiij.quæ.viij. Aut loquimur de rebus moralibus,siue politicis, de quibus fit mentio in sacris literis,qualia sunt de iuramento,de contentione in iudicio, de fure,de defensione proprij corporis,&c.& regulariter statuta condi possunt, etiam contra ea 27

An contra ius diuinũ statuta condi possint.

quæ

quæ habentur in sacris literis, nisi inde sequatur peccatum. Vide quæ notantur in d.auth.adhuc.C.de vsuris. & in l.fin. C.si contra ius, vel vtilitatem publicam. Exempli gratia, ius diuinum dicit: Mutuum date, nihil inde sperantes: iam si statutum disponeret, quòd is, qui accepit mutuò centum aureos, teneretur singulis annis vltra sortem dare quinque vel aliquot aureos loco accessionis, nihil valeret statutum, quia habet peccatum, scilicet vsuram, quæ omni iure prohibita est. Vide Docto.in d.l.omnes populi.ff.de iust.& iur.& in §. ius autem ciuile.ĩ.de iu.natur.gen.& ciui. Et tantùm de iis, quæ sunt contra ius diuinum. Statuta autem, quæ fiunt præter ius diuinum, valent, per ea, quæ suprà notata sunt.

28 Tollitur autem† Statutum reuocatione eorum, qui condiderunt. Secundò, per statutum posterius tollitur prius statutum contrarium, nisi prius cõtineat clausulã derogatoriam. Vide Ang.in d.§.ius autem ciuile.hîc de iure natura. gen.& ciui. Et tantùm de iure ciuili priuato scripto.

Quomodo tollantur statuta.

DE IVRE NON SCRIPTO, hoc est, de Consuetudine.

1 *Iuris non scripti, siue consuetudinis definitio, eiusq; declaratio.*
2 *Stylus, & consuetudo quid differant, & nu.3.*
4 *Quæ requirantur ad firmandam consuetudinem.*
5 *Consuetudinis causæ quæ sint, & num.6.8.*
7 *Consuetudo probatur duobus testibus.*
9 *Consuetudo est optima legum interpres.*
10 *Consuetudo pugnans cum vtilitate publica, vel cum iure naturali gentium, aut diuino, non valet.*
11 *Consuetudo quibus modis tollatur.*
12 *Ius ciuile à quibus sit introductum.*
13 *Ius ciuile profluxit ex iure gentium.*
14 *Ius ciuile quare sit adinuentum.*

1 Est autem† consuetudo ius ciuile non scriptum, tacito consensu populi inductum, publicam vtilitatem respiciens, & habet vim legis, vt colligitur ex l.de quibus. ff.de legi. Dico in definitione, non scriptum, ad differentiam statutorum: quæ non possunt induci, nisi in scriptis. Dico, tacito consensu populi. Primò ad differentiam statutorum, quæ inducuntur per expressum consensum populi: secundò ad

Cõsuetudo

ad differentiam † styli, qui ex tacito & expresso iudicis, non 2
tamen in scriptis procedere potest. Dico. populi, iterum ad differentiam † styli, qui inducitur consensu vnius tātùm, hoc 3
est, iudicis, & respicit ordinē loquendi, scribēdi, & procedendi. Consuetudo verò nō inducitur per vnū tātùm, sed per vniuersum populu, & respicit decisionē iuris. Dico, publicam vtilitatē respiciens, ad differentiam præscriptionis, quæ inducitur quoque spatio decennij, sicut consuetudo. In hoc tamen differunt, quòd præscriptio tantùm priuatis & singulis ius quærit: Consuetudo verò quærit ius vniuersitatis, & publicū. Vide Doct. in c. vigilanti. extrà de præscrip.

Requiruntur ergo † ad consuetudinem quatuor principa 4
liter ac copulatiuè. Primò, tacitus populi consensus. l. sed & *Introducē*
ea. cum seq. ff. de legib. Secūdò, quòd sit rationabilis. l. quod *de consue-*
non ratione. ff. de legi. Tertiò, quòd sit præscripta, *Veriaert*, *tudini re-*
hoc est, quæ decem annis continuis iure ciuili durauerit, si *quisita.*
est præter legem inducta, id est, super tali casu, qui alioqui in iure non est decisus. Si verò esset contra legem Iuris positiui, requireretur longissimū tempus, scilicet XL. annorum: & maximè secundum Canones: vide glo. & Doct. in cap. fin. extrà, de consuetud. Quartò, frequentia actuum, quòd scilicet ad minus secundum eam bis iudicatum sit l. j. C. quæ sit longa consue. vide glo. & Docto. in d. c. fi. extrà de consuet. & Bar. in d. l. de quibus. ff. de legibus.

Causa † efficiens consuetudinis est, tacitus consensus po- 5
puli, mediante præscriptione.

Causa † materialis est vsus, & mores. in dicta l. de quibus. 6
ff. de legibus. Et sic differt vsus à consuetudine, sicut differt causa à causato.

Probatur † autem consuetudo per duos testes, *Zvveen ghe-* 7
menner, qui deponunt ita esse, & continuè sine contractione obtentum.

Effectus † consuetudinis sunt. Primùm interpretari, & 8
confirmare legem, si secundum legem inducta est. Optima enim † legum interpres consuetudo est. l. si de interpreta- 9
tione. ff. de legib. Secundò, si est præter legem inducta, obtinet ipsa vim legis, & secundū eā iudicatur. l. sed & ea. cum sequentibus. ff. de legib. Tertiò, si contra ius positiuū, tollit illud Ius, nisi obstet aliqua lex derogatoria, id est, talis lex, quæ prohibeat talem consuetudinē induci. Hoc tamē intel-

lige

10 lige quantum ad priuatorum vtilitatẽ:ſi†enim cõtra publicam vtilitatem,vel contra Eccleſiam inducta eſſet conſuetudo,non valeret.auth.caſſa.C.de ſacroſan.eccl.Si verò contra ius naturale,gentium,& diuinũ, inducta eſſet conſuetudo,idem dic quod ſuprà de ſtatutis. Si enim contra ius diuinum eſſet,nõ appellaretur conſuetudo,ſed vetuſtas erroris.
11 c.conſuetudo.cum ſimi.viij.diſt.Tollitur†autem conſuetudo duobus modis.Primò per contrariũ actũ, ſi præſcriptio nondũ eſt cõpleta.Secundò,ſi præſcriptio eſt cõpleta, tollitur per non vſum tanti temporis; infrà quantũ eſt inducta, antecedentibus aliquibus affirmatiuis.Vt ſi conſuetudo per decenniũ tacito conſenſu populi inducta eſſet, & rurſus infrà aliud decennium illius conſuetudinis non fieret mentio, ſed contrariũ obſeruaretur,per lapſum iſtius decennij, tacito conſenſu populi,conſuetudo ſublata eſſet,per regu.Nihil tam naturale,&c.l.nihil.ff.de reg.iu.Vide Pan.in d.c.fi.extrà de conſuet.& hæc de ſpetiebus iuris ciuilis ſufficiant.

Tollendæ conſuetudinis modi.

12 CAVSÆ efficientes†iuris ciuilis erant, primò Decemuiri,qui à Græcis ciuitatibus petebant leges,quas in tabulis eburneis pro Roſtris propoſuerunt,duaſque tabulas addiderunt.Inde ortum eſt ius XII. tabularum,ius ciuile vetuſtiſſimũ.Secũdò, Appius Claudius,qui redegit in formã actiones, quæ vocabantur ius ciuile Flauianum; à Cneo Flauio ſcriba Appij Claudij,qui eas populo donauit. Tertiò,Hortenſius,qui Plebiſcitis dedit authoritatem.Poſtremò,Senatus,Conſules,Prætores,Ædiles Curules,Imperatores,& Iu-
13 riſconſulti.Vide per to.titu.ff.de orig.iur.Cauſa†materialis iuris ciuilis ſumpta eſt ex præceptis iuris gentium: omnia enim negotia,circa quæ ius ciuile verſatur, aut ciuilia ſunt, aut criminalia.Cauſa materialis ciuiliũ negotiorum ex primo præcepto iuriſgentium fluxit,quod habet res diuidere. Cauſa materialis criminaliũ negotiorũ depẽdet ex ſecundo
14 præcepto iuriſgẽtiũ.ſ.Sontes punire.Cauſa finalis†iuris ciuilis eſt humanã coërcere audaciã,nocendi facultatẽ refrænare,& bonos defendere.c.j.di.iiij.Et tantum de iure ciuili.

Iuris ciuilis origo.

Materia iuris ciuilis.

DE IVRE CANONICO.

1 *Ius canonicum eſt,quod diſponit de rebus,ac perſonis eccleſiaſticis principaliter.*

2 *Quomodo definitio iuris canonici ſit intelligenda.*

3 *Iuris canonici diuiſio.*

De

4 *Decreta quæ sint, quando fiant, & quòd sint duplicia.*
5 *Decretales quæ dicantur, & quomodo diuidantur.*
6 *Ius canonicum priuatum sunt statuta, à collegiis clericorum inducta.*
7 *Ius versatur circa Iustitiam, quæ ibidem explicatur.*

IVs canonicum † est, quod disponit de rebus, ac personis 1 *Ius ponti*
ecclesiasticis principaliter. Dico, † de rebus, vt episcopati- 2 *ficium.*
bus, canonicatibus, præposituris, parochiis, præbendis, decimis, censibus, &c. Dico, de personis, vt Cardinalibus, Patriarchis, Primatibus, Archepiscopis, Episcopis, Præpositis, Abbatibus, Decanis, Canonicis, Vicariis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Acolytis, Exorcistis, Lectoribus, Hostiariis, &c. secundum Ioan. de Imol. in proœ. decret. qui dicit subiectum iuris canonici esse, circa res ecclesiasticas versari. Et
† diuiditur in ius cõmune, & priuatũ: Ius commune est, quod 3
continetur in libris iuris canonici per tot. vt in Decre. Sext. Cle. &c. Et hoc subdiuiditur in Decreta, & Decretales.

Decreta † sunt quæ constituũtur à summo Pontifice, cum 4
consilio Cardinaliũ, & Episcoporũ, ad nullius cõsultationẽ. Et illa fiunt interdũ in cõciliis, interdũ verò extra concilia. Continẽtur autem communiter in Decreto Gratiani: illud enim est quasi quædam farrago sentẽtiarũ cõmuniũ ex conciliis & scriptis docto. Ecclesiæ collecta. Et diuiditur in tres partes. Prima continet distinctiones, quarũ sunt clxj. Secunda cõtinet causas, quarũ sunt xxxvj. Tertia est de consecratione. Incertus est quoq; tractatus de pœni. Sed illa Iuriscõsultis in plerisq; locis aut omnino nihil aut certè parũ prosunt: nõ enim propter decisiones causarũ forensiũ principaliter lata sunt. Extant tamen in decreto quædã forensia, vt de restit. spol. de prob. de testi. de appel. Itẽ extat in eo materia de causis matrimonialibus latissimè tractata. Solent quoq; Iuriscõsulti alios textus interdum adducere in argumẽtum.

Quo'm sit tenue commodũ decreti Iurisconsultu.

Decretales † epistolæ sunt, quas vel summus Pontifex so- 5
lus, vel cum Cardinalibus, ad consultationẽ alicuius constituit, secũdum gl. in c. omnes. iij. dist. Et inter eas quædã sunt de ritibus & ceremoniis ecclesiasticis: quales sunt, quæ continentur partim in primo & tertio Decretaliũ, & illas iurisconsulti quoq; nõ curãt, nisi ꝙ interdũ ex capitulis illorum librorũ colligunt argumẽta à similibus ad similia, à maiori ad minus. Quædã verò sunt, quę causa, & negotia forẽsia cõ

Decretales.

cernũt:quales ſunt, quæ cõtinẽtur in fine primi Decretaliũ, & in ſecũdo per tot.in parte tertij,vt de cõtractibus, & vlti mis volũtatibus.Item & in quarto & in parte quinti:& illæ propriè pertinẽt ad iuriſcõſultos. Cõtinentur autẽ epiſtolæ Decretales in libris decretaliũ antiquarũ:& in ſexto Decre taliũ,& in Clemẽtinis. Decretales antiquæ continẽt Epiſto las Gregorij noni,& ſuorũ anteceſſorũ:redegit enim eas in

Sextus decretalium. vnum librũ,quẽ vocauit Decretales.Sextus autẽ Decretaliũ eſt cõpilatio Bonifacij octaui: quæ ideo facta eſt quia poſt Decretales Gregorij noni,quidã põtifices ſuccedẽtes quoq; ediderũt Decretales,ſæpius inter ſe pugnãtes,quã cõtrarie-tatẽ Bonifacius octauus opera quorundã epiſcoporũ in con

Clementinæ. cilio Lugdunẽſi ſuſtulit,& hoc opus compoſuit,Clemẽtinæ ſunt,quas Clemẽs v.in cõcilio Viennẽſi cõpoſuit.His adde extrauagãtes Ioãnis xxii. Omnes aũt illi libri cõtinẽt eoſdẽ titulos:eſt enim eadẽ ferè ratio per omnia,i.illi tituli,q ſunt in primo decreta.antiquarũ,ſunt quoq; in primo ſexti,& in primo Clem. Decretales tamen antiquæ multos titulos cõ præhendunt,de quibus in aliis libris nulla fit mentio.

6 Ius canonicum † priuatum,ſunt ſtatuta,& cõſuetudines, quæ inducuntur à capitulis,& aliis collegiis clericorum. Et de iis dic quod ſupra diximus de ſtatutis & conſuetudine. Et tantum de diuiſione iuris canonici.

7 Materia,†circa quã ius verſatur,eſt iuſtitia. Dicitur autẽ ſecundũ imperatorẽ hîc, conſtans & perpetua voluntas,ius ſuum vnicuiq; tribuens. Volũtas eſt genus:& idẽ eſt ac ſi di ceret,eſt habitus volũtatis,quia iuſtitia compræhẽditur ſub illa ſpecie qualitatis. Dico,conſtãs & perpetua,ad differen tiam iniuſtitiæ, & aliorũ vitiorũ,quæ quidẽ ſunt habitus vo luntatis,ſed non perpetui,nec durabiles. Dico, ius ſuũ vni-cuique tribuens,ad differẽtiam fortitudinis, & modeſtiæ,&

Vide Melanchtho. in epito. philoſ.moral. aliarum virtutũ.Diuiſionem iuſtitiæ in vniuerſalem & particularem,item ſubdiuiſionẽ, in diſtributiuam & commuta tiuam,à Philoſophis pete. Idem dic de cauſis,quia iuriſcon ſulti contenti ſunt tenere officia iuſtitiæ, nempe ius ſuum vnicuique tribuere,reliqua committunt Philoſophis.

Sequitur Enarratio textus.

Ius ſuũ vnicuiq; tribuere. Hoc ſæpe negligitur, vt ſuperius, ſcilicet alterũ non lædere impleat.Exẽplũ:Si furioſus penes te gladiũ depoſuerit poſcẽti,ſcdm poſterius pręceptũ redde

re

re cogereris:sed superius vetat,ne s.furiosus aliquem lædat.

De iure naturali,gentium,& ciuili. Tit. II.

1 *Matrimonium cuius sit iuris.*
2 *Populus quid à plebe differat.*
3 *Legis gn̄alis cōdēdæ potestas,est hodie penes vnicū Imperatorem.*
4 *Aedilium Curulium edicta tres pariunt actiones:Redhibitoriam, Quanti minoris, & In factum.*
5 *Lex inferior negligenda,vt superior impleatur.*
6 *Ius ciuile quare sit vnde mutetur.*
7 *Ius naturale duplex:primæuum,& secundarium.*

VERS. *Hinc descendit maris.*



Vando quæritur,cuius †iuris sit matrimonium:responde quo ad institutionem iuris diuini,quia De⁹ in Paradiso instituit. Quo ad coniunctionē est iuris naturalis. Quod verò ad consensum attinet, est iuris gentium. Est quoque iuris ciuilis,quod ad stipulationes, & pacta dotalia. Et postremò iuris canonici,quod ad solennitates, id est, quo ad spōsalia, benedictionem sacerdotis, & introduct.ad Eccle. 1 *Matrimonium esse omnis iuris*

§. *Lex est,quod populus Romanus.*

Differt † populus à plebe, sicut genus à specie: populus enim compræhēdit patritios, senatores, & quoq; plebeios: appellatione autem plebis,veniunt tantùm plebęi & infimi à senatoribus & patritiis separati. 2 *Populus, plebs.*

§. *Sed & quod principi.*

Et sic est translata†potestas condendi legem generalem in imperatorem solum. Senatus enim, Consules,Tribuni, Prætores, &c. qui poterant legem generalem condere,hodie non possunt,propter illam translationem. 3 *Condendæ legis potestas penes solū imperatorem hodie est.*

VERS. *Proponebant.*

Vt de morbosis animalibus,& de morbis.Dātur†ēm tres actiones ex edicto Æediliū Curuliū,Actio redhibitoria,qua vēditor rem venditā recipere tenetur:intra sex mēses vtiles à die vēditionis. Secūda actio est,quāti minoris,quæ datur cōtra vendentē rē vitiosā,vel morbosam, in tātam æstimationē,quanti minoris ex vitio vel morbo latenti res valuit: & ista actio datur ad annū vtilē. Tertia actio est in factū,q̄ datur in vēdentem,quanti interest emptoris eā rē non em- 4 *Quæ actiones ex edictis ædiliū curuliū manent.*

ptam fuisse,& durat xl.diebus. Vide totū titu.ff.de ædil.edic.

§. *Sed naturalia.*

De materia huius §. disputat abūde Melanchthon praelle. lib.

Hic §.sed naturalia, videtur pugnare cū his quæ suprà diximus de iure gētium, quod inducit pœnas & seruitutes:& sic videtur ius naturale per id mutari:quia ius naturale dicit neminē lædendū. Item omniū vna libertas. Sed respōde:ius naturale propterea non esse mutatū,propter regulā,quæ ha
5 bet,inferiorē†legē negligēdam esse, vt superior impleatur. Præcepta autem,neminē lædere,& omnes esse liberos,sunt inferiora præcepta iuris naturalis. Superius autē præceptum est,cōseruare communē hominū societatē:quod adimpleri non posset,nisi illa inferiora negligerentur. Habet autē hic
6 §.differētiam inter ius naturale,& ius positiuū. Quod†autē ius ciuile subinde mutatur, fit propter casuū circunstantias. Aliud enim iustum est in aliis casibus, & aliis regionibus,& temporibus.c.non debet.extrà de consangui.& affi. Obser-
7 uabis quoq;, ius†naturale duplex esse:ius primæuum,& secundarium. Ius naturale primæuum dicitur,quod nos supra diximus ius naturale esse:secūdarium verò dicitur ius gentium,&c.& vnum sæpe c.pro alio indifferenter.

Hoc primæuū, quo cōtinentur pecudū affectus, nisi abusiuè ius dici non potest, & docendi gratia. Quare satis ridicula aliàs hæc distinctio videri posset: cū Iurisconsulti ius naturæ vocent storgàs bonas cōmunes hominibus cum reliquis animantibus: vt storgin ad cre

De iure personarum. Tit. III.

1 *Personæ quot, & quibus modis diuidantur.*
2 *Personæ liberæ fiunt alieni iuris, aut per nuptias, aut legitimationem filij naturalis, aut adoptionem.*
3 *Libertas quid, & quotuplex.*
4 *Seruitutis definitio.*
5 *Seruitus quot; & quibus modis acquiratur.*
6 *In libertate vendicanti, quæ sint obseruanda.*
7 *Seruitus quare inuenta, & qui eius effectus. & nu.8.*
9 *Seruitus quibus modis tollatur.*



1 HIC liber tractat per tot.de persōnis. Sūt†autē personæ duplices: liberæ, aut seruituti obnoxiæ. Liberæ sunt duplices:ingenuæ,aut libertinæ. Et illæ,aut sunt sui iuris,aut alieni. Alieni iuris sunt filiifamiliâs,qui sunt sub potesta-
2 te parētū,id est patris,& aui paterni:cuius†potestatis causæ sunt tres: nuptiæ,legitimatio filij naturalis,& adoptio. Sui iuris sunt patresfamiliâs,cuiuscunq; ętatis sint,etiā si essent infantes:& illi sunt aut sub tutela,aut cura, aut neq; sub tutela

tela,neq; sub cura. Sub tutela sunt minores xiiij. masculi,& fœminę minores xij.Sub cura sunt minores xxv.annis.Neque sub tutela,neq; sub cura sunt maiores xxv.annorũ. Dic ergo cõditionẽ hominũ esse duplicẽ, libertatẽ & seruitutẽ.

Libertas,†est naturalis facultas faciendi quod cuique li- 3
bet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Et diuiditur in ingenuitatem,& libertinitatem. Ingenui sunt,qui statim vt nati sunt,liberi sunt,vt ordine ex textu colligemus. Libertini verò sunt,qui ex iusta seruitute manumissi sunt.Et hi erant olim triplices : Romani, Latini, Dedititij. Causæ libertatis quærendæ non sunt,quia libertas est iuris naturalis.

Seruitus†verò est cõstitutio iuris gentiũ, qua quis domi 4
nio alieno cõtra naturã subiicitur. Explicationẽ huius definitionis pete ex illis,quæ ſ.circa secundũ præceptũ iuris gẽtium diximus,scilicet,Sontes punire. Causę†seruitutis sunt 5
duplices aut enim sunt serui de iure gẽtiũ, aut de iure ciuili. De iure gentiũ fiũt duobus modis,captiuitate,& natiuitate. Natiuitate fiũt,qui nascũtur ex ancillis nostris. Captiuitate, qui in publico iusto bello capiũtur, secundũ gl.in c.ius gentiũ.j.dist.Panor.in c.sicut,extrà de iureiu.De iure vero ciuili fiũt per vẽditionẽ. In†hac autẽ requirũtur quatuor copula- 6
tiuè. Primò iusta ætas, scilicet xx.anni. Secundò,consensus vẽdẽdi.Tertiò,pretij participatio.Quartò,notitia cõditionis:vt per iura hîc in glo.alleg.in ver.maior. Causa†finalis 7
seruitutis,prima erat, vt seruarẽtur:Imperatores em̃ captiuos vẽdere solebãt,& per hoc seruare ne occiderẽtur. Effectus†quòd domino acquiritur,quicquid seruus acquirit. 8
Seruus enim,qui in potestate alicuius est,nihil suũ habet.§. item vobis.ĩ.per quas perso.nob.acq. & ĩ.per tot.tit.de stip. seruo.Tollitur†autem seruitus:Primò per manumissionem, 9
quæ propriè dicitur datio libertatis,quæ quibus modis fiat in textu videbimus. Secũdò,si seruus fuerit à domino institutus hæres.§.licet.cum seq.ĩ.quib.ex cau.manumit. non licet.Tertiò,per adoptionem. Quartò, si dominus in iudicio seruum,filiũ nominauerit.§.fi.ĩ.de adoptio.Quintò,si seruus fuerit tutor datus in testamento filio domini sui.

ationẽ & educationẽ natorũ,ad sui cõseruationẽ,ac defensionẽ aduersus iniustam vim. Vide Melanchtho. præalle. lib.


De iure gẽtiũ duobus modis fieri seruos.

Introducẽdæ seruitutis per ius ciuile quatuor copulatiuè requiri.

Tollendæ seruitutis modi.

De Ingenuis. Tit. IIII.

1 *Mater habet tria tẽpora,quibus partui libertatẽ acquirere potest, §. Sed & si quis.*



Leges enim semper inspiciũt id, qđ est certius: & quia mater semper est certa, ideo ei⁹ conditio inspicitur.



Via partus,quo ad statũ seu libertatẽ,sequitur conditionem matris, quo ad dignitatem verò,& honores,sequitur patrem.l.mulieres. C.de dign.lib.xij.& l.fœminæ.ff.de senat.

VERS.*Sufficit autem.*

1 Id est,mater†habet tria tẽpora, quibus partui libertatẽ acquirere põt.Primũ tẽpus est cõceptionis. Secundũ dicit̃ medium tẽpus,scilicet inter cõceptionẽ & partũ. Tertium est tẽpus partus.Sufficit ergo matrẽ vno ex istis tẽporibus liberã fuisse,licet reliquis duobus ancilla fuit.Pater autẽ in hominis procreatione tantùm vnũ habet tẽpus,scilicet cõceptionis:igitur fauore libertatis,partus sequitur matrem.

§.*cùm autem ingenuus.*

Hũc §.sic intellige:Si quis fuerit habitus,p seruo,cũ tñ re vera nõ esset seruus,& postea manum̃ssus fuerit,quærit̃ an illa manumissio efficiat ꝙ habeatur,p libertino,&nõ ingenuo?& decidit̃ ꝙ nõ:quia nihilomin⁹ ingenu⁹ est cũ manumissio nõ officiat ingenuitati,si vera seruitus nõ p̃cessisset.

De libertinis. Tit. V.

1 *Libertini qui dicantur,& quotuplices.*

2 *Seruitus,& libertinitas hodie sunt iure cõsuetudinario sublatæ.*

3 *Libertus & libertinus quid differant.*



Ic titulus cõtinet secũdã speciẽ libertatis.s.libertinitatẽ:Et primò ponit quis sit libertin⁹: itẽ quid sit manumissio,& vnde dicatur,quot modis cõtingat,& quę sit diuisio libertinorũ.

1 Dic ergo†Libertinũ dici eũ,qui fuit in seruitute & manumissus est.Erãt autẽ triplices libertini: Romani,Latini,& Deditítij.Romani libertini erãt, qui cõsequebantur plenã libertatẽ:& fiebant ciues Romani. Latini libertini introducti erãt per legem Iuliam Norbanã: quam ferebat rex Rom.Norbanus:& illi erant toto tẽpore vitæ suæ liberi,post mortẽ autẽ fiebãt serui,ita ꝙ bona eorũ nõ manebãt hæredibus,sed ad dominũ perueniebãt.Et illa libertinitas sublata est per illũ ti.C.de Lat.li.tol.Deditítij verò erãt,qui toto tẽpore vitæ seruiebãt, post mortẽ autẽ fiebãt liberi & peculium eorũ cedebat hæredibus,nõ autẽ patronis.Hoc autẽ introductũ erat ab Ælio Sẽtio Rege Ro. per legẽ Æliã Sentiã,ab eo dictã.Et illa libertinitas quoq;

est

est sublata per illũ tit.C.de dedit.tol.Et sic secundũ hoc ius tantũ supersunt libertini Romani,qui hodie de iure cõsuetudinario desierũt in vsu esse:quia†de iure cõsuetudinario inter Christianos sublata est seruitus,& per cõsequẽs liber tinitas,secundũ Bar.in l.hostes.ff.de cap.& postli.reuer. Pa nor.in c.sicut.extrà de iureiur.Vbi enim nulla est seruitus, ibi quoq; nulla potest esse libertinitas:quia libertinitas est quasi priuatio seruitutis,& priuatio præsupponit habitũ.l. decẽ.ff.de ver.obl.Ergo sequitur,inter Christianos de iure cõsuetudinario quoq; nullos esse libertinos.Est autẽ certũ, omnes homines,qui sunt sub Romano imperio , teneri, vt sint Christiani,si non re,nomine saltẽ.l.j.C.de sum.trini.& fide cath.Differẽtia†inter libertum & libertinum est, q̃ li bertinus propriè dicitur,quatenus est manumissus , & nusquam respicit,& sic est nomẽ absolutum. Libertus verò di citur respectu patroni:sicut enim pater & filius , dominus & seruus,sunt correlatiua,ita quoq; libertus & patronus.

2 *Hodie inter Christianos nõ esse locum seruituti & libertinitati.*

3 *Libertus.*

Quibus ex causis manumit.non licet. Tit. VI.

1 *Continuatio huius tit.cum præcedentibus.*
2 *Manumittere quibus prohibeatur.*
3 *Animus hominis, atque intentio,discernit factum.*
4 *Alumnus qui dicatur.*
5 *Manumittere in testamento hodie potest,cui permittitur testamentum condere.*



IN præcedenti†titulo dictũ est de definitione & diuisione manumissionis,& libertinorũ:itẽ de circũstãtiis,vbi,quomodo,& quãdo manu misio fieri debeat:in hoc autẽ titulo tractatur de circũstãtia personarũ.i. quis manumittere possit,& sic de causa efficiente.Possunt autẽ manumittere omnes,quibus non prohibetur.Prohibetur† autẽ duobus. Primũ,illis,qui nõ sunt soluendo,& volunt in fraudẽ credi torũ manumittere:nisi manumissio fiat in testamẽto,& ma numissus hæres instituatur:hoc enim casu creditores nullũ sentirent incõmodum,cùm seruus hæres institutus teneatur eis satisfacere vt hæres. Secundò,prohibitum est mino ribus XVIII.annis,nisi habeant iustas causas manumissio nis,de quibus hîc in tex.vel in testamento manumitterẽt, tunc enim satis esset adimpleuisse XIIII.annum.

1 *Thema huius tituli.*

2

VERS. *Ne iniuria defunctus.*

Non enim minùs iniuria afficiẽdus est defunctus, quàm viuus. Qui autem iniuria eum affecerit, tenetur hæredibus actione iniuriarum. l. ossa. ff. de relig. & sumpt. funer. l. j. §. quoties. ff. de iniuriis.

Præualuisse tamẽ. Id est, prędicta vera sunt, quãdo ex proposito manumittit, vt creditores decipiat, Animus enim, &
3 †hominis intẽtio distinguũt facta. l. fœdissimã. C. de adult.
Inde est Estq; hic §. sumpt' ex l. in fraudẽ. ff. q & à qui, manumiss. &c.
quòd affe- *Seruus hæres institutus est.* Id est, quòd non potest esse
ctum inter hæres, nisi sit liber: ideóque intelligitur illud prius, scilicet
dum leges libertas, tacitè concessum, sine quo posterius, scilicet hære
tantum in dis institutio, valere non potest.
tuentur. 4 *Aut alumnum.* Alumnus † tam in actiua, quàm in passiua
l. si quis. de significatione capitur. Significat eum, quem tu aluisti, &
sacr. eccles. eum quoque, qui te aluit. Item significat filios ex concubi-
C. na natos. l. j. cum gl. C. quæ res pig. oblig. poss.
Alũnus. §. *Cùm ergo.*

5 Hic §. etiã hodie est correctus per §. j. in Auth. vt spõsa. larg. coll. ix. vbi † dicitur ꝙ quilibet potest in testamẽto manumittere, cui permissum est testamentum condere: Sed omnis adultus, id est, XIIII. annorũ, qui est sui iuris, postquàm adimpleuit XIIII. annũ, potest cõdere testamentũ. §. cùm ergo. hîc tit. nostro. §. præterea. cũ gl. infrà quib. nõ est permiss. fac. test. Ergo sequitur, quòd etiam in testamẽto manumittere possit, postquàm adimpleuerit XIIII. annũ.

Mediam viã. Scilicet inter XIIII. & XX. videlicet XVII.

De his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Tit. VIII.

1 *Continuatio huius tit. cum præcedentibus.*
2 *Liberarum personarum diuisio.*
3 *Patria potestas quæ dicatur.*
4 *Liberorum quinque sunt species.*
5 *Legitimatio quot modis fiat.*
6 *Patria potestas quot, & quibus causis acquiratur.*
7 *Patriæ potestatis qui sint effectus.*
8 *Ius patriæ potestatis sex modis soluitur.*
9 *Sui iuris sunt omnes personæ, præter seruos, & filiosfamiliàs.*
10 *Diuisio, siue status personarum, quæ sunt sui iuris.*
11 *Sub tutela esse qui dicantur.*

In tit


N titulis † præcedētibus explicauimus vnā perso 1
narū diuisionē, quæ partim iuris naturalis, partim verò iuris gentiū erat. Ea enim pars, quę in genuitatem tradidit, propriè ad ius naturale spectabat, cùm eo iure omnes homines liberi sint. Alteraverò pars de seruitute & manumissione ex iure gētiū originem traxit. Sequitur igitur alia personarum diuisio, ꝙ † scilicet 2
liberi homines sunt, aut alieni iuris, aut sui iuris. Alieni iuris sunt, aut sub potestate dominorū, aut sub potestate parē- tum: & hæc diuisio est partim iuris gētiū, partim verò est iuris ciuilis. Nam ea, quæ de potestate dominorū in seruos tradit, ad ius gentium referēda est: altera verò, id est. de potestate in liberos, propriè ad ius ciuile spectat. Et hoc ius ex iure ciuili originem traxit, cùm reliquæ gentes liberos in potestate non habeant. §. ius autem. infra de patria potesta. & l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. 3

Alia personarū diuisio.

Est itaq; patria † potestas ius, per quod filij, filiæ, nepotes, neptes, & cæteri descēdētes per lineā masculinā, patri, auo, patrono, vel proauo. s. legitimo subiiciūtur. Dico, per lineā masculinā, propter eos, qui ex filiabus nascuntur: illi enim non sunt in potestate aui materni, sed in potestate sui patris, & aui paterni, cùm matres liberos in potestate nō habeāt. §. fœminæ. infrà de adop. Dico legitimo, quia non oēs liberi, qui patres, & auos habēt, sub eorū potestate sunt, sed tantū illi, qui legitimos habēt parētes. Ad hoc ergo vt intelligas qui liberi propriè sint in potestate parentum, dic ꝙ † quinq; sunt species liberorū. Primò, naturales & legitimi 4
qui scilicet ex iustis nuptiis procreati sunt, de quibus dicemus in ti. infrà de nup. Secūdò, legitimi tantū, vt liberi adoptiui, de quib. j. in tit. de adop. & illas duas species habēt patres in potestate. Tertiò, sunt naturales tātùm, qui scilicet nati sunt ex cōcubina, vel ex duabus liberis personis extra matrimonium, inter quas tamen matrimonium potest consistere: & illi non sunt in patria potestate, nisi legitimentur. Legitimatio † autem fit tribus modis. Primò, per subsequēs 5
matrimonium. c. j. & c. tanta est vis. extrà qui filij sint legit. Secūdò, per dationē curiæ. §. fi. infrà de nup. §. quibus cōnumerari. infrà de hær. quę ab intest. defer. Tertiò, ꝑ rescriptū Principis, vel Comitis Palatini. Quarta species filiorū dicuntur spurij, qui scilicet ex sco‧to publico nati sunt, incertos

Patria potestas.

Quinque species liberorum.

Legitimatio quot modis fiat.

tos patres habentes,quos vocāt,vulgò conceptos. Quinta ſpecies eſt illorum,qui ex inceſtuoſo coitu nati ſunt, vt ex aſcendentibus & deſcedentibus, itē ex collateralibus proximis. Et illæ duæ ſpecies quoq; non ſunt in poteſtate parētum,nec poſſunt legitimari regulariter, niſi legitimatio fieret per reſcriptū Principis de plenitudine poteſtatis. Per ſubſequens autem matrimonium legitimari nullo modo poſſunt. Vide Bald.in l.ſi qua illuſtris.C.de Senat.O.fic.

Ex quibus efficitur patria poteſtas. *Ius patriæ poteſtatis.*

6 Cauſę patriæ†poteſtatis tres ſunt.Prima eſt legitimū matrimoniū,de quo infrà de nupt. Secūda legitimatio filij naturalis.§.fi.infrà de nup.Tertia eſt adoptio,vt infrà de ado. in pr.in.Effect⁹†verò patriæ poteſtatis ſunt. Primū ꝙ patri

7 acquirit plenū dominiū in bonis ꝓfectitiis filiifamiliâs, & adminiſtratio quo ad vſumfructū in bonis aduētitiis.§.igitur liberi.infrà,per quas perſo.nob.acq.l.j. & ij. C. de bon. mater.Secundò, ꝙ filiusfamiliâs non poteſt regulariter patrē in ius vocare,etiā cū venia iudicis.l.fin.C. de in ius voc. Tertiò,ꝙ filiusfamiliâs non poteſt contrahere, neq; agere ſuo nomine,niſi ad ea,quæ ex caſtrēſi, vel quaſi caſtrēſi peculio proueniūt,vt colligitur ex gl.in verbo,dignitatē. in l. ſi lōgius.§.ſi filiusfamiliâs.ff.de iudic.Quartò, ꝙ filiusfamiliâs non poteſt teſtamentum cōdere,niſi in caſtrēſibus,vel quaſi caſtrēſib⁹ peculiis, vt infrà quib. nō eſt ꝑmiſ fac.teſt. & §.fi.infrà de mil.teſt. Reliquos effect⁹ patriæ poteſtatis,

Soluendæ patriæ poteſtatis ſex modis.

8 vide in §.ius aūt.in gl.in verb.in ius.infrà de pat.pot.Soluit †autē ius patriæ poteſtatis ſex modis.Primò,morte naturali patris,vel aui paterni,&c.Secūdò,morte ciuili,quando pater ꝓpter aliquod malefactū deportatur,vel eſt bānitus: intellige tamē,ꝙ auus paternus priùs fuerit mortuus. Tertiò dignitate patritiatus:illa enim dignitas sūma erat poſt Cæſarem.Idem dic,ſi filiusfamiliâs eligitur in epiſcopum. Quartò,ſi pater fuerit captus ab hoſtibus:ſed tū patria poteſtas eſt tantū in pendenti & ſuſpenſo,nec penitus ſublata:quia pater ex ſeruitute rediens,iure poſtliminij acquirit priſtinā ſuam poteſtatē.Quintò,emācipatione.Sextò, adoptione aui.Et ſic habes qui ſint alieni iuris,videlicet filij ſub poteſtate parētū,& ſerui ſub poteſtate dn̄orū.Ex quib⁹ facilè cognoſces,atq; intelliges qui ſint ſui iuris. Contrario-

9 rum enim eadem eſt diſciplina.Sunt†itaq; omnes perſonæ ſui iuris,exceptis ſeruis,& filiisfamiliâs.Et vocātur patreſ-

famil.

famil.siue puberes sint,siue impuberes. Sicuti filiifamiliâs di cuntur omnes,qui sunt sub potestate parentũ, cuiuscunque tandem ætatis sint.l.nam ciuiũ.ff.de his, qui sunt sui vel alie ni iuris. Patresfamiliâs†autẽ,siue illi, qui sui iuris sunt, sunt 10
aut sub tutela,vel cura:aut neque sub tutela, neq; sub cura.-
Sub tutela†sunt masculi vsq; ad x i i i i. annũ, fœminæ vsq; 11
ad x i i. & vocantur impuberes,siue pupilli. Deinde adulti, *Pupilli.*
siue puberes,à x i i i i. anno, vsq; ad x x v. annum,sub cura *Adulti,*
sunt,& vocãtur minores. Ab anno verò x x v. & vltra neq; *minores,*
sub tutela,neq; sub cura sunt,& vocãtur maiores: tũc enim *maiores.*
personis ac rebus suis ipsi præsunt,nisi sint prodigi, aut furiosi,quibus quoq; dantur curatores. Quid autem sit tutela vel cura,item quotuplices sint,videbimus infrà suo loco.

Sequitur de iure.

Hic titulus tractat primam speciem secundæ diuisionis, scilicet,de potestate dominorum in seruos, quæ cum de iure gentium satis dura,& intolerabilis sit,per ius ciuile est ali quo modo restricta,& limitata,ne domini quacunq; de cau sa in seruos sæuirent:& hoc ideo,quia Reipublicæ interest, ne quis re sua malè vtatur.

Qui ad ædem sacram. Quid hodie iuris sit,si delinquens ad sacram ædem fugit,vide in l.fideli.& in l.præsenti. C.de iis, qui ad eccle.confug.c.inter alia.extrà de immun.eccle.

De patria potestate. Tit. IX.

IN hoc titulo traditur altera species subdiuisionis supra traditæ, scilicet, patria potestas. Et definitur prima & præcipua causa patriæ potestatis,scilicet matrimonium: deinde addit causam efficientem patriæ potestatis,vide licet ius ciuile,& ponit quædam exempla.

De nuptiis. Tit. X.

1 *Quinque sunt iura,quæ ad decisiones causarum matrimonialium allegari possunt.*



QVm in causis matrimonialibus sint varia iura,quæ circa gradus consanguinitatis & affinitatis, item circa diuortia vbique non conueniunt,primùm omnium necesse iudicamus,de huiusmodi constitutionibus pauca præmittere,vt constet secundũ quæ iura nostro

nostro tempore causæ matrimoniales tractandæ, & iudican-
1 dæ sunt. Sunt itaque † quinque iura, quæ ad decisiones causa-
rum matrimonialium allegari possunt: primum ius est consuetudo, quæ ante legem Moysi extabat. Secundum est ius Mosaicum. Tertiũ est ius ciuile. Quartum est ius Noui testamenti. Quintum est ius canonicum.

Iura in causis matrimonialibus consideranda.

DE PRIMO IVRE, DE CONSVETVdine scilicet, quæ ante legem Moysi fuit.

1 *Consuetudo ante legem Moysi permisit nuptias in primo gradu consanguinitatis & affinitatis.*

2 *Consuetudo ante legem Moysi visitata, hodie & iure diuino, ciuili, & canonico est prohibita.*

1 PRimum itaque de consuetudine ante legem Moysi dicemus. Erat † autem illa consuetudo ius, quod permittebat nuptias in primo gradu consanguinitatis & affinitatis: nam secundum illam cõsuetudinem, Abraham dixit Saram, quæ soror consanguinea eius erat, hoc est, ex eodem patre, & duabus matribus nata: quia Gẽ.xx. Abraham, duxit Saram esse sororem suam, ex eodem patre, non autem ex eadẽ matre: licet interpretes ibi exponãt sororem pro fratris filia, cum Abraham Genes.xiij. Loth quoque vocauerit fratrẽ suum, & tamen filius fratris erat, Gene.xj. Secundò, secundum illam consuetudinem duxit Iacob simul duas sorores, vt Rachel & Liam, Genes.xxix. cum tamen Rachel ipsi Iacob in primo gradu affinitatis primi generis, propter Liam
2 sororem, quæ Iacob vxor erat, iungebatur. Sed hæc † consuetudo nihil ad nos, quia ius Mosaicum, ciuile, & canonicum expresse illos gradus prohibuerunt. Nam si Sara fuit soror consanguinea Abrahæ, prohibitus est is gradus per Moysen Leu.xviij. his verbis: Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre, non reuelabis. & de iure ciuili in §. inter eas. ĵ. de nup. & de iure canonico in c. non debet. de consang. & affin. Si autem fuit fratris filia, vt interpretes volũt, per legem Moysi is gradus. Leuit. xviij, non reperitur prohibitus, de iure tamen ciuili & canonico prohibitus est. §. fratris. ĵ. de nup. d.c. non debet. de consang. & affin. Exemplum autem Iacob cum duabus sororibus expresse per Moysen Leuitic. xviij. prohibitus est, nec vnquam per ius positiuum tales nuptiæ permissæ sunt. Ideo hæc consuetudo nihil ad nos, nec hæc exempla in consequentiam trahenda.

De

DE LEGE MOYSI.

1 *Nuptiæ inter consanguineos post primum gradum, & inter affines in primo gradu per Moysen erant licitæ.*

2 *Lex Moysi permittit ex quacunque causa vxorem repudiare.*

3 *Lex Moysi concedens nuptias, consanguineorum diuortia, & polygamiam per Christum & ius ciuile est sublata.*

SEcundum ius diximus esse legem Moysi. Permittebātur 1
†autē nuptiæ per Moysen inter consanguineos post primum gradum, & inter affines in primo gradu: quia filiā fratris ducere licebat, cùm inter consanguineos hæ personę tātum fuerint prohibitæ, vt ascendentes & descendentes. Itē collaterales proximi, vt frater, soror, siue consanguinei, siue vterini sint, siue ex vtroque parente. Item amita, matertera, patruus, auunculus. Ideo sequitur ꝙ fratris filiā ducere licebat, licet nō planè sit in secundo gradu. Fratrum autē & sororum liberi hoc iure siue dubio cōiunguntur. Inter affines autē quoq; tantùm proximiores prohibebantur, vt nouerca, vxoris filia, vxoris neptis, vxoris soror, auunculi vel patrui vxor. Reliquæ personæ sunt permissæ hoc iure, de quibus omnibus habes Leuit. xviij. Expresè autem hoc manda tum erat, si frater decedebat sine prole, relicta vxore, tenebatur frater superuiuens relictā fratris ducere, & semē mor tui suscitare. Deut. xxv. & tamen erat in primo gradu affinitatis. Et tantùm de gradibus consanguinitatis, & affinitatis, secundū legem Moysi scriptā. Circa †diuortia autem hoc ius 2
quoque habet speciales constitutiones: nam Deut. xxiiij. expresè habetur, quòd maritus poterit dimittere vxorem ex quacunque causa, & ei dare libellum repudij. Et tātum de lege Moysi scripta. Erat autē ante Moysen, & tempora Moysi, 3
& post Moysen quoque cōsuetudo, quæ polygamiā permittebat, sicuti extāt multa exēpla, vt Iacob, Dauidis, Salomonis, &c. qui simul, plures habuerunt vxores. Sicuti †autē nos consuetudinem, quæ ante legē Moysi extabat, in causis matrimonialibus non sequi debemus, ita nec legē Moysi, siue cōsuetudinē illius tēporis amplecti tenemur. Primùm ideo quod Christus ipse polygamiā, & ea, quæ Moyses de diuor tiis, & libello repudij tradidit, sustulit: nam Matthæi xix. Christus Pharisæis de libello repudij ex quacūque causa interrogantibus, ita respōdit: Moyses ad duritiā cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autē non fuit

De diuortio per legē Moysi.

Id est, multarum vxorū societatē: inde polygamos multinubus.

Prohibita polygamia per Christum.

fuit sic.Dico autem vobis, ꝙ quicunque dimiserit vxorem suã,nisi ob fornicationẽ,& aliam duxerit,mœchatur.Et per illã ipsam sententiã Christus quoq; improbat polygamiã, quæ licita erat tẽpore Moysi,cùm dicit:Quicunque dimiserit vxorem suã,& aliam duxerit,mœchus est. Item tollitur polygamia per Pauli sententiam.j.Cor.vij.Vir sui corporis potestatem non habet,sed vxor. Igitur is, qui vxorẽ duxit, illi soli alligatus est,nec potest se alij obligare. Secundò, ꝙ Moyses in causis matrimonialibus nos non liget,probatur: nam sicuti alia iudicialia Mosaica nihil ad nos pertinẽt, ita nec illa,quæ de matrimoniis disponunt: ideo nos sequi debemus leges præsentiũ magistratuũ,vt Cæsaris,& quò Cæsar nos remittit.Certum est autẽ, ꝙ ius ciuile quoq; prohibet quasdam nuptias,quas Moyses permittebat,vt inter me & fratris mei filiam.§.fratris verò,hîc eodẽ.Item inter me & relictam fratris mei.l.fratris.C.de incest.& inutilib. nup. Ideo lex Moysi,& cõsuetudo sui temporis de matrimoniis disponentes,ad nos quoque non pertinet.

DE IVRE CIVILI.

1 *Ius ciuile permittit nuptias in secundo gradu.*
2 *Diuortia multis de caus. secundum ius ciuile fieri possunt.*
3 *Causæ diuortij de iure nouissimo quæ sint, & vtrum hodie valeant.*
4 *Causæ matrimoniales sunt ab Imperatoribus ad cognitionem Episcoporum reiectæ.& num.5.*
6 *Nuptiæ hodie sunt prohibitæ vsque ad quartũ gradum inclusiuè.*

Iuris ciuilis & legis Mosaicæ discrepantia. Tertium ius,quod de causis matrimonialibus disponit, est ius ciuile.Prohibẽtur autem per hoc ius iidem gradus,qui suprà per consuetudinẽ ante legẽ,& per ipsam legẽ Moysi prohibiti erant.Prohibentur autẽ & alia quædã,quæ de lege Moysi & consuetudine permissa erant:licebat enim lege Moysi ducere fratris filiam,vt colligitur Leuit.xviij.Is gradus de iure ciuili prohibitus est:vt §.fratris verò. hîc tit. nostro.Itẽ de consuetudine, vt diximus,licebat Iudæis plures habere vxores.quod hoc iure quoq; prohibitum reperi-
1 tur.l.cũ,qui duas.C.de adult.Sunt autem in hoc iure potissimùm duo consideranda.Primũ est,quod permittit nuptias in secundo gradu cõsanguinitatis, vt inter liberos duorum fratrum vel duarum sororũ.§.duorũ.hîc titu.nostro.l.si neptem.ff.de ritu nup.& sic post Moysen ius ciuile restrinxit *Quid iure ciuili cõstitutũ sit circa nuptias.*

matr

matrimonia per vnũ gradum. Secundum est, quod ius ciuile † diuortia permittebat multis ex causis: nam in §. distrahuntur. in Auth. de nuptiis. col. iiij. enumerat Imperator varias causas, propter quas matrimonia legitimè contracta distrahuntur. Sed tamẽ is §. videtur correctus per §. prædictis itaq; causis. in Auth. vt liceat matri & auiæ. colla. viij. sed tamen de illo iure nouissimo quoq; extãt multæ causæ diuortij. Prima † est, si alter ingressus fuerit religionẽ. §. quia verò ex consensu. in Auth vt liceat matri & auiæ. Secunda est impotentia coëundi. Tertia, est captiuitas. d. §. prædictis itaque causis. Sed hoc † ius in causis matrimonialibus quoque non est considerandũ, cùm in nouo testamẽto quædã videantur expresse sublata, præsertim ea, quæ de diuortio dicta sunt. Nam Christus Matt. xix. dicit: Ego autẽ dico vobis, quicunque dimiserit vxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, mœchus est. Per quam sententiã reliquæ causæ diuortij sublatæ sunt, præcipuè ea, quæ de captiuitate disponit, licet ius ciuile quoq; non distinguat in captiuitate, scilicet, vtrũ cõstet an coniux in captiuitatẽ redacta, viuat, & tum non permittatur alteri aliud matrimoniũ: si verò dubiũ fuerit an viuat, expectetur per quinquenniũ, & postea permittũtur nuptiæ. §. sed etiam captiuitatis. ver. si verò incertũ. in Authen. de nup. collat. iiij. Cùm ergo ius † ciuile & nouũ Testamentum circa diuortia non videbãtur cõuenire, per Christianos Imperatores causæ matrimoniales ad cognitionẽ Episcoporũ reiectæ sunt, vt ipsi secundum ea, quæ in nouo testamento disposita sunt, iudicẽt. De aliis verò casibus in nouo testamento omissis, condant rationabiles Canones, secundu quos in causis matrimonialibus decideretur. Canones autẽ prohibẽt quoque secundũ gradum in nuptiis, quem leges permiserunt. c. non debet, extrà de consang. & affinit. Nota autem obiter, quòd omnes casus, qui de consuetudine ante legem Moysi, itẽ per ipsam legẽ Moysi, & per ius ciuile prohibiti erãt etiã de iure hodierno omnes prohibiti sunt, non enim extat aliquod exemplũ, quòd ius canonicum permiserit gradum, qui prius prohibitus fuerit. Ecõtra autẽ de iure hodierno multa sunt prohibita, quæ prius permissa erant, vt vides de polygamia, de diuortiis. Item circa gradus consanguinitatis & affinitatis, in quibus † hodie, nuptię prohibitæ sunt, vsque ad quartũ gradum inclusiuè. d. ca. non debet. extra de consan. & affin.

Marginal notes: 2 *Diuortiũ per ius ciuile.* 3 4 5 *Causarũ matrimonialiũ cognitionem, proprium esse episcoporum.* 6

De iure

DE IVRE NOVI TEstamenti.

1 *In euangelio sunt duæ causæ diuortij, adulterium, & discessio infidelis à fideli.*

Quatenus rem matrimoniorum noui testa. attigerit. QVartum Ius, est ius Noui testamenti, sed de hoc iure, quod ad gradus cõsanguinitatis & affinitatis attinet, nihil disponitur, sed tantùm habetur in eo, quòd ad diuortia attinet. Enumerantur † enim duæ causæ diuortij. Prima
1 *Duæ causæ diuortij in euangelio.* est adulterium, de quo Matthæi xix. capite. Secunda est, si alter ex contrahentibus infidelis fuerit, & noluerit habitare cum fideli, sed discesserit, permissum est fideli iterum nubere. De hac causa habes j. Corinth. viij. Hoc tamen sic intelligenon quòd hodie liceat Christiano ducere Iudæam, vel Turcæ alicuius filiam, cum sponsus & sponsa debeant esse eiusdem religionis, sed ita intelligendum est, quòd temporibus apostolorum sæpe alter ex coniugibus conuertebatur ad Christum, altero infideli manente, illi poterant cohabitare si volebant: si autem infidelis nonvolebat, sed discedebat, fidelis non erat ligatus.

DE IVRE CANONICO.

1 *Ius canonicum omnia alia iura in causis matrimonialibus certis in casibus mutat. & nu. 2. 3. 4.*

5 *Casus matrimoniales à iure diuino decisi, sunt sine omni limitatione seruandi.*

6 *In causis matrimonialibus à iure diuino non decisis, seruatur ius canonicum.*

1 QVintum ius, est ius canonicum: hoc † autem ius in certis quibusdam casibus omnia iura supra dicta mutat. Primùm autem mutat consuetudinem, quæ ante legẽ Moysi extabat, prohibẽdo scilicet matrimonia inter affines, vsq; ad quartum gradum inclusiuè. c. j. de consang. & affinit. per quam constitutionem prohibitæ sunt nuptiæ duarum sororum, simul & separatim. Et de hoc est quoque text. in c. qui dormierit. cum simılib. xxvij. q. ij. Deinde sustulit quoq; polygamiã, quæ hac consuetudine permissa erat, de qua xxviij. quæst. ij. & iij. per totum c. si quis fuerit. xxxij. quæst. vij. cap. gaudemus. de diuor. & l. eum qui duas. C. de adul. Secundò,
2 † mutauit quoque legem Moysis in eo quod prohibuit ducere relictã fratris, siue sponsa, siue vxor fuerit. c. si quis desponsauerit. xvij. q. ij. c. fin. de diuortiis. Item quod diuortia

fieri

DE ARBORE CONsanguinitatis.

1 *Consanguinitas quae sit.*
2 *In arbore sunt duo consideranda, linea, & gradus.*
3 *Lineae definitio, eiusque diuisio.*
4 *Gradus qui sit, & quare sic dictus.*
5 *Gradus personarum tribus regulis declarantur. & nu. 6. 7.*

Dicitur autem † consanguinitas vinculum personarũ ab eodem stipite descẽdentium, carnali propagatione cõtractũ. Et dicitur cõsanguinitas, quasi sanguinis vnitas. Con- 1 *Consanguinitas.* siderāda † autẽ sunt in arbore duo, scilicet linea, & gradus. 2 Linea † dicitur collectio personarum ab eodẽ stipite de- 3 scendentium, gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex, linea ascendentium, & descendentiũ, & collateralium. l. j. ff. de grad. affinit. & c. j. xxxv. q. v. Linea descenden- *Linea.* tium est, quando numeramus à patre ad filium, à filio ad nepotem, à nepote ad pronepotem, & sic deinceps. Ascendentium linea est, quando numeramus à filio ad patrẽ, à patre ad auum, ab auo ad proauũ, & deinceps. Collateraliu verò est, quādo numeramus fratres & sorores, & vlteriores quoque. Et illa subdiuiditur in lineam æqualem, & inæqualem. Æqualis linea est, quando gradus æquè distant à communi stipite, vt frater, & soror æquè distant à communi stipite. Item patrueles & consobrini à communi stipite. Inæqualis *Linea æqualis & inæqualis.* est, quando quædam persona aliâs gradu præcedit, vt cùm quæritur de fratre, & fratris præmortui filio. Item de consobrinis & sobrinis: quia frater præcedit gradu fratris filiũ, & consobrini gradu præcedunt sobrinos. igitur sunt in linea inæquali.

Gradus † verò est habitudo distantiũ personarum, qua co- 4 *Gradus.* gnoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicitur gradus ad similitudinẽ scalarũ graduũ, siue locorũ procliuiũ: quia ita gradimur de proximo ad proximũ, d. l. iurisconsultus. ff. de gra. affi. Nunc dicemus de regulis, ex quibus gradus discerni possunt. *Ascendẽtiũ & descendẽtium nuptiæ in infinitum prohibitæ.*

Primùm, non est necesse tradere regulā de ascendẽtibus & descendentibus: quia inter illas personas nuptiæ in infinitum sunt prohibitæ. §. ergo non omnes. hîc tit. nostro. propter sequentes tamen regulas intelligendas dic hanc esse regulam in ascendentibus & descendentibus.

PRIMA REGVLA DE ASCENdentibus & descendentibus.

5 Tot sunt† gradus, quot sunt personæ. cōnumeratis intermediis, vna dēpta: vt auus, & nepos, sunt in tertio gradu: & hoc ideo, quia pater & filius cēsentu: vna persona. Dicemus itaque de collateralibus, & de iis extant duæ regulæ.

SECVNDA REGVLA DE COLlateralibus in linea æquali.

6 Quoto gradu† vtraq; persona distat à cōmuni stipite, eodem gradu etiā inter se distat: vt exēplum, Patrueles, & consobrini distant à se mutuò in secūdo gradu: quia numerādo ad stipitē, quælibet distat ab eo in secundo gradu. Itē sobrini inter se distāt tertio gradu, quia quælibet persona distat à stipite tertio gradu. Ita filij sobrinorū distāt à se inuicem quarto gradu, quia qu elibet earum qua to gradu distat.

TERTIA REGVLA DE COLLAteralibus in linea inæquali.

7 Quoto gradu† remotior distat à stipite, eodem gradu distant inter se. c. fi. extra de consang. & affi. Exemplu: Patrueles & sobrini sunt in tertio gradu, quia sobrini sunt remotiores, & distāt à stipite tertio gradu: ergo & à Patruelibus eodem gradu distant, licet patrueles sint tantùm in secūdo à stipite. Aliud exemplum: Nepos Petrutij distat à filia patrui quarto gradu, quia tot sunt personæ vsque ad stipitem.

DE ARBORE affinitatis.

1 *Affinitas est proximitas personarū, ex iustis nuptijs proueniēs.*
2 *Affinitas dicitur quasi duorum vnitas.*
3 *Affinitas contrahitur tam ex nuptijs illegitimis, quam legitimis.*
4 *Affinitatis tria sunt genera, quæ explicantur nu. 5. 6.*
5 *Gradus affinitatis duabus regulis explicantur. & nu. 8.*

Affinitas 1 AFfinitas, secundùm† leges, est personarum proximitas, proueniēs ex iustis nuptiis. Dico, ex iustis nuptiis, quia ex interdictis & illicitis nuptiis de iure ciuili non contrahitur affinitas. l. non facilè. §. affines. & §. sciendum. ff. de gradu affini. Secūdum Canones verò est personarū proximitas ex quocunque coitu proueniens, omni carens parentela: & de 2 illa affinitate loquimur hîc. Et† dicitur affinitas, quasi duorum ad vnum finem vnitas, eò quòd cognationes diuersæ, vel per nuptias, vel alioqui per coitum copulantur. Contrahitur

Affinitas secundum canones.

bitur † igitur affinitas duobus modis. Primò per legitimas 3
nuptias. Secundo per coitum extra matrimonium, siue sit li *Contrahi*
citus, siue incestuosus. c. discretionem. c. penult. extra de eo, *de affini-*
qui cogno. consang. vxor. suæ. Per nudam autem desponsa- *tatis modi.*
tionem, nondum secuta copula carnali, non est contracta af *Simplex*
finitas, sed publica honestas, quæ quoque impedit matrimo *desponsatio*
nia, vt infra dicemus. *affinitatē*

Sunt autem † tria genera affinitatis. Primū est, quod me- 4 *non parit.*
diante vna persona contrahitur: persona enim addita perso
næ mutat genus attinentiæ, non autem gradum. Exēplum: *Tria affi-*
Ego & frater meus sumus cōsanguinei in primo gradu cō *nitatis ge-*
sanguinitatis, frater meus ducit vxorem, illa est persona ad *nera.*
dita per copulam carnis, & mutat genus, id est, alio genere
attinet mihi, quia vxor est affinis, frater autem consangui-
neus: gradum autē non mutat. Sicuti enim frater est mihi in
primo gradu consanguinitatis, ita vxor eius est mihi iuncta
in primo gradu affinitatis. Et hoc genus habet tantùm pro-
hibitionem in matrimoniis vsque ad quartum gradum, reli
qua duo genera matrimonia non impediunt.

Secūdum † genus affinitatis est, quādo primo generi est 5
addita alia persona per carnis copulā. Exemplum: Vxor fra
tris mei est mihi in primo genere affinitatis iūcta, mortuo
fratre meo, adde eius relictæ aliū maritū, & is erit mihi affi
nis in secūdo genere. Aliud exēplum: Soror mea habuit ma
ritū, qui est affinis me⁹ in primo genere, ea mortua, maritus
eius aliā accepit, quæ est mihi in secūdo genere, & tamen in
primo gradu, ibi marito mortuo, eius relictā ducere possū.

Tertium † affinitatis genus est quod constituitur median 6
tibus trib⁹ personis. Persona enim secūdo generi per carnis
copulam adiecta, cōstituit tertium genus. Exemplū: Relicta
fratris mei vxor, quæ mihi est in primo genere affinitatis,
post eius mortē nupsit Gaio, qui est mihi in secūdo genere,
ipsa decessit, Gaius autem aliam duxit, & illa est mihi in ter
tio genere affinitatis: nam quæritur vtrum mortuo Gaio li-
ceat mihi ducere relictam eius? Et deciditur q̃ sic: quia secū *Quæ gene-*
dum & tertium genus hodie non impediunt matrimonia. c. *ra affinita-*
non debet. extra de consang. & affi. Primū enim genus tan- *tis hodie*
tum obstat nuptiis, in quo contrahitur affinitas inter spon- *impediunt*
sum, & consanguineas sponsæ, & vicissim inter sponsam & *matrimo-*
consanguineos sponsi. Inter consanguineos autem sponsi *nia.*

Leges enim semper inspiciũt id, q̄ est certius: & quia mater semper est certa, ideo ei⁹ conditio inspicitur.



Via partus, quo ad statũ seu libertatẽ, sequitur conditionem matris, quo ad dignitatem verò, & honores, sequitur patrem. l. mulieres. C. de dign. lib. xii. & l. fœminæ. ff. de senat.

VERS. *Sufficit autem.*

1 Id est, mater † habet tria tẽpora, quibus partui libertatẽ acquirere põt. Primũ tẽpus est cõceptionis. Secundũ dicit medium tẽpus, scilicet inter cõceptionẽ & partũ. Tertium est tẽpus partus. Sufficit ergo matrẽ vno ex istis tẽporibus liberã fuisse, licet reliquis duobus ancilla fuit. Pater autẽ in hominis procreatione tantùm vnũ habet tẽpus, scilicet cõceptionis: igitur fauore libertatis, partus sequitur matrem.

§. *cùm autem ingenuus.*

Hũc §. sic intellige: Si quis fuerit habitus ꝓ seruo, cũ tñ re vera nõ esset seruus, & postea manumissus fuerit, quæritur an illa manumissio efficiat ꝙ habeatur ꝓ libertino, & nõ ingenuo? & deciditur ꝙ nõ: quia nihilomin⁹ ingenu⁹ est cũ manumissio nõ officiat ingenuitati, si vera seruitus nõ ꝓcessisset.

De libertinis. Tit. V.

1 *Libertini qui dicantur, & quotuplices.*
2 *Seruitus, & libertinitas hodie sunt iure cõsuetudinario sublatæ.*
3 *Libertus & libertinus quid differant.*



Ic titulus cõtinet secũdã speciẽ libertatis, s. libertinitatẽ: Et primò ponit quis sit libertin⁹: itẽ quid sit manumissio, & vnde dicatur, quot modis cõtingat, & quę sit diuisio libertinorũ.

1 Dic ergo † Libertinũ dici eũ, qui fuit in seruitute & manumissus est. Erãt autẽ triplices libertini: Romani, Latini, & Dedititij. Romani libertini erãt, qui cõsequebantur plenã libertatẽ: & fiebant ciues Romani. Latini libertini introducti erãt per legem Iuliam Norbanã: quam ferebat rex Rom. Norbanus: & illi erant toto tẽpore vitæ suæ liberi, post mortẽ autẽ fiebãt serui, ita ꝙ bona eorũ nõ manebãt hæredibus, sed ad dominũ perueniebãt. Et illa libertinitas sublata est per illũ ti. C. de Lat. li. tol. Dedititij verò erãt, qui toto tẽpore vitæ seruiebãt, post mortẽ autẽ fiebãt liberi & peculium eorũ cedebat hæredibus, nõ autẽ patronis. Hoc autẽ introductũ erat ab Ælio Sẽtio Rege Ro. per legẽ Æliã Sentiã, ab eo dictã. Et illa libertinitas quoq;

est

est sublata per illũ tit.C.de dedit.tol.Et sic secundũ hoc ius tantũ supersunt libertini Romani,qui hodie de iure cõsuetudinario desierũt in vsu esse:quia† de iure cõsuetudinario inter Christianos sublata est seruitus,& per cõsequẽs liber tinitas,secundũ Bar.in l.hostes.ff.de cap.& postli.reuer. Panor.in c.sicut.extrà de iureiur.Vbi enim nulla est seruitus, ibi quoq; nulla potest esse libertinitas:quia libertinitas est quasi priuatio seruitutis,& priuatio præsupponit habitũ.l. decẽ.ff.de ver.obl.Ergo sequitur,inter Christianos de iure cõsuetudinario quoq; nullos esse libertinos.Est autẽ certũ, omnes homines,qui sunt sub Romano imperio, teneri, vt sint Christiani,si non re,nomine saltẽ.l.j.C.de sum.trini.& fide cath.Differẽtia† inter libertum & libertinum est, q libertinus propriè dicitur,quatenus est manumissus, & nusquam respicit,& sic est nomẽ absolutum. Libertus verò dicitur respectu patroni:sicut enim pater & filius, dominus & seruus,sunt correlatiua,ita quoq; libertus & patronus.

2 *Hodie inter Christianos nõ esse locum seruituti & libertinitati.*

3 *Libertus.*

Quibus ex causis manumit.non licet. Tit. VI.

1 *Continuatio huius tit.cum præcedentibus.*
2 *Manumittere quibus prohibeatur.*
3 *Animus hominis, atque intentio, discernit factum.*
4 *Alumnus qui dicatur.*
5 *Manumittere in testamento hodie potest,cui permittitur testamentum condere.*



IN præcedenti† titulo dictũ est de definitione & diuisione manumissionis,& libertinorũ:itẽ de circũstãtiis,vbi,quomodo,& quãdo manumissio fieri debeat:in hoc autẽ titulo tractat de circũstãtia personarũ.i. quis manumittere possit,& sic de causa efficiente.Possunt autẽ manumittere omnes,quibus non prohibetur.Prohibetur† autẽ duobus. Primũ,illis,qui nõ sunt soluendo,& volunt in fraudẽ creditorũ manumittere:nisi manumissio fiat in testamẽto,&manumissus hæres instituatur:hoc enim casu creditores nullũ sentirent incõmodum,cùm seruus hæres institutus teneatur eis satisfacere vt hæres.Secundò,prohibitum est minoribus XVIII.annis,nisi habeant iustas causas manumissionis,de quibus hîc in tex.vel in testamento manumitterẽt, tunc enim satis esset adimpleuisse XIIII.annum.

1 *Thema huius tituli.*

2

VERS. *Ne iniuria defunctus.*

Non enim minùs iniuria afficiẽdus est defunctus, quàm viuus. Qui autem iniuria eum affecerit, tenetur hæredibus actione iniuriarum. l. ossa. ff. de relig. & sumpt. funer. l. j. §. quoties. ff. de iniuriis.

Praualuisse tamẽ. Id est, prędicta vera sunt, quãdo ex proposito manumittit, vt creditores decipiat. Animus enim, &
3 †hominis intẽtio distinguũt facta. l. fœdissimã. C. de adult.
Estq́; hic §. sumpt' ex l. in fraudẽ. ff. q & à qui. manumiss. &c.

Inde est quòd affectum inter dum leges tantum in tuentur. l. si quis. de sacr. eccles. C.

Seruus hæres institutus est. Id est, quòd non potest esse hæres, nisi sit liber: ideóque intelligitur illud prius, scilicet libertas, tacitè concessum, sine quo posterius, scilicet hæredis institutio, valere non potest.

4 *Aut alumnum.* Alumnus †tam in actiua, quàm in passiua significatione capitur. Significat eum, quem tu aluisti, & eum quoque, qui te aluit. Item significat filios ex concubina natos. l. j. cum gl. C. quæ res pig. oblig. poss.

Alũnus.

§. *Cùm ergo.*

5 Hic §. etiã hodie est correctus per §. j. in Auth. vt spõsa. larg. coll. ix. vbi †dicitur ꝙ quilibet potest in testamẽto manumittere, cui permissum est testamentum condere. Sed omnis adultus, id est, XIIII. annorũ, qui est sui iuris, postquàm adimpleuit XIIII. annũ, potest cõdere testamentũ. §. cùm ergo. hîc tit. nostro. §. prætereà. cũ gl. infrà quib. nõ est permiss. fac. test. Ergo sequitur, quòd etiam in testamẽto manumittere possit, postquàm adimpleuerit XIIII. annũ.

Mediam viã. Scilicet inter XIIII. & XX. videlicet XVII.

De his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Tit. VIII.

1 *Continuatio huius tit. cum præcedentibus.*
2 *Liberarum personarum diuisio.*
3 *Patria potestas quæ dicatur.*
4 *Liberorum quinque sunt species.*
5 *Legitimatio quot modis fiat.*
6 *Patria potestas quot, & quibus causis acquiratur.*
7 *Patriæ potestatis qui sint effectus.*
8 *Ius patriæ potestatis sex modis soluitur.*
9 *Sui iuris sunt omnes personæ, præter seruos, & filiosfamiliàs.*
10 *Diuisio, siue status personarum, quæ sunt sui iuris.*
11 *Sub tutela esse qui dicantur.*

In tit


N titulis†precedētibus explicauimus vnā perso 1
narū diuisionē, quæ partim iuris naturalis, partim verò iuris gentiū erat. Ea enim pars, quę ingenuitatem tradidit, propriè ad ius naturale spectabat, cùm eo iure omnes homines liberi sint. Altera verò pars de seruitute & manumissione ex iure gētiū originem traxit. Sequitur igitur alia personarum diuisio, ꝙ † scilicet 2
liberi homines sunt, aut alieni iuris, aut sui iuris. Alieni iuris sunt, aut sub potestate dominorū, aut sub potestate parētum: & hæc diuisio est partim iuris gētiū, partim verò est iuris ciuilis. Nam ea, quæ de potestate dominorū in seruos tradit, ad ius gentium referēda est: altera verò, id est, de potestate in liberos, propriè ad ius ciuile spectat. Et hoc ius ex iure ciuili originem traxit, cùm reliquæ gentes liberos in potestate non habeant. §. ius autem. infra de patria potesta. & l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. 3

Alia personarū diuisio.

Est itaq; patria†potestas ius, per quod filij, filiæ, nepotes, neptes, & cæteri descēdētes per lineā masculinā, patri, auo, patrono, vel proauo. s. legitimo subiiciūtur. Dico, per lineā masculinā, propter eos, qui ex filiabus nascuntur: illi enim non sunt in potestate aui materni, sed in potestate sui patris, & aui paterni, cùm matres liberos in potestate nō habeāt. §. fœminæ. infrà de adop. Dico legitimo, quia non oēs liberi, qui patres, & auos habēt, sub eorū potestate sunt, sed tantū illi, qui legitimos habēt parētes. Ad hoc ergo vt intelligas qui liberi propriè sint in potestate parentum, dic ꝙ †quinq; sunt species liberorū. Primò, naturales & legitimi 4
qui scilicet ex iustis nuptiis procreati sunt, de quibus dicemus in ti. infrà de nup. Secūdò, legitimi tantū, vt liberi adoptiui, de quib. j. in tit. de adop. & illas duas species habēt patres in potestate. Tertiò, sunt naturales tātùm, qui scilicet nati sunt ex cōcubina, vel ex duabus liberis personis extra matrimonium, inter quas tamen matrimonium potest consistere: & illi non sunt in patria potestate, nisi legitimentur. Legitimatio†autem fit tribus modis. Primò, per subsequēs 5
matrimonium. c. j. & c. tanta est vis. extrà qui filij sint legit. Secūdò, per dationē curiæ. §. fi. infrà de nup. §. quibus cōnumerari. infrà de hær. quę ab intest. defer. Tertiò, ꝑ rescriptū Principis, vel Comitis Palatini. Quarta species filiorū dicuntur spurij, qui scilicet ex sco' to publico nati sunt, incer-

Patria potestas.

Quinque species liberorum.

Legitimatio quot modis fiat.

tos patres habentes,quos vocãt,vulgò conceptos. Quinta species est illorum,qui ex incestuoso coitu nati sunt, vt ex ascendentibus & descẽdentibus, itẽ ex collateralibus proximis. Et illæ duæ species quoq; non sunt in potestate parẽtum,nec possunt legitimari regulariter, nisi legitimatio fieret per rescriptũ Principis de plenitudine potestatis. Per subsequens autem matrimonium legitimari nullo modo possunt. Vide Bald.in l.si qua illustris.C.de Senat.Ornfic.

6 Causę patriæ†potestatis tres sunt.Prima est legitimũ matrimoniũ,de quo infrà de nupt. Secũda legitimatio filij naturalis.§.fi.infrà de nup.Tertia est adoptio,vt infrà de ado. in pr.in.Effect⁹†verò patriæ potestatis sunt. Primũ ꝙ patri acquirit plenũ dominiũ in bonis ꝓfectitiis filiisfamiliâs, & administratio quo ad vsumfructũ in bonis aduẽtitiis.§.igitur liberi.infrà,per quas perso.nob.acq.l.j. & ij. C. de bon. mater.Secundò, ꝙ filiusfamiliâs non potest regulariter patrẽ in ius vocare,etiã cũ venia iudicis.l.fin.C. de in ius voc. Tertiò,ꝙ filiusfamiliâs non potest contrahere, neq; agere suo nomine,nisi ad ea,quæ ex castrẽsi, vel quasi castrẽsi peculio proueniũt,vt colligitur ex gl.in verbo,dignitatẽ. in l. si lõgius.§.si filiusfamiliâs.ff.de iudic.Quartò, ꝙ filiusfamiliâs non potest testamentum cõdere,nisi in castrẽsibus,vel quasi castrẽsib⁹ peculiis, vt infrà quib. nõ est pmis fac.test. & §.fi.infrà de mil.test. Reliquos effect⁹ patriæ potestatis,

Ex quibus efficitur patria potestas.

7 *Ius patriæ potestatis.*

8 vide in §.ius aũt.in gl.in verb.in ius.infrà de pat.pot.Soluit†autẽ ius patriæ potestatis sex modis.Primò,morte naturali patris,vel aui paterni,&c.Secũdò,morte ciuili,quando pater ꝓpter aliquod malefactũ deportatur,vel est bãnitus: intellige tamẽ,ꝙ auus paternus priùs fuerit mortuus. Tertiò dignitate patritiatus:illa enim dignitas sũma erat post Cæsarem.Idem dic,si filiusfamiliâs eligitur in episcopum. Quartò,si pater fuerit captus ab hostibus:sed tũ patria potestas est tantũ in pendenti & suspenso,nec penitus sublata:quia pater ex seruitute rediens,iure postliminij acquirit pristinã suam potestatẽ.Quintò,emãcipatione.Sextò, adoptione aui.Et sic habes qui sint alieni iuris,videlicet filij sub potestate parẽtũ,& serui sub potestate dñorũ.Ex quib⁹ facilè cognosces,atq; intelliges qui sint sui iuris. Contrariorum enim eadem est disciplina.Sunt†itaq; omnes personæ

Soluendæ patriæ potestatis sex modis.

9 sui iuris,exceptis seruis, & filiisfamiliâs.Et vocãtur patresfamil.


famil.ſiue puberes ſint,ſiue impuberes. Sicuti filiifamiliâs di cuntur omnes,qui ſunt ſub poteſtate parentũ, cuiuſcunque tandem ætatis ſint.l.nam ciuiũ.ff.de his, qui ſunt ſui vel alie ni iuris. Patresfamiliâs† autẽ,ſiue illi, qui ſui iuris ſunt, ſunt 10
aut ſub tutela,vel cura:aut neque ſub tutela, neq; ſub cura.
Sub tutela† ſunt maſculi vſq; ad XIIII. annũ, fœminæ vſq; 11
ad XII. & vocantur impuberes,ſiue pupilli. Deinde adulti, *Pupilli,*
ſiue puberes,à XIIII. anno, vſq; ad XXV. annum,ſub cura *Adulti,*
ſunt,& vocãtur minores. Ab anno verò XXV. & vltra neq; *minores,*
ſub tutela,neq; ſub cura ſunt,& vocãtur maiores: tũc enim *maiores.*
perſonis ac rebus ſuis ipſi præſunt,niſi ſint prodigi, aut furioſi,quibus quoq; dantur curatores. Quid autem ſit tutela vel cura,item quotuplices ſint,videbimus infrà ſuo loco.

Sequitur de iure.

Hic titulus tractat primam ſpeciem ſecundæ diuiſionis, ſcilicet,de poteſtate dominorum in ſeruos, quæ cum de iure gentium ſatis dura,& intolerabilis ſit,per ius ciuile eſt ali quo modo reſtricta,& limitata,ne domini quacunq; de cau ſa in ſeruos ſæuirent:& hoc ideo,quia Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua malè vtatur.

Qui ad ædem ſacram. Quid hodie iuris ſit,ſi delinquens ad ſacram ædem fugit,vide in l.fideli.& in l.præſenti. C.de iis, qui ad eccle.confug.c.inter alia.extrà de immun.eccle.

De patria poteſtate. Tit. IX.



N hoc titulo traditur altera ſpecies ſubdiuiſionis ſupra traditæ, ſcilicet, patria poteſtas. Et definitur prima & præcipua cauſa patriæ poteſtatis,ſcilicet matrimonium: deinde addit cauſam efficientem patriæ poteſtatis,vide licet ius ciuile,& ponit quædam exempla.

De nuptiis. Tit. X.

1 *Quinque ſunt iura,quæ ad deciſiones cauſarum matrimonialium allegari poſſunt.*



Vm in cauſis matrimonialibus ſint varia iura,quæ circa gradus conſanguinitatis & affinitatis, item circa diuortia vbique non conueniunt,primùm omnium neceſſe iudi camus,de huiuſmodi conſtitutionibus pau ca præmittere,vt conſtet ſecundũ quæ iura noſtro

nostro tempore causæ matrimoniales tractandæ,& iudicandæ sunt.Sunt itaque† quinque iura,quæ ad decisiones causarum matrimonialium allegari possunt:primum ius est consuetudo,quæ ante legem Moysi extabat. Secundum est ius Mosaicum.Tertiũ est ius ciuile. Quartum est ius Noui testamenti. Quintum est ius canonicum.

Iura in causis matrimoniali bus consideranda.

DE PRIMO IVRE, DE CONSVETVdine scilicet,quæ ante legem Moysi fuit.

1 *Consuetudo ante legem Moysi permisit nuptias in primo gradu consanguinitatis & affinitatis.*

2 *Consuetudo ante legem Moysi visitata,hodie & iure diuino,ciuili,& canonico est prohibita.*

1 PRimum itaque de consuetudine ante legem Moysi dicemus.Erat† autem illa consuetudo ius,quod permittebat nuptias in primo gradu consanguinitatis & affinitatis: nam secundum illam cõsuetudinem,Abraham dixit Saram, quæ soror consanguinea eius erat,hoc est, ex eodem patre, & duabus matribus nata: quia Gẽ.xx.Abraham,duxit Saram esse sororem suam, ex eodem patre, non autem ex eadẽ matre:licet interpretes ibi exponãt sororem pro fratris filia,cum Abraham Genes.xiij. Loth quoque vocauerit fratrẽ suum,& tamen filius fratris erat,Gene.xj.Secundò,secundum illam consuetudinem duxit Iacob simul duas sorores, vt Rachel & Liam,Genes.xxix.cum tamen Rachel ipsi Iacob in primo gradu affinitatis primi generis,propter Liam

2 sororem,quæ Iacob vxor erat,iungebatur.Sed hæc† consuetudo nihil ad nos,quia ius Mosaicum,ciuile, & canonicum expresse illos gradus prohibuerunt. Nam si Sara fuit soror consanguinea Abrahæ,prohibitus est is gradus per Moysen Leu.xviij.his verbis:Turpitudinem sororis tuæ ex patre, siue ex matre,non reuelabis.& de iure ciuili in §.inter eas.ĩ. de nup.& de iure canonico in c.non debet.de consang.& affin.Si autem fuit fratris filia,vt interpretes volũt, per legem Moysi is gradus.Leuit.xviij,non reperitur prohibitus, de iure tamen ciuili &canonico prohibitus est.§.fratris.ĩ.de nup. d.c.non debet.de consang.& affin.Exemplum autem Iacob cum duabus sororibus expresse per Moysen Leuitic.xviij. prohibitus est,nec vnquam per ius positiuum tales nuptiæ permissæ sunt. Ideo hæc consuetudo nihil ad nos,nec hæc exempla in consequentiam trahenda.

De

DE LEGE MOYSI.

1 *Nuptiæ inter consanguineos post primum gradum, & inter affines in primo gradu per Moysen erant licitæ.*
2 *Lex Moysi permittit ex quacunque causa vxorem repudiare.*
3 *Lex Moysi concedens nuptias, consanguineorum diuortia, & polygamiam per Christum & ius ciuile est sublata.*

SEcundum ius diximus esse legem Moysi. Permittebátur 1 †autẽ nuptiæ per Moysen inter consanguineos post primum gradum, & inter affines in primo gradu: quia filiã fratris ducere licebat, cùm inter consanguineos hæ personę tãtum fuerint prohibitæ, vt ascendentes & descendentes. Itẽ collaterales proximi, vt frater, soror, siue consanguinei, siue vterini sint, siue ex vtroque parente. Item amita, matertera, patruus, auunculus. Ideo sequitur ꝙ fratris filiã ducere licebat, licet nõ planè sit in secundo gradu. Fratrum autẽ & sororum liberi hoc iure siue dubio cõiunguntur. Inter affines autẽ quoq; tantùm proximiores prohibebantur, vt nouerca, vxoris filia, vxoris neptis, vxoris soror, auunculi vel patrui vxor. Reliquæ personæ sunt permissæ hoc iure, de quibus omnibus habes Leuit. xviij. Expreßè autem hoc mandatum erat, si frater decedebat sine prole, relicta vxore, tenebatur frater superuiuens relictã fratris ducere, & semẽ mortui suscitare. Deut. xxv. & tamen erat in primo gradu affinitatis. Et tantùm de gradibus consanguinitatis, & affinitatis, secundũ legem Moysi scriptã. Circa † diuortia autem hoc ius 2 quoque habet speciales constitutiones: nam Deut. xxiiij. expreßè habetur, quòd maritus poterit dimittere vxorem ex quacunque causa, & ei dare libellum repudij. Et tãtum de lege Moysi scripta. Erat autẽ ante Moysen, & tempora Moysi, 3 & post Moysen quoque cõsuetudo, quæ polygamiã permittebat, sicuti extãt multa exẽpla, vt Iacob, Dauidis, Salomonis, &c. qui simul, plures habuerunt vxores. Sicuti † autẽ nos consuetudinem, quæ ante legẽ Moysi extabat, in causis matrimonialibus non sequi debemus, ita nec legẽ Moysi, siue cõsuetudinẽ illius tẽporis amplecti tenemur. Primùm ideo quod Christus ipse polygamiã, & ea, quæ Moyses de diuortiis, & libello repudij tradidit, sustulit: nam Matthæi xix. Christus Pharisæis de libello repudij ex quacũque causa interrogantibus, ita respõdit: Moyses ad duritiã cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autẽ non fuit

De diuortio per legẽ Moysi.

Id est, multarum vxorũ societatẽ: inde polygamos multinubus.

Prohibita polygamia per Christum.

fuit sic. Dico autem vobis, ꝙ quicunque dimiserit vxorem suã, nisi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur. Et per illã ipsam sententiã Christus quoq; improbat polygamiã, quæ licita erat tẽpore Moysi, cùm dicit: Quicunque dimiserit vxorem suã, & aliam duxerit, mœchus est. Item tollitur polygamia per Pauli sententiam .j. Cor. vij. Vir sui corporis potestatem non habet, sed vxor. Igitur is, qui vxorẽ duxit, illi soli alligatus est, nec potest se alij obligare. Secundò, ꝙ Moyses in causis matrimonialibus nos non liget, probatur: nam sicuti alia iudicialia Mosaica nihil ad nos pertinẽt, ita nec illa, quæ de matrimoniis disponunt: ideo nos sequi debemus leges præsentiũ magistratuũ, vt Cæsaris, & quò Cæsar nos remittit. Certum est autẽ, ꝙ ius ciuile quoq; prohibet quasdam nuptias, quas Moyses permittebat, vt inter me & fratris mei filiam. §. fratris verò, hîc eodẽ. Item inter me & relictam fratris mei. l. fratris. C. de incest. & inutilib. nup. Ideo lex Moysi, & cõsuetudo sui temporis de matrimoniis disponentes, ad nos quoque non pertinet.

DE IVRE CIVILI.

1 *Ius ciuile permittit nuptias in secundo gradu.*

2 *Diuortia multis de caus. secundum ius ciuile fieri possunt.*

3 *Causæ diuortij de iure nouissimo quæ sint, & vtrum hodie valeant.*

4 *Causæ matrimoniales sunt ab Imperatoribus ad cognitionem Episcoporum reiectæ. & num. 5.*

6 *Nuptiæ hodie sunt prohibitæ vsque ad quartũ gradum inclusiuè.*

Iuris ciuilis & legis Mosaicæ discrepantia.

TErtium ius, quod de causis matrimonialibus disponit, est ius ciuile. Prohibẽtur autem per hoc ius iidem gradus, qui suprà per consuetudinẽ ante legẽ, & per ipsam legẽ Moysi prohibiti erant. Prohibentur autẽ & alia quædã, quæ de lege Moysi & consuetudine permissa erant: licebat enim lege Moysi ducere fratris filiam, vt colligitur Leuit. xviij. Is gradus de iure ciuili prohibitus est: vt §. fratris verò. hîc tit. nostro. Itẽ de consuetudine, vt diximus, licebat Iudæis plu-
1 res habere vxores. quod hoc iure quoq; prohibitum reperitur. l. eũ, qui duas. C. de adult. Sunt autem in hoc iure potissimùm duo consideranda. Primũ est, quod permittit nuptias in secundo gradu consanguinitatis, vt inter liberos duorum fratrum vel duarum sororũ. §. duorũ. hîc titu. nostro. l. si neptem. ff. de ritu nup. & sic post Moysen ius ciuile restrinxit

Quid iure ciuili cõstitutũ sit circa nuptias.

matr

matrimonia per vnū gradum. Secundum est,quod ius ciuile†diuortia permittebat multis ex causis: nam in §.distra- 2
huntur.in Auth.de nuptiis.col.iiij.enumerat Imperator varias causas,propter quas matrimonia legitimè contracta distrahuntur.Sed tamē is §.videtur correctus per §. prædictis itaq; causis.in Auth.vt liceat matri & auiæ.colla.viij.sed tamen de illo iure nouissimo quoq; extāt multæ causæ diuortij.Prima†est,si alter ingressus fuerit religionē.§.quia verò 3
ex consensu.in Auth vt liceat matri & auiæ.Secunda est impotentia coëundi.Tertia,est captiuitas.d.§.prædictis itaque causis.Sed hoc†ius in causis matrimonialibus quoque non 4
est considerandū,cùm in nouo testamēto quædā videantur expresse sublata,præsertim ea, quæ de diuortio dicta sunt. Nam Christus Matt.xix.dicit:Ego autē dico vobis, quicunque dimiserit vxorē suā,nisi ob fornicationē, mœchus est. Per quam sententiā reliquæ causæ diuortij sublatæ sunt,præcipuè ea,quæ de captiuitate disponit, licet ius ciuile quoq; non distinguat in captiuitate,scilicet, vtrū cōstet an coniux in captiuitatē redacta,viuat, & tum non permittatur alteri aliud matrimoniū:si verò dubiū fuerit an viuat, expectetur per quinquenniū,& postea permittūtur nuptiæ.§.sed etiam captiuitatis.ver.si verò incertū.in Authen.de nup.collat.iiij.
Cùm ergo ius † ciuile & nouū Testamentum circa diuortia 5
non videbātur cōuenire,per Christianos Imperatores causæ matrimoniales ad cognitionē Episcoporū reiectæ sunt, vt ipsi secundum ea,quæ in nouo testamento disposita sunt, iudicēt.De aliis verò casibus in nouo testamento omissis, condant rationabiles Canones,secundū quos in causis matrimonialibus decideretur. Canones autē prohibēt quoque secundū gradum in nuptiis,quem leges permiserunt. c.non debet,extrà de consang. & affinit. Nota autem obiter,quòd omnes casus,qui de consuetudine ante legem Moysi, itē per ipsam legē Moysi,& per ius ciuile prohibiti erāt etiā de iure hodierno omnes prohibiti sunt, non enim extat aliquod exemplū,quòd ius canonicum permiserit gradum,qui prius prohibitus fuerit.Ecōtra autē de iure hodierno multa sunt prohibita,quæ prius permissa erant,vt vides de polygamia, de diuortiis.Item circa gradus consanguinitatis & affinitatis,in quibus†hodie,nuptię prohibitæ sunt,vsque ad quartū 6
gradum inclusiuè.d.ca.non debet.extra de consan.& affin.

Diuortiū per ius ciuile.

Causarū matrimonialiū cognitionem, proprium esse episcoporum.

De iure

DE IVRE NOVI TEstamenti.

1 *In euangelio sunt duæ causæ diuortij, adulterium, & discessio infidelis à fideli.*

Quatenus rem matrimoniorum noui testa. attigerit. QVartum Ius, est ius Noui testamenti, sed de hoc iure, quod ad gradus cõsanguinitatis & affinitatis attinet, nihil disponitur, sed tantùm habetur in eo, quòd ad diuortia attinet. Enumerantur † enim duæ causæ diuortij. Prima 1 est adulterium, de quo Matthæi xix. capite. Secunda est, si alter ex contrahentibus infidelis fuerit, & noluerit habitare cum fideli, sed discesserit, permissum est fideli iterum nubere. De hac causa habes j. Corinth. viij. Hoc tamen sic intelli ge, non quòd hodie liceat Christiano ducere Iudæam, vel Turcæ alicuius filiam, cum sponsus & sponsa debeant esse eiusdem religionis, sed ita intelligendum est, quòd tempori bus apostolorum sæpe alter ex coniugibus conuertebatur ad Christum, altero infideli manente, illi poterant cohabita re si volebant: si autem infidelis nonvolebat, sed discedebat, fidelis non erat ligatus. *Duæ causæ diuortij in euangelio.*

DE IVRE CANONICO.

1 *Ius canonicum omnia alia iura in causis matrimonialibus certis in casibus mutat. & nu. 2. 3. 4.*

5 *Casus matrimoniales à iure diuino decisi, sunt sine omni limitatione seruandi.*

6 *In causis matrimonialibus à iure diuino non decisis, seruatur ius canonicum.*

1 QVintum ius, est ius canonicum: hoc † autem ius in certis quibusdam casibus omnia iura supra dicta mutat. Primùm autem mutat consuetudinem, quæ ante legẽ Moysi extabat, prohibẽdo scilicet matrimonia inter affines, vsq; ad quartum gradum inclusiuè. c. j. de consang. & affinit. per quam constitutionem prohibitæ sunt nuptiæ duarum sororum, simul & separatim. Et de hoc est quoque text. in c. qui dormierit. cum similib. xxvij. q. ij. Deinde sustulit quoq; polygamiã, quæ hac consuetudine permissa erat, de qua xxviij. quæst. ij. & iij. per totum c. si quis fuerit. xxxij. quæst. vij. cap. gaudemus. de diuor. & l. eum qui duas. C. de adul. Secundò,
2 † mutauit quoque legem Moysi, in eo quod prohibuit ducere relictã fratris, siue sponsa, siue vxor fuerit. c. si quis desponsauerit. xvij. q. ij. c. fin. de diuortiis. Item quod diuortia fieri

DE ARBORE CONsanguinitatis.

1 *Consanguinitas quae sit.*
2 *In arbore sunt duo consideranda, linea, & gradus.*
3 *Lineae definitio, eiusque diuisio.*
4 *Gradus qui sit, & quare sic dictus.*
5 *Gradus personarum tribus regulis declarantur & nu. 6. 7.*

DIcitur autem † consanguinitas vinculum personarũ ab eodem stipite descẽdentium, carnali propagatione cõtractũ. Et dicitur cõsanguinitas, quasi sanguinis vnitas. Considerãda † autẽ sunt in arbore duo, scilicet linea, & gradus. 1 *Consanguinitas.* 2

Linea † dicitur collectio personarum ab eodẽ stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex, linea ascendentium, & descendentiũ, & collateralium. l. j. ff. de grad. affinit. & c. j. xxxv. q. v. Linea descendentium est, quando numeramus à patre ad filium, à filio ad nepotem, à nepote ad pronepotem, & sic deinceps. Ascendentium linea est, quando numeramus à filio ad patrẽ, à patre ad auum, ab auo ad proauũ, & deinceps. Collateraliu verò est, quãdo numeramus fratres & sorores, & vlteriores quoque. Et illa subdiuiditur in lineam aequalem, & inaequalem. Aequalis linea est, quando gradus aequè distant à communi stipite, vt frater, & soror aequè distant à communi stipite. Item patrueles & consobrini à communi stipite. Inaequalis est, quando quaedam persona aliâs gradu praecedit, vt cùm quaeritur de fratre, & fratris praemortui filio. Item de consobrinis & sobrinis: quia frater praecedit gradu fratris filiũ, & consobrini gradu praecedunt sobrinos. igitur sunt in linea inaequali. 3 *Linea.* *Linea aequalis & inaequalis.*

Gradus † verò est habitudo distantiũ personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duae personae inter se differunt. Et dicitur gradus ad similitudinẽ scalarũ graduũ, siue locorũ procliuiũ: quia ita gradimur de proximo ad proximũ, d. l. iurisconsultus. ff. de gra. affi. Nunc dicemus de regulis, ex quibus gradus discerni possũt. 4 *Gradus.* *Ascendẽtiũ & descẽdẽtium nuptiae in infinitum prohibitae.*

Primùm, non est necesse tradere regulã de ascendẽtibus & descendentibus: quia inter illas personas nuptiae in infinitum sunt prohibitae. §. ergo non omnes. hîc tit. nostro. propter sequentes tamen regulas intelligendas dic hanc esse regulam in ascendentibus & descendentibus.

PRIMA REGVLA DE ASCEN-
dentibus & descendentibus.

5 Tot sunt† gradus, quot sunt personæ. cõnumeratis intermediis, vna dēpta: vt auus, & nepos, sunt in tertio gradu: & hoc ideo, quia pater & filius cēsentur vna persona. Dicemus itaque de collateralibus, & de iis extant duæ regulæ.

SECVNDA REGVLA DE COL-
lateralibus in linea æquali.

6 Quoto gradu† vtraq; persona distat à cõmuni stipite, eodem gradu etiā inter se distat: vt exēplum, Patrueles, & consobrini distant à se mutuò in secūdo gradu: quia numerādo ad stipitē, quælibet distat ab eo in secundo gradu. Itē sobrini inter se distāt tertio gradu, quia quælibet persona distat à stipite tertio gradu. Ita filij sobrinorū distāt à se inuicem quarto gradu, quia quælibet eorum quarto gradu distat.

TERTIA REGVLA DE COLLA-
teralibus in linea inæquali.

7 Quoto gradu† remotior distat à stipite, eodem gradu distant inter se. c. fi. extra de consang. & affi. Exemplū: Patrueles & sobrini sunt in tertio gradu, quia sobrini sunt remotiores, & distāt à stipite tertio gradu: ergo & à Patruelibus eodem gradu distant, licet patrueles sint tantùm in secūdo à stipite. Aliud exemplum: Nepos Petrutij distat à filia patrui quarto gradu, quia tot sunt personæ vsque ad stipitem.

DE ARBORE
affinitatis.

1 *Affinitas est proximitas personarū, ex iustis nuptijs proueniēs.*
2 *Affinitas dicitur quasi duorum vnitas.*
3 *Affinitas contrahitur tam ex nuptijs illegitimis, quam legitimis.*
4 *Affinitatis tria sunt genera, quæ explicantur nu. 5. 6.*
5 *Gradus affinitatis duabus regulis explicantur. & nu. 8.*

1 Affinitas, secundùm† leges, est personarum proximitas, proueniēs ex iustis nuptiis. Dico, ex iustis nuptiis, quia ex interdictis & illicitis nuptiis de iure ciuili non contrahitur affinitas. l. non facilè. §. affines. & §. sciendum. ff. de gradu affini. Secūdum Canones verò est personarū proximitas ex quocunque coitu proueniens, omni carens parentela: & de illa affinitate loquimur hîc. Et† dicitur affinitas, quasi duorum ad vnum finem vnitas, eò quòd cognationes diuersæ, vel per nuptias, vel alioqui per coitum copulantur. Contrahitur

Affinitas
Affinitas secundum canones.
2

hitur † igitur affinitas duobus modis. Primò per legitimas nuptias. Secundo per coitum extra matrimonium, siue sit licitus, siue incestuosus. c. discretionem. c. penult. extra de eo, qui cogno. consang. vxor. suæ. Per nudam autem desponsationem, nondum secuta copula carnali, non est contracta affinitas, sed publica honestas, quæ quoque impedit matrimonia, vt infra dicemus. 3

Contrahēde affinitatis modi. Simplex desponsatio affinitatē non parit.

Sunt autem † tria genera affinitatis. Primũ est, quod mediante vna persona contrahitur: persona enim addita personæ mutat genus attinentiæ, non autem gradum. Exẽplum: Ego & frater meus sumus cõsanguinei in primo gradu cõsanguinitatis, frater meus ducit vxorem, illa est persona addita per copulam carnis, & mutat genus, id est, alio genere attinet mihi, quia vxor est affinis, frater autem consanguineus: gradum autẽ non mutat. Sicuti enim frater est mihi in primo gradu consanguinitatis, ita vxor eius est mihi iuncta in primo gradu affinitatis. Et hoc genus habet tantùm prohibitionem in matrimoniis vsque ad quartum gradum, reliqua duo genera matrimonia non impediunt. 4

Tria affinitatis genera.

Secũdum † genus affinitatis est, quãdo primo generi est addita alia persona per carnis copulã. Exemplum: Vxor fratris mei est mihi in primo genere affinitatis iũcta, mortuo fratre meo, adde eius relictæ aliũ maritũ, & is erit mihi affinis in secũdo genere. Aliud exẽplum: Soror mea habuit maritũ, qui est affinis me⁹ in primo genere, ea mortua, maritus eius aliã accepit, quæ est mihi in secũdo genere, & tamen in primo gradu, ibi marito mortuo, eius relictã ducere possũ. 5

Tertium † affinitatis genus est quod constituitur mediantibus trib⁹ personis. Persona enim secũdo generi per carnis copulam adiecta, cõstituit tertium genus. Exemplũ: Relicta fratris mei vxor, quæ mihi est in primo genere affinitatis, post eius mortẽ nupsit Gaio, qui est mihi in secũdo genere, ipsa decessit, Gaius autem aliam duxit, & illa est mihi in tertio genere affinitatis: iam quæritur vtrum mortuo Gaio liceat mihi ducere relictam eius? Et deciditur ꝙ sic: quia secũdum & tertium genus hodie non impediunt matrimonia. c. non debet. extra de consang. & affi. Primũ enim genus tantum obstat nuptiis, in quo contrahitur affinitas inter sponsum, & consanguineas sponsæ, & vicissim inter sponsam & consanguineos sponsi. Inter consanguineos autem sponsi 6

Quæ genera affinitatis hodie impediunt matrimonia.

& sponsæ nulla est affinitas, quæ nuptias impediat. Hinc est quòd pater & filius possunt ducere matrē & filiā (scilicet si vidua extat, quæ habet filiā, & vir qui habet filiū) & duo fratres possunt ducere duas sorores c. quod super his. extrà de consang. & affi. Et ita secundum & tertium genus affinitatis regulariter matrimonia non impediūt, sed tātùm primū genus. Subiicimus ergo in primo genere affinitatis regulas.

Quare pater & filius possunt ducere matrē & filiam.

PRIMA REGVLA IN

primo genere affinitatis.

7 In affinitate † propriè non est gradus, sed computantur personæ à consanguinitate contrahentium: vt consanguinei vxoris, quoto gradu sunt ipsi vxori iure consanguinitatis, eodem quoque gradu sunt ipsius marito iure affinitatis. Et econtrà, consanguinei mariti, quoto gradu sunt ipsi marito iure consanguinitatis, eodem quoque gradu affinitatis sunt ipsi vxori. Exemplum: Frater mariti erit marito iūctus in primo gradu cōsanguinitatis, ergo ipsius vxori in primo gradu affinitatis iunctus est. Aliud: Neptis fratris vxoris est ipsi vxori in tertio gradu iure consanguinitatis, ergo ipsius marito in tertio gradu affinitatis est.

Ratio personarū in affinitate computandarum.

SECVNDA REGVLA.

8 Si cut † consanguinitas vsque ad quartum gradum inclu siuè impedit matrimonia contrahi, ita quoque affinitas vsque ad quartum gradum. d. c. non debet, extrà de consangui nit. & affinit. Exempli causa: Si Titius duceret vxorem, quæ moreretur, quæritur vtrum defunctæ cōsanguineam denuò possit ducere? Et responde quòd non, vsque ad quartum gradum: quia affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, mediante qua contrahitur. c. fraternitatis. xxxv. q. x. Nūc de nuptiis dicemus, & primùm de sponsalibus.

Ad quem vsque gradus affinitas impediat matrimonia.

DE SPONSALIBVS.

1 *Sponsalia quæ sint, & vnde dicta.*
2 *Sponsalia sunt duplicia, de futuro, & de præsenti, quæ explicantur. nume. 3. 5.*
4 *Sponsalia de futuro quibus modis tollantur.*

1 SVnt autē † sponsalia mentio & repromissio futurarū nuptiarū. c. nostrates. xxx. q. v. Et habet nomē à spondēdo, quia veteres de futuris nuptiis spondebant, inde venit sponsus & sponsa. Quæ autem requirantur vt sponsalia valeant

Sponsalia.

vid

videbimus de matrimoniis. Eadem enim, quæ in matrimoniis requiruntur, ferè etiam in sponsalibus adhibẽda sunt. Sunt autem† sponsalia duplicia de futuro, & de præsenti. 2

Spõsalia† de futuro dicũtur tractat⁹ de futuris nuptiis celebrãdis, vt cùm adolescẽs dicit puellæ: Promitto tibi ꝙ te ducã in vxorẽ: per illã promissionem nuptiæ nõ sunt contractæ, sed tantũ spõsalia de futuro. Sicut in simili dicitur: Promitto tibi, ꝙ emã à te domũ tuã: ꝑ hæc verba emptio nõ est celebrata, sed tantùm tractatus de futura emptione celebrãda, quãdo. s. cõuenitur de merce & pretio. Ita quoque nuptiæ nõ sunt cõtractæ per hæc verba: Promitto tibi ꝙ te capiam: quia hoc est tantùm de futuris nuptiis, & veræ nuptiæ posteà cõtrahuntur per consensum de præsenti, de quibus in c. pe. extrà de sponſ. Et licet videatur, ꝙ Germanica lingua illã differẽtiã nõ admittat, tamen si quis obseruet, poterit idẽ in Germanica lingua intelligere. Sępe enim fit ꝙ adolescens differat, vbi interrogatur, vel à puella, vel ab eius cognatis, quid sit facturus, an velit eã ducere, adolescens respondit: Promitto quòd eã accipiã, vel promitto tibi quod te accipiam: tantùm est tractatus de futuris veris nuptiis celebrãdis. Et sic vides sponsaliorum de futura causam esse cõsensum ꝑ verba de futuro. d. c. pen. extrà de spõsa. Effectus spõsaliorũ de futuro sunt, Primò, ꝙ ea pars, per quã stat quò minus spõsalia deducantur in matrimoniũ tenetur ad duplũ arræ si data est arra. l. mulier. in princ. C. de sponſ. Secundò, quòd secuta copula carnali, efficiũt perfectũ matrimoniũ. c. is qui. extrà de spõſ. Tertiò cõsanguinei spõsi nõ possunt ducere spõsam. & ecõtrà: q a licet affinitas cõtracta nõ sit, si copula nõ accessit, publica tamẽ honestas cõtracta est. c. ad audiẽtiã. & c. spõsam alteri⁹. extrà de spõ. Soluũtur† autem sponsalia de futuro. Primò, dissensu vtriusq; partis, & quoq; de iure ciuili dissensu parẽtũ. c. præterea. extrà de sponſ. l. in potestate. ff. de sponſ. Secundò, si sponsus in terrã longinquam se contulerit, & per trienniũ abfuerit, ita ꝙ spõsa alteri nubat. c. de illis. extra de sponsa. & l. liberũ. C. de repu. Tertiò, si superueniunt sponsalia de præsenti cũ alio vel cũ alia. c. sicut ex literis. extrà de spon. Quartò, per affinitatẽ superuenientem. cap. super eo. extrà de consang. & affinit. Et tantum de sposalibus de futuro.

Spõsalia† de præsenti dicũtur, quãdo de pręsentibus nu- 5

Sponsalia duplicia. 3 *Sponsalia de futuro.* *Causa & effectus spõsaliorũ de futuro.* *Publica honestas.* *Dissoluẽdorũ sponsaliorum de futuro modi.* 4 *Sponsalia de præsẽti.*

ptiis tractatur,& contrahentes per verba de præsenti consentiunt,vt dicendo:Promitto tibi quòd sis vxor mea: Itē, tractabo te tanquam vxorem meam.Item nemo nos separabit,excepta morte,&c. Et illa sponsalia propriè dicuntur matrimonium,nec interest inter illa sponsalia & matrimonium, cùm nuptias non concubitus, sed consensus faciat.l. nuptias.ff.de reg.iur.Nunc itaque de nuptiis dicemus.

Sponsalia de præsenti esse matrimoniū.

DE NVPTIIS.

1 *Nuptiarum diffinitio,definitionisq; expositio.*
2 *Matrimonia sunt duplicia,clandestina,& publica.*
3 *Si quis cum vna contraxit matrimonium clandestinè, & cum alia publicè quid iuris.*
4 *Matrimonia publica interdum contrahuntur conditionaliter,interdum pure.*
5 *Matrimonium conditionale quot,& quibus conditionibus contrahi soleat.&.nu.6.7.*
8 *Matrimoniū purū dicitur,quod sine conditione contractum est.*
9 *Nuptiarum generalis diuisio.*

1 NVptiæ autem,†siue matrimonium,est maris,& fœminæ coniunctio legitima,indiuiduam vitæ consuetudinem,diuini,humaniq; iuris communicationem continens. Dico,legitima,ad differentiam scortationis. Dico, indiuiduam vitæ consuetudinē,quia non separantur nisi morte & diuortio,de quibus infrà.Dico diuini iuris, propterea quòd ambo debeant profiteri eandem religionem, ita quòd aut ambo Christiani,aut ambo Iudæi sint.l.ne quis.C.de Iudæ. Dico,humani iuris,quia vxor perfecto matrimonio non ad forum parentum,sed mariti pertinet.l.de iure.§.vltim. ff.ad municip.Et nota obiter synonyma esse matrimonium,connubium,coniugium,consortium, & nuptiæ.Contubernium 2 verò dicitur,quòd serui & ancillæ contrahunt. Sunt†autem matrimonia duplicia,clandestina,& publica.

Nuptiæ, seu matrimoniūquid. Hæc clausula, diuini atque humani iuris, &c. additur ad differentiam concubinatus, quia eandem affectionem quis nō potest habere ad concubinam. vide gloss. in verb.in

Clandestina dicuntur,quæ clàm contrahuntur,nō adhibitis testibus,quibus,probari possint.c.j.& c.cùm inhibitio. extrà de cland.despon.Et hæc matrimonia,si ab vtraq; parte non negantur,sunt matrimonia:si autē ab vna parte negātur probatio incumbit illi,qui matrimonium dicit contractum esse.d.c.j.de clande.desp.Et si probari poterit, est matrimoniū,tam coram Deo,quàm coram ecclesia.c.quod nobis.extrà de cland.despon. Si autē probari non poterit,

&

& tamen contractum est coram Deo, qui corda scrutatur, matrimoniũ est, sed corá ecclesia, & in foro matrimonium nō est propter defectũ ꝓbationis. Et licet illa matrimonia quoq; dicatur cládestine cōtracta, in quibus omissæ sunt solénitates, quas ecclesia de honestate requirit, vt est publicũ proclama, benedictio sacerdotis, introductio in ecclesiá, & similia. d. ca. cùm inhibitio. de cland. despon. tamen propter omissionem illarum non vitiantur, si alioqui nullum impedimentum subest: quia hæc, & similia, non sunt de substátia matrimonii, sed tantùm de solennitate, vt infrà dicemus. *diuiduam. 3. de patria pote.*

Publica matrimonia sunt, quæ coram testibus quibusdá, quibus probari possunt, contracta sunt, siue sint solennitatibus & ceremoniis solitis consummata, néc ne. Quãdo autem quæritur, si quis cum vna contraxit clãdestine, & cum alia publicè, quæ despōsatio præcedat, & alteri præiudicet? Et † dic, Aut publicum matrimonium præcessit clandestinum, & non est dubium, quòd clandestino præfertur. ca. veniens. la ij. & cap. si inter. in princip. de sponsali. c. tenor. de re iudic. Aut clandestinum præcessit publicũ, & dic: Aut clandestinum probari non potest: & non præiudicat publico, nisi in foro pœnitentiali, secundum Hostien. in §. vtrum clandestina. versi. matrimonium. de clandest. despons. Aut clandestinum matrimonium potest probari, & distingue, Aut quæris vtrum præiudicet sequenti publico tantùm quò ad hoc, vt impediat eius consummationem, & dic quòd sic. ca. quod nobis. in fin. de clande. desponsat. cap. quod nobis. qui filij sint legit. Aut quæris vtrum clandestinum præiudicet publico quo ad legitimationem liberorum ex publico natorum. & dic: Aut liberi procreati sunt, antequam clandestinum ab ecclesia receptum est, & non præiudicat liberis ante illam ecclesiæ receptionem natis, etiam si posteà fiat diuortium. c. ij. qui filij sint leg. Aut post receptionem prioris clandestini matrimonij procreati sunt: & præiudicat clandestinum matrimonium illorũ legitimati: quia ab illo tempore detegitur secundum matrimonium non valere. d. c. ij. sumpto argumento à contrario sensu, qui filij sint legitimi. De pœnis autem eorum, qui contrahunt clandestinas nuptias, vide in c. fi. de clan. despon. Publica † autem matrimonia subdiuidũtur: quædam enim contrahuntur sub conditione, quædam pure. Conditiones † autem sunt triplices. 3 4 5

Conditiones, quæ in contrahendis matrimoniis addi solent

Quædam sunt { Honestæ & possibiles. / Inhonestæ,& impossibiles. / Honestæ,& impossibiles. }

Circa honestã,& possibilem,ita distingue: Aut est conditio, necessaria, aut volũtaria. Si necessaria est, dic: Aut est talis cõditio, quæ omnino extitura est, nec tamen est de substantia matrimonij: vt si quis hoc modo contrahit: Promitto tibi, quòd ducam te, si sol cras orietur. Hæc cõditio non suspẽdit cõtractũ, sed habetur pro nõ adiecta, secundũ Hostien. in sum. sua in tit. de conditio. apposit. §. quæ conditio. vers. quid si cõtrahit sub cõditione, &c. Et est ratio, quia talia futura iã sunt præsentia in suis causis. Si tamẽ quis hoc modo contrahendo, velit suam promissionem conferre ad aliquod certũ tempus, dicẽdo: Promitto tibi matrimoniũ, si sol in Cancrũ venerit, &c. matrimonium in suspẽso esset vsq; ad illud tẽpus, & valeret matrimoniũ, si ꝓmittẽs interim cũ alia cõtraheret. Vide Henr. Bohic in c. super eo. de conditio. apposi. Aut conditio non est omnino extitura: & tunc, aut est talis cõditio, quæ aliâs sine expressione tacitè intelligebatur in cõtractu, vt illa: Promitto tibi quòd ducã te, si Deus voluerit, si Deo placuerit, si vixerimus: & talis cõditio nõ suspendit matrimoniũ, arg. l. cõditiones extrinsecus. & l. aliquãdo. ff. de condi. & demon. Aut non intelligebatur tacitè, & dic: Aut est talis cõditio, cuius præexistẽtia est necessaria ad substãtiã matrimonij de iure speciali, & dispẽsatiuo: vt si duo, qui sibi inuicem iuncti sunt sanguine in secũdo vel tertio gradu, cõtrahũt his verbis: Promitto tibi nuptias, si papa dispẽsauerit. Et nõ valet simpliciter talis desponsatio: quia cùm spõsalia nõ teneant, vbi requiritur dispẽsatio, ergo nec sub cõditione contrahi poterunt. arg. l. inter stipulantẽ. §. sacrã. ff. de ver. obliga. Aut est talis conditio, cuius præexistẽtia necessaria est ad substãtiã matrimonij de iure cõmuni: vt cùm Christianus dicit Iudææ, Cõtraho tecũ matrimoniũ, si facta fueris Christiana: sine qua conditione nõ valeret talis promissio. c. caue. & c. non oportet. xxviij. q. i. Igitur per talem conditionem matrimonia suspenduntur, tam ex vi conditionis, quàm ex natura rei, id est, fidei quæ debet inesse, antequàm sit matrimoniũ. Et tantũ de cõditione honesta, & possibili necessaria.

Conditio honesta, possibilis, necessaria.

Si autem conditio honesta, & possibilis est volũtaria, & dist

distingue: Aut est talis.quæ tacitè inest, vt si cõtrahẽtes ita dicunt: Promitto tibi nuptias, si honestè vixeris. Et nõ habetur pro conditione, quia non suspendit actũ: igitur valet nuptiæ quasi puræ, argu.d.l. conditiones extrinsecus. ff. de condit.& demon.& arg.l.nõ rectè. C. de fideiusso. Aut est talis cõditio, quæ nõ inest tacitè, sicut illa: Cõtraho tecum si mihi dederis centum. Item, si nauis ex Asia venerit. Itẽ, si pater meus cõsenserit:& distingue, Aut post illã promissionẽ secuta est copula carnalis: & per copulã cẽsetur promittẽs à conditione recessisse: igitur habetur pro matrimonio puro, per text.in cap.per tuas.extrà de condit. apposit. Aut carnalis copula nondũ est subsecuta: & tunc suspendit talis cõditio matrimoniũ, nec potest promittens cogi ante conditionis euentum.c.super eo.extrà de condi. appos. Et tantum de conditione honesta & posibili voluntaria.

Si verò cõditio† est inhonesta, & imposibilis de iure, vt si quis hoc modo ꝓmitteret virgini, vel mulieri matrimonium: Promitto tibi nuptias, si publicè in templo docueris, vel si missam celebraueris, &c. & quia tales actus mulieris sunt inhonesti, & de iure imposibiles.ca.noua quædam.de pœni.& remis. ergo nihil operatur talis adiectio, sed censetur matrimoniũ purè contractum, si modo vterq; cõsensit, etiã sub ista conditione.c.j.& fin.de cõdi.appos. Si cõditio est inhonesta, & imposibilis de facto:& tũc, aut est contra substãtiam matrimonij, vt hoc modo: Cõtraho tecũ si prolem vitaueris. Itẽ si te adulterandam tradideris, vel si meliorẽ nõ potero inuenire. Et nõ valet talis contractus, nec est matrimonium.c.fi.in princip.de cõdit.apposit. Aut non est cõtra substãtiã matrimonij.vt si hoc modo dicat, Cõtraho tecum, si hominẽ interfeceris, si furtum, aut rapinã cõmiseris:& tũc habetur pro nõ adiecta, & censetur matrimoniũ purum.d.c.fi.§.licet.de condit.apposi. Si† verò est honesta & imposibilis, vt si hoc modo contrahat: Cõtraho tecũ, si Imperium mihi dederis, vel si cælum digito attigeris: hæc quoq; habetur pro nõ adiecta.c.fi.§. licet. de condi. appos. Et tantum de matrimoniis conditionalibus.

6 *Conditio inhonesta, & imposibilis de iure.*

Inhonesta & imposibilis de facto.

7 *Honesta, sed imposibilis.*

Purum† matrimoniũ dicit, quod sine alicuius cõditionis adiectione cõtrahitur: vt si quis hoc modo cõtrahat, Promitto tibi ꝙ sis mea vxor. Itẽ ꝓmitto tibi ꝙ nemo nos separabit, excepta morte. Et quæ diximus de matrimoniis cõ- 8 *Matrimonium purum.*

ditio

ditionalibus, siue puris, habent locũ tam in publicis, quàm clandestinis desponsationibus. Item, tam in desponsationibus de futuro, quàm de præsenti. Itẽ, quæ diximus de clandestina, & publica desponsatione, quoq; habent locum siue per verba de futuro, siue per verba de præsenti.

9 Omnes † autem nuptiæ siue sint clandestinæ, siue publicæ, item siue sint conditionales, siue puræ, sunt duplices: aut enim sunt illicitæ, aut licitæ.

Nuptiarũ omniũ generalis diuisio.

DE ILLICITIS NVPTIIS.

1 *Nuptiæ illicitæ quæ sint, & quotuplices.*

2 *Nuptiæ incestæ sunt, quibus natura repugnat.*

3 *Coniuncti ex incestis nuptijs, non sunt in matrimonio, nec vocantur mariti & vxores.*

4 *Nuptiarum incestarum quæ sunt pœnæ.*

5 *Nuptiæ inutiles dicuntur, quæ contra leges, & canones, & non contra naturam sint contractæ.*

6 *Nuptiæ octo modis redduntur inutiles, qui ordine explicantur.*

7 *Nuptiæ inutiles non habentur pro matrimonio, & liberi ex illis procreati non sunt legitimi.*

1 NVptiæ illicitæ † sunt, quæ vel natura, vel lege, vel canone prohibẽte & repugnãte cõtrahuntur. Et illæ subdiuidũtur in incestas siue nepharias. & inutiles. Incestæ † siue

Nuptiæ illicitæ.

2 nephariæ sunt, quæ natura repugnante & prohibente contrahuntur. Quarum causæ sunt. Primùm ratio sanguinis inter ascendentes & descendẽtes vsque in infinitum, siue sint naturales & legitimi, siue naturales tãtùm, siue legitimi tantùm, siue spurij, siue incestuosi. Quales sunt pater filia, auus neptis, auia nepos, mater filius. §. inter eas. hîc tit. nostro. l. nuptiæ & l. fi. ff. de ritu nupt. l. si adulterium. ff. de adulteriis. Secunda causa est consanguinitas inter collaterales proximiores. Quales sunt, frater soror, fratris vel sororis filia, patruus, auunculus, amita, matertera. l. quinetiam. ff. de ritu nuptiarum. Tertia causa est affinitas proximior, vt nurus cum socero: item vitricus cum priuigna, nouerca cum priuigno, fratris vxor, vxoris soror, sororis maritus. l. ab incestis. C. de incest. & inutil. nuptiis. l. auunculo. ff. de condict. sine causa. Leges addunt patrem adoptiuum, & filiam adoptiuam.

Nuptiæ incestæ, siue nephariæ, & ex quibus causis tales fiant.

3 Effectus † autem incestarum nuptiarum & nephariarum sunt, quòd non reputantur pro matrimonio, nec vocantur mariti & vxores: & sic neq; dos, neq; donatio propter nuptias

ptias debetur,neq; liberi ex eis editi sunt in potestate parẽ tum,cum neque naturales neq; legitimi sint,sed incestuosi, ideóque hæreditate paterna indigni sunt.§.si aduersus.hîc tit.nostro.Nec etiã † de rigore Iuris ciuilis debẽtur eis alimenta à patre.auth.ex cõplexu.C.de incest.& inu.nupt.De æquitate tamẽ Canonica ali debẽt.c.cùm haberet.extrà de eo qui dux.in matri.quã per adul.: oll. Pœna verò contrahentiũ illas nuptias,est confiscatio omniũ bonorum.c.cùm secundum leges.de hær.in vj.nisi extent liberi ex priori licito matrimonio. Secundò priuatio cinguli,id est,dignitatis. Tertiò missio in exilium,& præterea si vilis persona fuerit, corporis castigatio.§.sancimus.in authẽ.de incest.& neph. col.ij. Et illæ nuptiæ contractæ,non soluuntur per diuortiũ, vel alium modum:ab initio enim nullæ erant,& inualidæ. *Aequit.as canonica circa incestuosos.* 4 *Pœna cõtrahẽtium incestas nuptias.*

Inutiles † nuptiæ sunt, quæ tantùm lege & canone prohibente,& non natura repugnante contrahuntur.Illarũ causæ sunt.Primùm, † cognatio legalis,vt inter fratrem & sororem adoptiuam adoptione durante.§.sed si qua. hîc tit. nostro. Secundò,consanguinitas in secundo, tertio,quarto gradu inclusiuè,cõputando à consobrinis.c.j. & c.non debet.extra de consang.& affini. Tertiò, affinitas quoque in secundo, tertio, & quarto gradu in primo genere affinitatis:in secundo enim & tertio genere affinitatis, matrimonia permissa sunt.d.c.non debet.cum glo. Quod autem diximus de prohibitis matrimoniis propter affinitatem, tu intellige quò ad sponsum & sponsam, non autem eorum consanguineos.c.quod super his.extra de consang. & affi. Quartò,ratio honestatis, vt si filia senatoris, vel ducis nuberet alicui artem ludicram exercenti, inutiles nuptiæ essent: cùm in coniunctionibus non solùm quid liceat, sed etiam quod honestum sit, considerari debeat.l.semper in coniunctionibus.ff.de ritu nupt.Quintò,ætas,scilicet masculi ante xiiij. & fœminæ ante xij. annum contraxerunt §. masculi.hîc titulo nostro.Sextò,raptus virginis seu mulieris.in authen.de raptis mulier.quæ rapt.nubunt. per totum titu De iure canonico tamen potest esse matrimonium.c. raptor.xxvij.quæst.ij. Vide xxxvi,quæst.j.per totum.& ca. cum causa.extra de rapto. Septimò,si pupilla tutori vel curatori, siue filio tutoris vel curatoris nupserit,l,i.C.de interd.matri.inter pupill.& tutorẽ. Octauò,ipsum matrimonium 5 *Nuptiæ inutiles.* 6 *Vide l. semper in consentionibus. & l.non omne.ff.de reg.iu. & ibi Decius.*

nium cõtractum. Qui enim habet vxorẽ, aliam ducere non poterit. l. neminem. C. de inceſt. & inuti. nuptiis. l. cum, qui duas. C. de adult. Nonò, cognatio ſpiritualis, quæ eſt inter eum, qui puellã ſuſcepit ex baptiſmo, & ſuſceptam. l. ſi quis alumnum. in fi. C. de nupt. & extra per totum. de cogn ſpir.

7 Effectus† nuptiarum inutilium, ſi contractę fuerint, hi ſunt, quòd non habentur pro matrimonio, nec ipſi pro maritis & vxoribus: ideóq; neque dos, neque donatio propter nuptias debentur. Liberi ex illis nuptiis procreati non habentur pro legitimis, & excluduntur ab hæreditate, ſi ſcientes impedimentum ſubeſſe contraxerunt. l. qui contra legum. C. de inceſt. & inut. nupt. c. referente. extrà qui fi. ſint leg. Et illæ nuptiæ non ſoluuntur, neque per diuortium, neque per alium modum, cùm ipſo iure non valeant, niſi in poſterioribus gradibus diſpẽſatum ſit. Et tantum de illicitis nuptiis.

DE LICITIS NVPTIIS.

1 *Nuptiæ licitæ ſunt, quæ non ſunt prohibitæ.*

2 *Quæ requirantur ad matrimonium licitum, nu. 11. 19.*

3 *Conſenſus parentum debet adhiberi in matrimonio contrahendo.*

4 *Matrimonium ſine conſenſu parentum contractum, quando eſt addita copula carnalis, valet.*

5 *Item valet, ſi parentes ſunt duri, aut ſi expreſſe non impugnant. & nume. 6.*

7 *Filius inobediens, ſi contrahit matrimonium ſine conſenſu parentum, & permanet in inobedientia, valet matrimonium.*

8 *Filius contrahens matrimonium ſine conſenſu parentũ, & poſtea ſe ſubijcit parentibus, ſi pars eſt honeſta, & paris conditionis, valet. Secus ſecundum Theologos, ſi pars eſt inhoneſta, & vilis conditionis. num. 9.*

10 *Authoritas tutorum & curatorum in matrimonijs contrahendis non requiritur.*

12 *Conſenſus contrahentium matrimonium eſt triplex, cohabitationis, carnalis copulæ, & matrimonialis ſocietatis. Explicantur nume. 13. 14. 15.*

16 *Cõnſenſus tacitus non facit matrimonium, niſi in nuptijs, in quibus conſenſus ex ſignis collectus ſufficit.*

17 *Conſenſus expreſſus eſt, quando vtrinque contrahitur verbis.*

18 *Conſenſus expreſſus factus per verba non conſueta, & ſi de mente contrahentis non conſliterit, non facit matrimonium.*

Seq

SEquitur nunc de nuptiis licitis dicendum. Quæ autem illæ sint ex superioribus facilè colligi potest. Sunt †enim omnes licitæ, quæ non sunt prohibitæ. Prohibitas autem ex supradictis pete. Requiruntur †autem ad matrimonium licitum. Primò q contrahentes sint ciues Romani, hoc est, liberi homines, vt hîc, in principio ti. nostri. licet de iure canonico non requiratur. ca. j. extra de coniu. ser. Secundò iusta ætas, scilicet vt masculus sit XIIII. annorum. puella verò XII. Tertiò, consensus parentum. In hoc autem puncto, quòd Canonistæ & Theologi nostri temporis non conueniunt, dic esse duo consideranda. Primùm, vtrum consensus parentum requiratur in matrimonio contrahendo. Secundò, vtrum matrimonium sine consensu parentum contractum valeat, néc ne. In primo membro non est disceptatio: quia tam Theologi, quàm Canonistæ concludunt, quód † consensus parentum adhiberi debeat in matrimonio contrahendo. Theologi habent pro se quartum præceptũ; Honora patrem & matrem, & multos similes locos. Canonistæ habent ca. nostrates. xxx. q. v. c. penult. xxxij. q. ij. Et notatur per Legistas in l. Titia. ff. de verbor. oblig. nec est dubium: quin liberi peccent sine consensu parentum contrahentes. Quod verò ad secundum membrum istius quæstionis attinet, in quibusdam conueniunt, in quibusdã non conueniunt. ideo distingue hoc modo: Aut post matrimonium sine consensu parentum iam contractum res non est integra, hoc est, carnalis copula subsecuta: aut res adhuc est integra, hoc est, carnalis copula non subsecuta.

Licitæ nuptiæ. 1

2

Ad licitũ matrimonium requisita.

3

De consensu parentũ in matrimonijs adhibendo.

Primo casu, si †scilicet res non est integra, Canonistæ & Theologi quoq; concordant q hoc matrimonium separari nõ debeat, vtcunq; consensus parentum defuerit. Theologi considerant maius scandalum, si rescinderetur. Canonistæ habent textũ expressum in c. cum causa. extra de rapto. 4

Secundo casu, quando scilicet res adhuc est integra, nec copula carnalis subsecuta, nec tamen parentes cõsenserunt, distingue: Aut †parentes contrahentium sunt duri, qui aut prohibuerunt liberis matrimonia, aut occasionem quærere noluerunt: & nulla quoque est inter eos disceptatio, sed vtrique decidunt, quód matrimonium sine huiusmodi parentũ consensu valeat. Canonistæ habent. c. sufficiat. xxvij. q. ij. Theologi allegant ius ciuile: vt l. qui liberos. ff. de ritu 5

nup.

nup. Aut parentes nõ ſunt vſque adeo duri ſed alioqui quęſiuiſſent cõmoda cõiugia liberis, & tamẽ liberi ſine ipſorũ
6 conſenſu alibi cõtraxerũt.& dic: Aut parẽtes †tacẽt, nec impugnant expreſſè:& quoq; valet matrimoniũ, tã ſecundum Theologos, quàm ſecundũ Canoniſtas. Theologi habent pro ſe exẽplũ Tobiæ iunioris, cui angelus Raphaël, parentibus neſciis, deſpõſauit Sarã filiã Raguelis, vt Tobiæ 6.ca. Et hoc matrimoniũ valuit, quia parẽtes poſtquã intellexiſſent, non impugnauerunt, Tobiæ xj. licet quoq; res hîc non erat integra. Canoniſtæ habẽt pro ſe d.c. ſufficiat. Aut parẽtes matrimoniũ ſine ipſorũ cõſenſu cõtractũ impugnant. &
7 ſubdiſtingue: Aut †puer inobediẽs, qui ſiņe parẽtũ conſenſu cõtraxit, perſeuerat in ſua inobediẽtia, nec curat in hoc parentes:& tũc ſi matrimoniũ cõſummatur, quoq; eſt matrimoniũ ſecundum vtroſque, & liberi inde nati ſunt legitimi. Theologi habẽt pro ſe exẽplũ Eſau. Gene.28. Apud Cano-
8 niſtas non habet dubiũ, d.c. ſufficiat. Aut †puer, qui contraxit, redit ad parẽtes, & ſubiicit ſe eorũ voluntati poſt contractum matrimoniũ:& in hoc caſu, ſi pars, quæ alterã ſine cõſenſu parẽtũ ad cõtrahendũ induxit, eſt honeſta, & paris conditionis. Theologi quoq; non temerè permittũt ſeparationẽ, apud Canoniſtas nõ habet dubiũ q̃n valeat. Aut pars quæ alterã induxit dolo ad cõtrahendũ ſine cõſenſu parentum, eſt inhoneſta, vel ſaltẽ leuis, & humilis conditionis: & hoc caſu eſt magna diſceptatio inter Canoniſtas & Theologos. Canoniſtæ cõtractum pro firmo iudicant, Theologi diſſoluũt. Canoniſtæ habẽt pro ſe tex. in c. ſufficiat. Et licet ibi textus dicat, Sufficiat ſolus ſecũdum leges cõſenſus, &c. Tamen illa vox, leges interpretãda eſt, id eſt, canones. c. legũ. q.j. Secũdò allegãt rationẽ, ꝙ in cauſis ſpiritualibus, & conſcientiæ, cõſenſus parentũ nõ tantũ habet authoritatis, quantũ in reliquis contractibus. ca. ſi annum. §. in huiuſmodi. de iudi. in vj. quia patria poteſtas, neque iuris naturalis, neque gentium eſt, ſed iuris ciuilis. §. ius autem. ſup. de patr. po. Tertiò allegant dictum Chriſti, Matth.19. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.
9 Theologi †autem habent pro ſe primùm quartùm Præceptum: Honora patrem & matrem. Secundò text. Deutero. cap.vij. vbi dicit: Filiam tuam non dabis filio Cananæi, &c. nec filiam illius accipies filio tuo. Et ſic patet, quòd Deus poteſt

poteſtatem cõtrahendi matrimonia collocauit in parẽtes, dum dicit, Non dabis filiam tuam, alioqui dixiſſet, Vos libe ri, ne accipiatis, &c. Tertiò habent pro ſe textum, Num. ca. xxx. qui dicit: Mulier ſi quidpiam voluerit, & ſe conſtrinxe rit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari ſi cognouerit pater votum, &c. & tacuerit, voti rea erit. Sin autẽ ſtatim vt audierit cõtradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt. Et licet is textus non faciat mẽtionem de nuptiis, tamen idem colligi poteſt, per argumentum à minori ad maius. Quartò habẽt pro ſe ius ciuile, vt §. maſculi. hîc tit. noſtro. & l. nuptiæ. cum l. ſeq. ff. de ritu nupti. vbi habetur, quòd parentum conſenſus de neceſſitate requiritur ad nuptias liberorũ. Poſtremò allegãt argumentum ab abſurdo, & inconueniẽti. Nã ſi nuptiæ ſine cõſenſu parẽtum contractæ valerent, ſequeretur quòd quilibet ſcur ra poſſet honeſti alicuius viri filiam quaſi furari, eámq; decipere, id autẽ valde abſurdũ, & inconueniens eſſet. Theologi tamẽ in ſuis libris proteſtantur, ſe per hoc nolle ponere legem iudicibus, ſed tantùm propter conſciẽtias hæc ſcri pta eſſe, ſcilicet, ſi filia alicuius ſine patris conſenſu contraxiſſet, & matrimonium authoritate patris diſſolutũ fuiſſet, & ipſa alij nupſiſſet cũ cõſenſu patris, quòd non debeat habere m ılã conſcientiam. Et hoc de conſenſu parentum. Authoritas† tamen tutorum vel curatorum non requiritur in 10 matrimoniis contrahendis. l. in copulandis. C. de nuptiis.

[redacted]

11 Quartò† requiritur cõſenſus contrahentium, Dic autem conſenſum† eſſe triplicem: Conſenſus cohabitationis, con- 12 ſenſus copulæ carnalis, & conſenſus matrimonialis, ſiue coniugalis ſocietatis. c. ſufficiat. xxxvij. q. ij. Conſenſus† cohabitationis matrimonium non facit: quia alias inter fratrem & ſororem, inter filium & matrẽ eſſet matrimonium. d. c. ſufficiat: quod tamen fieri non poteſt. c. literas. extra de 13 reſt. ſpol. c. non debet. extra de conſang. & affini. Conſenſus † carnalis copulæ quoque non facit matrimonium, quia ſi 14 contrariũ decideretur, ſequeretur quòd ſcortator cum ſcorto eſſet in matrimonio. Item ſequeretur, quòd inter beatã virginem & Ioſeph non fuiſſet matrimonium, cùm ipſa ab initio contractus propoſuerit virginitatem retinere. d. cap. ſufficiat. c. beata Maria. xxxij. q. ij.

Conſenſus contrahentium multiplex.

Conſenſus† autẽ matrimonialis, ſiue coniugalis ſocieta- 15

Qu' cõsensus matrimoniũ faciat, & quotuplex. tis, vt de indiuidua vitæ consuetudine, facit matrimonium. c.cum locum. & c.tua.de sponsal. Et sic certũ est quòd consensus coniugalis societatis facit matrimonium. Dic ergo hunc consensum esse duplicem, tacitum, & expressum.

Tacitus consensus est, quando nulla verba, saltẽ ab vna
16 parte proferũtur, sed cõsensus vtrinque colligitur. Et in hoc *Consensus mutorum.* distingue. Aut † quæris de illis, qui loqui non possunt, vt de mutis: & certũ est ꝙ valet matrimonium, dummodò cõsensus, per signa demonstrari possit. c. cum apud. extra de sponsa. Aut quærimus de illis qui loqui possunt: & regulariter non valet matrimoniũ, nisi cõsensus expresse per verba declaretur. l. licet. extra de sponsa. duorũ vbi vtroq; dicente. Et hoc ideo est statutũ ab ecclesia, ne matrimonia sint in incertis, aliâs sequeretur absurdũ, scilicet si adolescẽs & puella tacitè consentirent, & neuter de alterius, volũtate certus esset, ꝙ esset matrimoniũ neutro sciẽte. Ad hæc ergo dubia & pericula tollenda, statutum est, vt verbis exprimant con- *Matrimoniũ signis contractũ.* sensum. Dic tamen in hoc casu, Aut neuter contrahentium vtitur verbis, sed signis: & non contrahitur. d. c. licet. sumpto argumento à contrario sensu, extra de sponsa. duorum. Aut vna pars contrahentium vtitur verbis, altera signis: & tunc si ex signis sumitur violẽta præsũptio, est matrimonium. Vt si adolescens dicit puellę: Consentio in te vt in vxorem, & si vis me in virum, porrige mihi manum. Si hoc fit, est matrimonium per ea, quæ doct. in c. fi. de sponsa. duorum. & in c. fi. xxvij. q. ij. Si verò vna pars tantum verbis vtatur altera verò neque verbis neque signis: vt si in præsentia puellæ adolescens dicit eius patri, Promittis mihi filiam tuam in vxorem? & tunc si puella præsens tacet, videtur consentire. Vide de hoc d. Iaſ. in l. Titia. in primo notabili. ff. de verb. obli. Et hoc verum est, si pater nomine filiæ hoc modo promittit. Si autem extraneus quispiã nomine puellæ promitteret, ipsa præsente, & tacente, nihil operaretur hoc.

17 Expressus † consensus est, quãdo contrahẽtes vtrinq; vtũ- *Quando dicatur in matrimonio expressus consensus.* tur verbis: & in hoc distingue, Aut vsi sunt verbis consuetis: vt accipio te in meã. &, accipio te in meũ, & non est dubiũ quin matrimoniũ sit contractũ. c. si inter virũ. extra de sponsalibus. c. licet. extra de spõsa duorum. Aut vsi sunt verbis nõ cõsuetis ad matrimonium, vt si dicat, Non dimittam te, non deseram te: & dic. Aut constat de mente, & cõsensu contrahentium

hentium,quòd volunt contrahere, vt quia interuenit inter eos fides pactionis, cum carnali copula subsecuta,vel fides, consensus:& tunc quoque cõtrahitur matrimonium,vt habetur in c.j.de sponsa duorum.c.fi.xxvij.q.vlt.Aut † non con 18
stat de mente contrahentium, & non est matrimonium, vt notatur in c.tua nos.extra de sponsal.

Quintò † requiritur quòd non sit nefarium,& iure pro- 19
hibitum,vt diximus de nuptiis illicitis.Et hæc quinque sunt de substantia Matrimonij.

SOLENNITATES NVPTIARVM.

1 *Solennia nuptiarum quæ dicantur.*

2 *Nuptias facit cõsensus per verba tam de præsenti,quã de futuro.*

3 *Matrimonium est institutum propter euitandam scortationem, & procreandam prolem.*

4 *Qui sunt effectus nuptiarum licitarum.*

ARræ autem † anuli,dos, donatio propter nuptias,con- 1
uentiones, publica nuptiarum celebratio,traductio in ecclesiam,copulatio,benedictio sacerdotis, velamen sponsæ,&c.solennia sunt nuptiarum,quæ de honestate tantum, & non de necessitate adhibentur.c.nostrates. c.qualis. & c. sponsis.c.nullum.xxx.q.v. Et ea, quæ requiruntur ad substantiam matrimonij requirũtur quoq; ad substantiam spõsaliorum, excepta ætate.sufficit enim contrahẽtes spõsalia, esse septem annorũ.extra de despons.impub.per totum.l. in 2
sponsalibus.ff.de sponsali.Causa † efficiens matrimonij est consensus per verba de præsenti:quia consensus nuptias facit,non concubitus. l.nuptias. ff.de reg.iur. Secundò, consensus per verba de futuro, iuncta copula carnali.cap.is,qui fidem. & cap.si inter.extra de sponsal. Causæ † finales sunt. 3
Prima propter scortationem vitandam, sicut Paulus dicit: Propter scortationem vitandam vnusquisque habeat suã,& vnaquæque suum.Secũda,&.potissima causa finalis est,ratio procreandæ sobolis: pudor enim est fœminis nuptiarum præmia non habere.ca.pudor.xxxij.q.ij. c.non enim.xxxij. quæstione j.Effectus † nuptiarum licitarum sunt,quòd ha- 4
bentur pro legitimis matrimoniis, contrahentes sunt mariti & vxores : debetur dos, & donatio propter nuptias, liberi sunt in potestate parentum. admittuntur ad successionem.d.§.si aduersus. sumpto argumento à contrario sensu. §.intestatorum.infrà de hæredita.quæ ab intestato deferun.

Quæ sint solennia nuptiarum.

Consensus est efficiens causa matrimonij.

Quarũ rerum gratia institutum matrimonium sit.

Fructus & virtutes liciti matrimonij.

DE DIVORTIO.

1 *Matrimonia contracta soluuntur iure naturali, & diuortio.*
2 *Diuortij definitio, eiusdemq; definitionis expositio.*
3 *Adulterium est prima causa diuortij.*
4 *Casus, in quibus vxor adultera non potest à marito accusari, nec dimitti.*
5 *Quomodo, & quando propter infidelitatem, seu diuersam religionem inter coniugatos possit fieri diuortium.*
6 *Tertiò fit diuortium propter impotentiā coeundi, quæ est duplex, naturalis, & accidentalis.*
7 *Naturalis impotentia quæ sit, & quando faciat diuortium,*
8 *Accidentalis impotentiæ definitio, eiúsque subdiuisio.*
9 *Impotentia accidentalis violenta facta ante matrimonium, dirimit illud. Secus si accidit in ipso matrimonio,*
10 *Maritus factus impotens vxori, siue per maleficia, aut sortilegia in matrimonio, manet matrimonium: si verò ante matrimonium & non curari potest, dirimitur. Secus si spes est curationis,*
11 *Quarta causa diuortij est, si alter alteri insidias tendit,*
12 *Matrimonium an possit dirimi per alterutrius desertionem,*

Dissoluendorū matrimoniorum modi.

1 Soluuntur † autem matrimonia iam contracta duobus modis, morte naturali, & per diuortium. De morte non est dubium, quia mortuo marito, vxor libera est à lege mariti, & econtrà.

Diuortiū,

2 Est autem † diuortiū legitima separatio mariti & vxoris, cum causæ cognitione, apud competentem iudicē. Et habet nomen à diuertendo. Dico in definitione, mariti & vxoris, ad differētiam eorū, qui contrahunt incestas & inutiles nuptias: quia non sunt mariti & vxores, igitur non opus est diuortio; quia priuatio præsupponit habitū, l. decē stipulatus. ff. de verb. oblig. Dico, cū causæ cognitione, & apud competentem iudicē; quia separatio propria authoritate fieri non debet, sed corā iudice cōpetenti, iudiciario ordine seruato, cum sufficiēti causarū probatione. c. seculares. & c. historia. xxxiij. q. ij. c. porro. de diuortiis. Et si ante causæ cognitionem vxor propria authoritate expulsa fuerit, ante omnia est restituenda. d. c. historia. cum c. sequenti: nisi adulterium sit notorium, & ipsa post expulsionem si perseuerat in adulterio notorio, tunc petenti restitutio denegatur. Vide quæ notātur in c. literas. de restit. spol. c. significasti. de diuortiis.

Fit

Fit autem diuortium ex quatuor cauſis. Primò † propter 3
adulterium: nam ſi maritus poterit de adulterio conuinci,
vxor habet ius petendi diuortium, & econtrà. Matthæi xix.
c. ex literis. de diuortiis.

Sūt tamē quidā caſus, in quibus vxor adultera non poteſt
accuſari à marito, nec peti diuortium. Primus eſt, ſi maritus
quoque cōuincitur de fornicatione & adulterio, & tūc quo
ad ipſos, fit criminis compenſatio. d. cap. ſignificaſti. in fi. de
diuortiis. & xxxvij. q vj. per totum. Secundus, ſi maritus ipſe
proſtituit eam: cap. diſcretionem. de eo, qui cog. conſang.
vxo. ſuæ. Tertius, cùm vxor virum credēs defunctum, nupſit
alij: quia maritus prior tenetur eam recipere, non obſtante
adulterio, niſi ſcienter poſt reditum, apud eum permanſerit.
c. cùm per bellicam. ca. ſi virgo. xxxiiii. q. ii. cap. dominus. de
ſecund. nuptiis. Quartus, ſi cognita fuerit ab aliquo quem
credebat eſſe proprium maritum, argumento ca. in lectum,
xxiii. q. ii. Quintus † caſus eſt, ſi vxor fuerit oppreſſa. l. fœdiſ- 4
ſimam. C. de adult. l. vim paſſam. ff. de adulteriis. ca. propoſi-
tio. xxxii. q. v. De hoc tamen intellige de vi abſoluta, non de
leuibus minis. Sextus eſt, quando adulteram reconciliauit
ſibi poſt adulterium cōmiſſum, vel eam publicè adulterantē
retinet in cōſortio maritali. xxxii. q. vj. per totū. l. crimē.
C. de adulteriis. Septimus eſt, ſi infidelis fidelem dimittit, da
to ſibi libello repudij, & illa nupſerit, & poſteà vterque con
uertatur ad fidem, tenetur prior eam recipere, non obſtāte
quòd ab alio ſit cognita. c. gaudemus. de diuortiis.

Secunda cauſa eſt, † quando alter coniugum infidelis fue 5
rit: in hoc tamē diſtingue, Aut ab initio, matrimonii vterq;
erat infidelis, aut vterq; erat fidelis, & matrimonio conſtāte
alter lapſus eſt in hęreſim, vel gētilitatē. Primo caſu dic, Aut
quæris vtrum conuerſus ad fidē ſtatim poſsit infidelē relin
quere, & diſtingue, Aut infidelis eſt gētilis, & non Iudæus,
& non ſtatim relinquere debet, ſi infidelis voluerit cohabi-
tare. Et ita ſecundum Canoniſtas intelligitur ſententia Pau
li. i. Corint. vi. Aut infidelis eſt Iudæus, & diſtinguunt Doct.
Aut maritus eſt Iudæus, vxor Chriſtiana, & ſtatim poteſt
vxor relinquere maritum: quia Iudęi habent legem & Pró-
phetas, quibus muniti & parati ſunt, animas ſimpliciū falle-
re, nec deſiſtunt à ſua pertinacia, quòd non eſt in gentibus.
Vide quæ notantur in c. Iudæi. xxviii. q. i. Aut maritus factus

Ex quot & quibus cauſis diuortium.

Quibus caſibus impudica & adultera vxor, accuſari à viro nequit.

Hoc diſertiſsimus verbis exprimit Papini. in l. viro. ſol. matri. & multa Cicer. in hanc ſententiam actio. v. in Verrem. Cur enim, inquit Scæuola, improbet maritus mores quos ipſe aut ante corrumpit, aut poſteà probauit? Vide l. cū mulier. ſol. matr.

Diſſoluendi matri-

monij cau est Christianus,& vxor Iudęa:& tum si vxor vult cohabita
sa propter re,non separentur,cùm mulieres nō facilè possint viros in
diuersitatē errorē deducere.d.c.Iudæi.Sed huic decisioni obstat exem
religionis. plum Salomonis,quem mulieres gētiles seduxerūt ad Ido
Iudæi. lolatriam,vt habetur iij.Reg.xj.Aut quæris, vtrum cōuer-
Salomon. sus nō statim,sed posteà infidelē in sua infidelitate perseue rantē posśit relinquere?Et dic,Aut infidelis vult cohabitare sine blasphemia Christi: & nō sunt separandi,per sententiā Pauli.j.Corin.vij.Aut infidelis non vult cohabitare,vel cohabitare,nō tamē sine cōtumelia &blasphemia nominis Christi:& separādi sunt.c.quāto.ver.si enim alter.de diuortiis.Et hoc casu sine dubio fidelis,etiā suo coniuge infideli viuēte,iterū potest nubere,p tex. Pauli, Si infidelis discedit discedat:nō enim seruituti subiectus est frater vel soror in huiusmodi.Et est tex.in d.c.quāto. Secūdò casu quando.s. quæritur de iis,qui ab initio fuerunt fideles, & alter cōstante matrimonio lapsus est in hæresim,vel gentilitatis errorē:& distingue,Aut quæris vtrū matrimoniū propter hæresim,vel talem errorē,in totū posśit dissolui,ita q fidelis,altero viuente,habeat transitū ad secūdas nuptias. Et dic q non.d.c.quāto.§.si verò alter.extra de diuortiis. Quidā tamen dicunt hoc verum esse,quando matrimonium fuit cōsummatum carnali copula : secus si non fuit consummatū. Aut quæris vtrum soluatur per separationem thori: & dic, quòd sic,ar.d.c.quāto.§.si verò alter. in verb. relinquitur.

6 Tertia causa† est impotētia coëundi: illa aūt est duplex, naturalis,& accidētalis.Naturalis impotētia † dicit in viro
7 nimia frigiditas,in fœmina inhabilitas ad matrimoniū. Dico ergo.Aut potēs cōtraxit cū impotēte, nesciēs impotentē esse.& dic.Aut vir est naturaliter nimia frigiditate affectus:& illa dissoluit matrimonium iure cōtractum.c.j.& ij. xxxiij.q.j.& c.laudabilē.de frig.& malefic. Aut fœmina nō est disposita ad matrimoniū naturaliter , & dic, Aut pōt ei subueniri ope medicorū sine graui piculo corporali: & non dirimit matrimoniū.Aut nō potest ei subueniri,vel subueniri quidē,sed tamē cū graui periculo:& dirimit. c. fraternitatis.§.per hæc autem.de fri.& malefi.Et licet in his casibus,vt diximus,fiat separatio, nō tñ fieri debet. Distingue ergo:Aut nō potest apparere de impotētia,seu impedimēto ante triennuū:& triēniū expectari debet.c.laudabilē. de frig.

Dissolutio matrimonij ratione impotentiæ coëundi.

Auxiliū medicorū ad coëundum.

frig.& male. Aut cõstat de impedimẽto ante triẽniũ,& dic: Aut cõstat per cõfessionẽ ambarũ partiũ:& erit tẽpus arbitrarium,dicto cap.laudabilem.de frigi.& malefi.§. si autẽ. Aut ambæ partes nõ fatẽtur impotẽtiã, vt quia vxor ꝓbauit virum esse impotẽtẽ,& vir negat.& dic, Aut impotẽtia est notoria:& statim fit separatio.d.c.laudabilẽ.in p. i. sum pto argumẽto à cõtrario sensu. Aut impotẽtia nõ est notoria:& tũc si alter petit separationẽ, expectabitur triẽniũ.d. c.laudabilẽ. Vide Hostien.in summa sua super tit.de frig.& malefi. Et tantum de ista quæstione,si potens contraxit cũ impotente,ignorãs impotẽtiã naturalẽ. Aut potens cõtrahit cũ impotẽte,sciẽs impotẽtiã:& tũc licet propriè matrimoniũ nõ sit,tamẽ est societas,quæ dirimi non debet. Et si eam habere nõ potest pro vxore,habeat pro sorore,& ecõtrà.c.consultationi.& d.c.laudabilẽ.§.ꝙ si ambo. Si tamen potens pars cum alia contrahat,valet illud secundũ matrimoniũ:tenetur tamen impotentẽ vt fratrem vel sororem 8
alere:vt not.in d.capit.consultationi. Accidentalis† impotentia est,quæ naturaliter potentem,per accidẽs reddit impotẽtem. Et illa subdiuiditur in violẽtã & occultã. Violenta dicitur,quæ violẽter infertur,vt sectio,propter quã quis amittit virilia,ita ꝙ spado fit.& in hac distingue, Aut† illa 9
violentia accidit ante matrimonium contractũ:& propter eam dirimitur matrimonium.c.quod sedem.in fine.iuncta gl.in verbo,impotens.& glossa in cap. ex literis. in verbo, contraxit.extrà de frigid.& malefi. Aut illa violentia accidit post matrimoniũ:& tũc postquàm matrimoniũ tenuit semel,per impedimentum superueniens,nõ tollitur,secundum quosdam,arg.ca.discretionem.versi.sed nec affinitas. extrà de eo,qui cog.consan.vxo. Dispẽsari tamẽ posset,cõsideratis circunstantiis,& propter maius periculum vitandum. Si verò est dubium,an illud impedimentũ præcesserit,vel secutũ sit,præsumitur ꝙ præcesserit, vt sic expediantur,nec maneant impediti. Vide Hostien.in sum.sua de fri.& malefi.in §.iij.versi.accidentalis.cum versi.seq. Impotentia accidẽtalis occulta dicitur, quæ fit ex maleficio. (V van maneinem ein suplin eingibt.) vel sortilegio (Zauberei.) 10
In hac distingue. Aut† maritus per maleficiũ siue sortilegiũ redditus est impotens omnibus,præterquàm vxori suæ: & non. dirimitur matrimonium: quia illud sortilegium fa-

ctum est pro vitando adulterio. Aut per sortilegiũ vel maleficium factus est impotens soli vxori suæ, omnibus aliis mansit potens,& dic: Aut maleficium accidit in ipso matrimonio contracto,& non dirimitur:quia speratur, quòd curetur. Aut præcessit matrimonium:& dic, Aut est maleficium temporale:& non dirimitur, Aut perpetuum: & dirimitur. cap. si per sortiarias. xxxiij. q. j. Vide Hostié. in dicto §. iij. de frigid. & malefic.

11 Quarto† fit diuortium; si alter coniugum alteri continuis insidiis mortem machinetur, secũdum Canonistas in c. j. & glo. in c. ij. extrà de diuor.

Quãdo alter coniugũ alterũ deserit disputatio.

Theologi nostri temporis addũt quintam causam, scilicet desertionẽ, hoc est, si maritus deseruerit vxorẽ, vel ipsa maritum. In hac causa Canonistæ cum Theologis nõ conueniunt. Canonistæ habent pro se primò dictũ Pauli j. Corinth. vij. qui dicit: His autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, nõ ego, sed Dominus, vxorem à viro nõ discedere: quia si discesserit, manere innuptã, aut viro reconciliari. Secũdò habent pro se ius ciuile, in authen. hodie. C. de repud. vbi dicit text. hodie quantiscũnque annis maritus in expeditione manserit, mulier sustinere debet. Distinguunt tamen Canonistæ hoc modo: Aut constat quòd cõiunx discedens adhuc viuit:& nullæ nuptiæ alii permittuntur. c. dominus. in princip. extrà de secundis nupt. Aut dubitatur de eius vita:& ne tum alteri nubat. Si tamẽ de facto nupserit, non dissoluitur, donec de vita absentis constiterit: tũ tenetur relinquere secundum, dicto cap. dominus. §. si verò aliquis. Theologi autẽ quoq; habent pro se dictũ Pauli j. Corinth. vii. qđ habet, Si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater vel soror in huiusmodi. De quo textu vide in c. quanto. extrà de diuor. Secundò, allegant absurdum quòd scilicet innocens pars sine sua culpa priuaretur iure suo, quod tamen fieri nõ debet. d. c. discretionem. §. nam & si. extrà de eo qui cog. Vos cogitate.

DE REDINTEGRATIONE.

1 *Quot, & quibus modis redintegrentur matrimonia.*

2 *Pars nocens non potest contrahere matrimonium cum alio, viuente parte innocente.*

3 *Pars innocens secundum Canonistas, non potest contrahere matrimonium cum alio, viuente adultera: secundum*

dum Theologos verò huius temporis, potest, & nu. 4.

5 *Matrimonio soluto propter hæresim, an, & quando liceat fideli matrimonium secundum contrahere.*

6 *Bigamia & octogamia est licita.*

7 *Affinitas tantum respicit contrahentes, & non eorum consanguineos.*

REdintegrantur† autem matrimonia post diuortium. 1 Primò mutua reconciliatione.c. Apostolus.cũ sequẽ. xxxij.quæstio.vij.Secundò, superueniente adulterio à parte illius, quæ petiit diuortium.cap.ex literis.extra de diuortiis.Tertiò, si diuortium per errorẽ esset factũ: nulla enim sententia in causa matrimoniali ita transit in rem iudicatam, vt non possit retractari quãdocunq; comperta veritate. c.lator.extrà de sent.& re iud. De redintegratione post separationem propter infidelitatem seu hæresim, vide quæ notantur in c.de illa.& in c.quãto.extrà de diuor.Et de redintegratione post separationem propter impotẽtiam, vide quæ notantur in c.fraternitatis.extrà de frig.& malefic.

De redintegrandis matrimoniis, quæ diuortio pe rierant.

Sed nunc est quæstio, si matrimoniũ propter aliquã causam est solutũ per diuortiũ, nec potest redintegrari:q̃a partes nolũt, vel ob aliã fortè causam, vtrũ alter ex cõiugibus, altero viuẽte, possit cũ altero, vel cũ alia secũdò cõtrahere? Primò videamus de separatiõe ꝓpter adulteriũ. Quod†au 2 tẽ attinet ad personã nocentẽ, quæ.s. adulterium cõmisit, non est dubiũ, quin matrimonium cõtrahere non possit cũ alio, quãdiu innocẽs viuit:quia Christus dicit Matthęi xix. Quicunq; dimiserit vxorẽ suam, & aliam duxerit, mœchatur. Et habetur hoc in c.licitè.xxx.q.vij. De hoc autẽ dubitatur vtrũ innocẽs pars, adultera viuẽte, possit secũdò contrahere? In hac quæstione nõ conueniunt Theologi nostri 3 tẽporis, & Canonistæ. Canonistæ† simpliciter interdicunt secundũ matrimonium, quãdiu altera pars viuit. Allegant ad hoc dictum Pauli j.Corinth.vii.quod habet: His autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorẽ à viro nõ discedere: quoniã si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Sed certum est, ꝙ vxori nõ est permissum discedere à marito, qualibet de causa, nisi sit causa fornicationis, vel similis, vt expresiẽ habet Matt.xix. Ergo illa sentẽtia Pauli intelligi debet de discessu ex causa fornicationis, ꝙ.s. vterq; maneat sine nuptiis

Disputatio, vtrum durãte diuortio, interim alter ex cõiugibus altero viuẽte denuò possit nubere.

Discrepãt Theologi & Pontificij.

D 5 post

post diuortiũ,vel recõcilientur.Ita intelligit Augustinus illum locum in Commentario suo ad Corinth.& in Homil. xlix.& in libro de adulterinis coniugiis. Quæ sentẽtia allegatur in ca.quẽadmodũ xxxii.q.vii. Item tenet Hieronymus ad Damasum presbyterũ, cuius sententia allegatur in c.omnes.xxxii.q.vii. Et possunt pro hac opinione allegari optimæ rationes. Prima est fauor liberorũ ex coniugibus separatis natorum,vt scilicet parentes reconcilientur: difficillimè autem reconciliatio obtineri posset,si secundæ nuptiæ liberæ essent.Secunda ratio est fauor delinquentis, ne omnino eiiciatur extra Ecclesiam,sed agat pœnitẽtiam. Si enim innocenti parti libere liceret,nocente viuẽte , secundò contrahere,& nocens continere nõ posset , nõ haberet modũ nec viam perueniendi ad pœnitentiam: quia cũ alio contrahere non posset,propter dictum Christi. Qui dimissam ducit,mœchatur.Si ergo innocens cõtraxit cum alio, nulla superest spes de pœnitentia,cùm tamen Ecclesia non claudat gremium redeuntibus:vt cap.super eo.in vi.de hæretic.& l.fin.C.de summa.trinit.& fide cath.Et illa pars nõ potest redire,quandiu altera vixerit. Tertia est licet per diuortium fiat separatio quò ad cohabitationem & thorum, non tamen soluuntur substãtialia matrimonii,quãdiu ambo viuunt,quia si substantialia soluerẽtur,sequeretur quòd vtriq;,tam nocenti,quàm innocenti permissum esset secundò contrahere.Sed Christus expresse dicit : Qui dimissam duxerit,mœchatur.Ergo substantialia matrimonii sublata non sunt,& per consequens secundæ nuptiæ sequi nõ possunt.Vide de hac quæstione xxxii.q.vij.per totum.

Superioris quæstionis Theologorum sententia.

4 Theologi† nostri temporis contra sentiũt.s. si innocens nocentẽ post multas admonitiones recipere ad cõsortium noluerit,sed ad aliud matrimoniũ se cõferre voluerit, ꝙ liceat,etiã nocẽte viuẽte.Allegãt ad hoc dictũ Christi Matt. xix.sũpto argumẽto à cõtrario sensu.Dicit enim Christus: Quicũq; dimiserit vxorẽ suã,& aliã duxerit. excepta causa fornicationis,mœchatur: ergo à cõtrario sensu , qui ꝓpter causam fornicationis vxorẽ dimittit,& aliã ducit,nõ mœchatur.Et dictũ Pauli,quod Canonistę allegãt,interpretantur de discessu propter cõtentiones & rixas coniugũ , ꝙ tũ demum manere debeant sine nuptiis,donec reconciliẽtur. Secundò allegant,quòd innocẽs pars sine sua culpa priuaretur

retur iure suo,quod tamen fieri nō debet.c.discretionem. §. fin.extrà de eo,qui cog.consang.vxo.Tertiò,† si matrimo- 5
nium est propter infidelitatem solutum & tunc si fidelis incidit in hæresim,& propterea factum diuortium , non licet fideli,hæretica parte viuente,cum alio contrahere.c. quanto.§.si vero.extrà de diuortiis.Aut propter infidelitatem est factum diuortium,vt quia alter est gentilis vel Iudæus:& licet fideli contrahere cum alio,etiam infideli viuente,per dictum Pauli:Si infidelis discedit,discedat.1.Corinth.7.& ca. quanto.§.nos igitur.extrà de diuortiis.Si tamē infidelis fuerit conuersus,priusquàm fidelis iterum contrahat,tenetur fidelis recipere conuersum.c.gaudemus.§. qui autem.extrà de diuort.Tertiò,si matrimonium est separatū propter impotentiam perseuerantem. Et quoque licitum est potēti cō trahere cum alio,impotente viuente.c.j.in fi.fere.de frigi.& malefic.Quartò,si separatum est propter cōtinuas insidias, neutri licet contrahere iterum,altero viuente , per ea, quæ notantur in c.quæsiuit.de diuor.

Memineritis†etiam non tantū primas nuptias,sed etiam 6
bigamiam,& fieri posset,octogamiam licitā esse.c.quomodo.c.aperiant.c.Deus masculum.xxxj.q.j.

Sequitur Enarratio Textus.

Consensus habeant.

Hic obserua,si causæ matrimoniales secundum ius ciuile decidi deberent,sicuti tamen non fit,tamen secundum ea requireretur in matrimoniis filiorum , consensus patris , & aui paterni,non autem matris , & aui materni : quia textus hîc dicit.Consensum habeant parentum , quorum in potestate sunt.Sed certum est,quòd matres liberos in potestate non habent.§.fœminæ.infrà de adopt.Ergo &c. Honestum tamen est,quòd matris consensus accedat.

In matrimoniis filiorum ius ciuile cōsensum parentum requirit.

§. *Mariti tamen.*

Ex hoc hodie permissum est,per regulā , q̄ affinitas respicit tantùm ipsos contrahentes,non autem eorum consanguineos.Exemplum:Vxor non potest nubere alicui ex consanguineis mariti vsq; ad quartum gradū,& maritus vicissim non potest ducere vxorem ex consanguineis vxoris prioris vsque ad quartum gradum:eorum autem consanguinei, quicunq; tandem sint,non obstante affinitate,licitè iunguntur.

De

De Adoptionibus. Tit. XI.

1 *Continuatio huius titu. cum praecedentibus.*
2 *Adoptio quae sit, & quotuplex.*
3 *Adoptio in specie quae sit, & eius causae.*
4 *Arrogationis definitio, eiusq; causarum enumeratio.*
5 *Adoptare qui possint, & qui non.*
6 *Iurisconsultis, quoties deest species, vtuntur nomine generis.*
7 *Vbi plures sunt rationes, ibi debet esse & maius ius.*
8 *Serui quot & quibus modis liberentur.*

1 IXIMVS † suprà patriã potestatẽ habere tres causas: legitimũ matrimoniũ, legitimationẽ filij naturalis, & adoptionem. Sunt autẽ proximo titulo duae priores absolutae, restat nunc tertia, adoptio scilicet.
2 Est † autẽ adoptio in genere, legitimus actus, per quem quis fit filius, qui alioqui non est filius. Et est duplex: Adoptio in specie, & arrogatio. Adoptio † in specie dicitur, quando adoptatur filius

Adoptio.

3 familiâs ab aliquo. Et ea fit coram quouis magistratu mistũ imperium habente. §. imperio. hîc tit. nostro. Causa efficiẽs est consensus adoptantis, adoptandi, & eius, qui adoptãdum habet in potestate: quales sunt, auus paternus, & pater. l. in adoptionibus. ff. de adop. Effectus est, quòd adoptatus ab intestato succedit patri adoptiuo, etiam extraneo, licet viuente patre suo naturali in adoptiui potestate non fuit. §. sed hodie. hic tit. nostro. Secundò, si auo paterno siue materno nepos in adoptionem datus fuerit, quod per hoc soluitur ius patriae potestatis patris naturalis, & transit in potestatẽ aui adoptantis. §. si verò. hîc tit. nostro. l. pe. C. eo.

Adoptio in specie.

Effectus adoptionis

4 Arrogatio † verò est, quando adoptatur paterfam. Et hoc fit principis, id est, Caesaris authoritate. Requiruntur autem in arrogatione, quòd arrogandus sit pubes. Secundò, si impubes fuerit, requiritur quòd per rescriptum principis, cũ causae cognitione, & sufficienti cautione fiat. §. cùm autem impubes. hîc tit. nostro. Causa efficiens arrogationis, est mutuus consensus cum interrogatione & responsione reciproca inter arrogatorem, & arrogandũ, si arrogandus fuerit pubes. l. ij. ff. eo. Effectus est, quòd arrogatus vnã cum liberis & rebus suis transit in potestatem arrogantis. d. l. ij. §. fi. ff. eod. Et adeò, quòd etiam

Arrogatio, & quae in ea requirantur.

Quid faciat arrogatio.

etiam alteri in adoptionem dari possit.§.in plurimis.hîc tit. nostro.Et huc refer quæ suprà de patria potestate diximus, sunt enim idem.Possunt† autē adoptare omnes,quibus non 5 est prohibitum.Et prohibetur primò castratis,§.sed & illud. hîc tit.nostro.Secūdò fœminis,exceptis quibusdam casibus. §.fœminæ.hîc ti,nostro.Tertiò illis,qui non decem & octo annis maiores natu sunt,quam adoptandus.§.minorem.hîc ti.nostro.Quartò,tutoribus & curatoribus,ne arrogent pupillos vel adultos.l.nec ei.in prin.ff.eo.Possunt autem adoptari nepotes,& quoque alieni, in locū filiorum & nepotū. Hîc autē nihil dicemus de modis, quibus soluitur adoptio: quia cùm adoptio sit causa patriæ potestatis, soluitur illis ipsis modis,quibus patria potestas.De qb⁹ in titulo sequēti.

Qui possint, & qui non, adoptare.

VERS. *Imperia magistratus.*

Vides hîc,quòd Iurisconsulti † vtuntur nomine generis, 6 pro specie,quoties speciem non habent. Hîc enim adoptio, quæ nomen generis est,diuiditur in arrogationem, & adoptionem in specie.Sicuti etiam iurisdictio in genere diuiditur in imperium & iurisdictionem in specie. Vide Bart.in l. imperium.ff.de iurisdict.omnium iudicum. Item cognatio, in agnationem & cognationem in specie.

Species in nostris libris pro genere sumpta.

VERS. *Et naturalia adoptionis iura.*

Ex hoc textu nota regulam:Vbi† plures sunt rationes,ibi 7 quoque debet esse fortius ius,sicut hîc vides in patre & auo. Quia in patre est tantùm ius naturale,in auo verò naturale & ciuile:ideo plus iuris habet in nepote suo, quem pro filio adoptauit,quàm pater,

Vulgare est duo vincula esse vnico fortiora.

§. *Sed si quis.*

Ratio est,quia auus tam filium,quàm nepotem habet in sua potestate:ideoque cùm nepos sit in sua potestate,potest cum vigore patriæ potestatis in adoptionem alteri dare, patre suo,hoc est,filio,non consentiente.


§. *Apud Catonem.*

Serui† liberantur multis modis.Primò manumissione,de 8 qua suprà.Secundò institutione hæredis.§.idemque iuris.suprà,quibus ex causis manum.non licet. Tertiò adoptione, de qua hîc.Quartò nominatione filij,hoc est, si coram iudice seruum filium nominauerit,vt hîc.

Quib.modis ius patriæ potestatis sol, Tit. XII.

Conti

1 *Continuatio huius ti uli.*
2 *Patria potestas quot, & quibus modis soluatur. & nume.3.10.11.*
4 *Deportatio est ob aliquod maleficium in insulam missio, vt perpetuò illic maneat.*
5 *Relegatio & deportatio quid differant.*
6 *Banniti quando æquiparentur deportatis vel relegatis.*
7 *Infames & dānati possunt per imperatorē in integrū restitui.*
8 *Serui pœnæ qui hodie dicantur.*
9 *Damnati in metallum, & in opus metalli, quid differant.*
12 *Emancipatio quæ sit, & vnde dicta.*
13 *Patri emancipāti debentur præmia tam legalia, quàm conuentionalia, à filio emancipato.*



1 MPERATOR † hactenus quomodo personæ, quæ in dominorū potestate sunt, soluātur ab illorū potestate, tractauit: nūc porro secundū mēbrū diuisionis suprà traditæ prosequitur, quibus modis ius scilicet patriæ potestatis soluitur.

VERS. *Si verò, qui in potestate, &c.*

2 Imperator † hîc incipit tractare primū modū, per quem patria potestas soluatur, s. per mortē naturalē vt j. in textu.

Variȷ modi soluēdæ patriæ potestatis.

§. *Cùm autem.*

Secundus † modus, per quem soluitur patria potestas, est
3 mors ciuilis. Et ideo dicitur mors ciuilis, ꝙ huiusmodi homines quò ad ius ciuile, habentur pro mortuis, & omnes actus iuris ciuilis amittunt: qualia sunt, testamenti factio, testimoniū, &c. Cùm ergo patria potestas, sit iuris ciuilis. §. ius autē. sup. de patr. pot. sequitur, quòd ciuiliter mortui hoc iut amiserint, & liberi eorū sui iuris facti fuerint. Sunt autē ciuiliter mortui bāniti, & deportati. Dicitur † autē deportatio,
4 in insulā missio, propter aliquod maleficiū capitale, vt perpetuo illic maneāt. l. inter pœnas. §. decurionis. ff. de interdi. & releg. & deport. Dico, in insulam, quia deportatio fieri non potest nisi certus locus, & sic insula assignetur. Et sic habes primā differentiā inter deportationē & relegationem. Quia
5 † relegatio est alicuius loci interdictio, quē relegat⁹ vitare cogitur, & extra illū locū poterit versari vbicūque voluerit. Deportatus autem cogitur in loco assignato manere, & alio qui in omnibus aliis locis non est tutus. Dico, perpetuò, ad differen

Mors ciuilis.

Deportatio.

Relegatio.

differētiā relegationis ad certū tēpus, vel in perpetuum nec adimit vitā ciuilē:quia relegati retinent ciuitatē, familiam, patriam potestatē,testamenti factionē, & omnia, quæ sunt iuris ciuilis.Deportati verò tantùm in perpetuū deportantur,& amittunt ciuitatē,familiā, patriam potestatem, quia sunt ciuiliter mortui,&c.l.relegati.iuncta l.relegatorum.ff. de interd.releg.&c.Tu † hodie refer ab bannitos nostri tēporis,qui æquiparantur deportatis,maximè si propter tale maleficium bannitus quis fuerit,propter quod in amissione ciuitatis quoque bona publicarētur:aliâs æquiparatur bannitus relegato,secundum glo.hîc in verb.retin.quam approbat Bart.in l.vt vim.ff.de iust.& iu.& vide Bart.in l.j.q. suarum disputationum.Reliqua de relegatione, deportatione, & exilio,vide per tot.ti.ff.de interd.releg.& depor. 6

Banniti huius tempestatis, quibus antiquorū cōparandi sint.

§. *Sed si ex indulgentia.*

Nota ex hoc textu,quod † infames & damnati per sententiam,propter aliquod capitale maleficium, per Imperatorem in integrū restitui possunt,ita quòd acquiruntur omnia iura prius amissa.Sicuti vidimus in edicto in commitiis Spiræ promulgato,vbi seditiosi rustici sunt restituti. 7

Qui sint hodie serui pœnæ.

§. *Pœnæ seruus.*

Serui † pœnæ dicuntur hodie,qui damnantur ad mortem per sententiam.Ideo illorum testamenta,& codicilli, nō valent,secundum Bartol.in authen.sed hodie.C.de dona.inter virum & vxorem.& l.qui vltimo.ff.de pœnis. 8

Damnati in metallū, & in opus metalli.

VERS. *Qui in metallum.*

Damnati † in metallum differūt ab his, qui in opus metalli damnantur,quòd illi grauioribus vinculis præmebantur.Ideo si damnati in opus metalli fugiebant, postea quoque in metallum damnabantur.l.aut damnum. §.inter eos. cum §.sequen.ff.de pœnis.Sed hæ pœnæ hodie non sunt in vsu,vt hîc in glo.in verbo,in metallum. 9

Patriciatus dignitas, post Cæsarem maxima.

§. *Sed ex constitutione.*

Tertius † modus est dignitas Patriciatus. Fuit autem illa dignitas summa post Cæsarem. Idem dic hodie in episcopis:si enim filius familiâs electus est in episcopum, eo ipso liberatus est à patria potestate.Quæ autem sint aliæ dignitates à patria potestate liberantes,vide in l.fi.gloss.C.de decurion.lib.x.& §.fin.in authen.constitutiones,quæ de dignitatibus.col.vj.Vide glo.hîc,in verb.non liberat. 10

Dignitates à patria potestate liberantes remiss.

§. Si

§. *Si ab hostibus.*

11 Quartus† modus est captiuitas, Sed nota, captiuitate patriam potestatem non tolli, sed tantùm suspendi: ideo si pater captus ab hostibus redit, recuperat omnia sua iura, ac si nunquàm fuisset captus.

VERS. *Sui iuris fuisse.*

Fictio l. Corneliæ. Quia lex Cornelia fingit eum prima hora captiuitatis mortuum fuisse: sicuti ius postliminij fingit eum nunquàm fuisse captum, si reuertitur. Sunt autem illæ fictiones necessariæ, propter actus liberorum: vt contractus, & testamenta, quæ fiunt in absentia parentum.

§. *Præterea.*

12 Quintus† modus est emancipatio. Est autem emancipatio relaxatio patriæ potestatis, cũ consensu patris, emancipãtis, & filij emãcipãdi, corã cõpetẽti iudice. Nomẽ habens à mãcipi, id est, propriũ. Inde mãcipare, id est, potestatẽ alicuius rei acquirere à quo poteris componere emãcipare, id est, potestatẽ alicuius rei amittere. Dico, cũ cõsensu emancipantis: quia filius regulariter non potest cogere patrẽ, vt eũ emancipet: neq; etiam filius inuitus emãcipari potest, exceptis quibusdã casibus, de quibus in gl. si. huius ti. in ver. penè.

Emancipa-tio.

Emancipatio est act⁹ volũtarius Ideoque emancipatio est actus voluntarius. non autẽ necessarius. Dico, corã cõpetente Iudice: quia nudus consensus patris & filij non est satis, sed requiritᷓ quædam solẽnitas, quæ propriè est iudicis accessus. l. non nudo. C. de emãc. Causam efficientẽ vides esse cõsensum vtriusq; iũcta solẽnitate. Hoc autẽ casu neuter tenetur allegare causam emancipationis, sed satis est consensus cũ solẽnitate corã iudice. d. l. non nudo. Effectus emãcipationis est, solutio patriæ potestatis, vt scilicet filius postea liberè contrahere, testari, & omnia agere, sicut paterfamiliâs, possit. Item, ꝙ acquirit plenum dominiũ, hoc est, proprietatem, & vsumfructũ in omnibus bonis suis, tã aduentitiis, q̃ profectitiis. Et sic vides emãcipationẽ nõ esse pœnã, sed beneficiũ, cùm per eam filius multa acquirat, quæ prius non habuit. l. j. ff. si à paren. quis manu. fuer. Et

Quid parat.

Emancipationem esse beneficium filio.

13 propterea† debetur patri præmiũ aliquod, siue sit legale, siue conuentionale: Legale præmium, quia leges tribuunt patri ide mius in bonis filij, siue nepotis emancipati, quod habet patronus in bonis liberti, videlicet, si emãcipatus est impubes, habeat pater eius tutelam, & succedat, si sine liberis

Præmium legale & conuentionale.

decess

decesserit.§.& tunc.tit.nostro. Conuéctionale præmiū debetur patri pro emácipatione: quia pater potest aliquid accipere à filio, vt eum emancipet.d.l.emácipatus à parente.§. si parens.ff.si à parente quis manumissus fuerit. Et vide de his præmiis.§.hoc quoque.cum seq.infra per quas person. nob.acquir. Et prædicta sic intellige, quod filius emancipatus non excluditur hodie ab hæreditate patris ab intestato decedentis.§.si quis igitur.in auth.de hæ.ab intest.venien. colla.ix. Idem dic si pater testamentū condidisset,& filium emancipatum præteriisset, non instituēdo eum, nec exhæredando, tum prætor dat emácipato bonorum possessionem, cōtra tabulas.§.emácipatos.infra de exhær.libe. Patria autem potestas semel soluta, amplius honestè redintegrari nō potest, nisi per adoptionē. Semel tamen adoptatus, amplius adoptari non potest.l.qui liberatus.ff.de adop.

Filius emācipatus hodie non excluditur ab hæredi tate patris.

Quando prætor det bonorum pos. contra tab.emancipato.

VERS. *Sed emancipatio.*

Qui volebat filium suum emancipare, vendebat alicui fortè pro duobus nūmis, sub hac conditione, vt statim manumitteret eum. Imaginariæ sunt,& simulatæ tam vēditio, quàm manumißio.

De tutelis. Tit. XIII.

1 *Transitio à superioribus ad præsentem titulum.*
2 *Tutelæ definitio,eiusdêmque definitionis expositio.*
3 *Tutelæ diuisio.*

Svpra † diximus de personis, quæ sunt alieni iuris, vt de seruis,& filiis familiâs, id est, quibus scilicet modis alieno iuri subiiciantur, & iterum liberentur: nunc de his dicemus, quæ sunt sui iuris. Dicimus autem illas esse, vel sub tutela, vt pupilli & pupillæ: vel sub cura, vt adulti, & minores, vel neque sub tutela, neque sub cura, vt maiores xxv. annorum, qui nec prodigi, nec furiosi sunt. Trademus autem primo de illis, qui sunt sub tutela. Dicitur † autem tutela, vis, ac potestas in capite libero, ad tuēdum eum, qui se propter ætatem defendere non potest, iure ciuili data, ac permissa: vt in prin. Dico, in capite libero: quia seruus non potest gerere tutelam, neque etiam habere tutorē: si tamen in testamento datus esset tutor à domino suo, per hoc liber esset.§. sed & seruus. infra qui testam.tut.da.pos. Dico propter ætatem

Tutela.

tem:quia tutor datur maſculo minori xiiij.& fœminæ mi-
Tutela cuius iuris ſit.
nori xij.anno.vt j.quib.mod.tut.fi.in princ.Dico,iure ciuili:
quia nõ eſt iuris naturalis,nec gẽtium,ſed iuris poſitiui. Ha
Tutela vnde dicta.
bet autẽ nomen à tuẽdo:& dicuntur tutores,quaſi tuitores.
l.j.ff.de tute.& hic tit.noſt.in prin.Eſt autem tutela triplex.

Tutela triplex.
- 1 Teſtamentaria.
- 2 Legitima, &
- 3 Datiua.

DE TESTAMENTARIA TVTELA.

1 *Teſtamentaria tutela quæ dicatur.*
2 *Seruus quando in tutorem dari poßit.*
3 *Tutores quales eſſe debeant.*
4 *Quando tutoris in teſtamento dati requiratur confirmatio.*

Teſtamentaria tutela.

1 TEſtamẽtaria † tutela dicitur,cũ liber homo,maſculus,
maior,& ſanæ mẽtis,qui loqui,& audire poteſt, tutor
liberis impuberibus,à teſtatore in teſtamento datur.§.per-
miſſum.hic titu.noſtro. Dico,liber homo:quia ſicuti ſeruus
alioqui non poteſt eſſe tutor,ita nec in teſtamẽto tutor dari
De ſeruo in tutorem dando diſtinctio.
2 poteſt.In hoc † tamen diſtingue,Aut datur ſeruus alienus in
tutorẽ,aut proprius.Primo caſu dic,Aut datur purè:& datio
nulla eſt.Aut datur ſub illa cõditione,ſi liber erit:& valet da
tio conditione exiſtẽte.§.ſeruus autem alienus.infra qui te-
ſta.tut.dari poſſ. Secundo caſu,quando ſcilicet datur ſeruus
Magiſtratus.ſacra & id genus ſimilia publici iuris ſunt: munerisve ro publici exercere eos magiſtratus ea ſacra.
proprius.& valet datio,ſiue cum libertate,ſiue ſine libertate
fiat: nam etiam ſi detur ſine libertate, tamen tacitè videtur
libertatem accepiſſe,cum tutela eſſe non poſſit, vbi non eſt
libertas.§.ſed & ſeruus.infra qui teſt.tut dari poſſ. Secundo
dico,liber homo,ſimpliciter: quia non diſtinguitur,ſiue ſit
paterfamiliâs ſiue filiusfamiliâs,qui tutor datur:quia filiuſ-
familiâs in publicis cauſis,ſiue officiis, loco, patrũ familiâs
habetur:ideo magiſtratus & tutelas gerere poſſunt.l.filiuſ-
familiâs.ff.de iis,qui ſunt ſui vel alien.iur.Dico,quia officiũ
tutelæ virile eſt,nec poſſunt mulieres tutrices eſſe.Hodie ta
men mater & auia,tutrices ſunt,ſi viduæ manſerint. & renũ
ciauerint beneficiis mulieribus: vt C.per tot.quando mat,
Hinc eſt quod filius non prohibetur magiſtratum
tut.offi.fung.poſſ.vt dicemus infra.Dico,maior:quia minor
xxv.annis tutor eſſe nõ poteſt:ſi tamen tutor datur, incipit
tutela,cum maior factus fuerit.§.furioſus.infra qui teſt.tut.
dari poſ. Dico,ſanæ mẽtis.quia furioſus in tutorẽ dari non
poteſt:ſi tamen detur, tunc tutor erit, cum compos mentis
fact

factus fuerit,d.§ furiosus. Idē dic de prodigo,quia huiusmo di personæ ipsæ opus habent curatoribus,vt infra dicemus. Dico, qui loqui potest:quia muti, & surdi tutores esse non possunt.l.j.ff.de tute. Tarde autē audientes,tutores esse possunt.Quod dico,liberis,intellige de filiis & filiabus:item de nepotibus & neptibus patrem non habentibus:itē de posthumis. Si autem in testamēto dederit filiis suis tutores,non comprehēderentur nepotes.§.si quis filiabus. infra qui test. tuto.dar.poss.Dico,impuberibus,ad differētiam adultorum xiiij.ann. & puberum,quibus non dantur tutores,sed curatores:vt infra de cura.per tot. Secundò,ad differentiam maiorum,quibus neque tutores, neque curatores dantur, nisi sint furiosi,vel prodigi.Dico,in testamento:quia in codicillis dari non possunt,nisi sint testamēto cōfirmati.l.iiij.ff.de test.tute.Tum autem hæc datio vires acquirit,postquam is, qui in testamēto hæres scriptus est,hæreditatem adierit.Si autem hæredes scripti hæreditatem repudiauerint, nihil valet datio,sicuti nec totum testamētum.l.si nemo.ff.de testa. tutel. Et illas circūstantias,quas in hac definitione recēsuimus refer quoque ad alias species tutelarum:quia † omnes 3
tutores siue sint testamentarij,siue legitimi,siue datiui, debent esse liberi homines,masculi,maiores, sanæ mentis,frugales,qui loqui & audire possunt. Non tamen omnes tutores in testamento dati simpliciter valent quia†sunt quidam casus in quibus requiritur tutoris confirmatio : vt primò si 4
pater filiū naturalē & legitimum emācipauerit,& postea in testamēto ei tutorē dederit,non valet datio sine confirmatione.Confirmatio tamen facienda est sine inquisitione,scilicet morū,& facultatum tutoris.§.si.hîc tit.nost.Item dic,si pater dederit tutorē filio naturali. In hoc tamen distingue, Aut pater naturalis in testamento relinquit aliquid filio naturali,& quoque dat tutorem:& cōfirmari potest datio sine inquisitione.l.si.C.de confir.tut. Si autem mater dederit li- 5
beris suis impuberibus in testamento tutores, tunc distingue, Aut liberos, quibus tutores dedit,in eodem testamēto hæredes instituit:& datio confirmari potest,cum inquisitione.l.j.C.de cōfirma.tut.l.pater.ff.de test. tut. Aut non instituit hæredes:& iudex non tenetur confirmare dationem.Solebant tamen prætores eam confirmare. Vide l.mater.& 6
quæ ibi notantur.C.de testa.tut.& tantum de tutel.testam.

gerere:interdicta est autē ei factio testamenti, quę publici iuris est, l.cū prætor. in fine.l.in priuatis. l. quippe. de Iudi.

Testamentaria tutela quando vires sumat.

In omni genere tutorum requisita.

Tutoris in testamēto dati,interdum requiri cōfirmationem.

E 2 DE

DE LEGITIMA TVTELA.

1 *Legitima tutela quæ sit, & quotuplex.*
2 *Tutelæ agnatorum diffinitio.*
3 *Agnati olim tantùm erant legitimi tutores, sed hodie etiam cognati si sunt proximiores.*
4 *Quæ necessariò requirantur in tutela agnatorum.*
5 *Tutela patronorum quæ dicatur, & vnde sit introducta.*
6 *Tutelæ parentum descriptio atque origo.*
7 *Fiduciaria tutela quæ dicatur, & vnde sit introducta.*

Legitima tutela. 1 Legitima† tutela dicitur, quã lex dat tutores liberis impuberibus, testamentariis tutoribus non extãtibus. Quod fit cùm testator decessit intestatus: aut si condidit quidẽ testamentũ, & in eo tutelæ non meminit. Aut dedit quidẽ tutorem in testamẽto, sed is viuo testatore decessit. §. quid autẽ. infra de leg. ag. tut. Est autẽ legitima tutela quadruplex.

Legitima tutela quadruplex.
1 Agnatorum.
2 Patronorum.
3 Parentum, &
4 Fiduciaria.

Agnatorũ tutela. 2 Agnatorum† tutela dicitur ea, quam lex hodie agnatis & cognatis proximis expresse defert: nullis testamẽtariis tutoribus extãtibus. §. ex his. in Auth. de hær. ab intes. veni. col. ix. 3 Dico in diffinitione, hodie quia† olim agnati (*schwertmagen*) tantum erant legitimi tutores; cognati autem (*spill magen*) excludebantur: vt infra per tot. de leg. agn. tut. Sed hæc differentia per ius Authenticorũ nouissimum sublata est: quia vocantur ad successionem & tutelã, qui sunt proximiores, siue sint agnati siue cognati. d. §. ex his. In feudis tñ agnatio adhuc habet prærogatiuã, quia cognati excludũtur agnatis extãtibus. Sicut etiã cognatio in feudis nihil operatur, vt in vsibus Feudorũ per tot. ferè. Et nota circa hãc tutelam, licet lex agnatis & cognatis deferat tutelã, si in testamẽto tutor datus non est, non tñ possunt illi administrare nisi quædam 4 præcedant. Primò † quod decernatur administratio per iudicẽ. l. iij. §. fi. ff. de admi. tut. Secundò quod conficiatur inuentarium. l. tutor, qui repertorium. in prin. ff. de admi. tu. Tertiò, quòd iuret se vtilia facturũ, & inutilia prætermissurum. Vide Ang. infra de leg. agn. tut. circa finem princ.

Hodie etiam agnatio prærogatiuã habet in feudis.

In agnatorũ tutela quædã requiri.

Patronorũ tutela. 5 Tutela† patronorum dicitur, quàm habent patroni in libertis, & eorũ liberis. Et ea introducta est tãtùm ex mente & sen

& sententia legis XII.tabul.non autem expressis verbis. Nusquam enim in l.XII.tabul.cautum reperitur, quòd patronus sit tutor liberti impuberis: quia tamen lex duodecim tabularum dispoſuit patronos libertis, ſine liberis decedentibus ſucceſſuros, colligitur eãdem legem quoque voluiſſe, quod cum tutela onerentur. Qui enim vult ſentire commodum, debet quoque ſentire incommodum, vt infra de legit.patr. tute.in princ. *Argumẽtatio ex mẽte legis.*

Parentum† tutela dicitur, quando parentes liberorum emancipatorum tutores fiunt, ad exemplũ patronorum. Dico, ad exemplum patronorum, quia hæc tutela primùm neque ex verbis, neque ex mente legis duodecim tabulárum introducta eſt, cùm lex duodecim tabularum eius non meminerit, neque etiam fit mentio in ea de ſucceſsione in bonis filij emancipati: ideo tantum ad exemplum tutelæ patronorum primùm introducta eſt. Et ſic cum hodie emancipatio in ſucceſsionibus nihil operetur, & impediat. §.ſi quis igitur.in Auth.de hæred.ab inteſt.veni.coll.ix.meritò pater filio emancipato ſuccedens, eius tutelam ſuſcipiat. Vi de Bart.in l.frater.C.de legi.tut. 6 *Parẽtum tutela. Locus ab exemplo.*

Fiduciaria† tutela dicitur, quando frater fratris ſui emãcipati impuberis poſt mortem patris tutor fit. Illa autem tutela neque ex verbis, neque ex mẽte legis duodecim tabularum, ſicuti agnatorum & patronorum tutela, neque etiam per interpretationem ſiue extenſionem, ſicut parentum tutela, ſed tantum propter fiduciam, quam lex habebat erga fratres introducta eſt. Quia lex confidebat fratres propter ius ſanguinis futuros diligentiores in defendenda perſona fratris impuberis, quare eam appellauit fiduciariam, à fiducia. Hodie autem, quia condita eſt lex, quæ vocat fratres ad ſucceſsionem fratris emancipati, dicitur & ex mente ipſius legis legitima, per legem frater.C.de legit.tut. 7 *Fiduciaria tutela. Congrua legis præſumptio. Fiduciariã tutelã hodie eſſe legitimã.*

DE DATIVA TVTELA.

1 *Datiua tutela, quæ ſit, & vnde dicta.*
2 *Per quos, & quando tutores debeant peti pupillis à iudice.*
3 *Tutores trifariam dantur.*
4 *Seruus & debitores, licet in teſtamento tutores dentur, à iudice tamen dari non poſſunt.*
5 *Quibus tutores dari poſſint.*
6 *Tutorum officium quod ſit.*

7 *Pœna tutorum officio suo negligenter fungentium.*
8 *Pupillus vbi debeat educari.*
9 *Tutela quibus modis finiatur.*
10 *Actio tutelæ datur, quando tutela est finita.*

Datiua tutela.

1 DAtiua † tutela est actus legitimus, per quem datur tutor impuberi purè à iudice mistum imperiũ habẽte, ad petitionem matris, vel proximorũ cõsanguineorũ, testamẽtariis vel legitimis tutoribus non extantibus. Et dicitur datiua, quia à iudice datur. Dico, purè, q̃a si à iudice detur tutor in diem, vel sub conditione expressa, datio ipso iure non valeret. l. mutuo. §. sub cõditione. ff. de tut. Dico, mistum imperium habẽte, quia datio tutoris est misti imperij: ideoq; qui simplicẽ iurisdictionẽ in specie tantũ habet, & nõ imperiũ, tutores dare non potest. d. l. mutuo. §. tutoris datio. ff. de tutel. Dico, ad petitionem matris, vel proximorum consanguineorum: quia mater, † vel ea deficiente, proximi consanguinei, ad quos hæreditas pupilli de iure pertinet, quã primum fieri potest, & intra annum iudicẽ illius loci, vnde originẽ traxit (*da er geborn Vnnd gezogen ist*) & vbi facultates inueniuntur, domiciliũmq; habet, accedere, & pupillus tutores idoneos petere debẽt: vt C. per tot. qui petãt. tuto. & l. vnica. C. vbi petãt. tuto. Quòd si neglexerint tutores petere intra annum, & pupillus decesserit, priuarẽtur eius successione. l. sciant. C. de legi. hęr. nisi habeant legitimam excusationem. fortassis propter absentiã, aut probabilẽ facti ignorantiam. Iuris enim ignorantia non excusat. l. fi. C. qui pet. tut.

Datio tutoris cuius sit iurisdictionis.

3 Dantur † autem Datiui tutores trifariam. Aut sine inquisitione, aut ex inquisitione, aut extraordinariè siue anomalè.

Datiui tutores quot modis dentur.

Sine inquisitione dantur, quando non quæritur de moribus eorum, & an sint locupletes.

Aut ex inquisitione dantur, quando facultates, & mores inquiruntur.

Extraordinariè, siue anomalè dantur, quando mater, vel auia datur. Dicitur autẽ illa tutela, tutela anomala: q̃a neq; testamẽtaria, neque legitima, neque etiã, propriè loquendo, datiua est, cùm mulieres regulariter tutelam, tãquam virile officium, gerere non possint. l. j. C. quando mul. tut. of. fungi poss. & illæ omnes satisdant rem pupilli saluam fore. §. nos autem. infrà de Attilia. tut. Causam efficientem illius tutelæ vides esse iudicem habentem mistum imperium, pręcedẽte

Tutela anomala.

petit

petitione matris, vel consanguineorum. Hodie tamen si facultates pupilli nõ excedũt quingẽtos aureos, possunt dari tutores à quouis magistratu. §. nos autẽ. infrà de Attil. tut.

Persona quæ à iudice tutores fieri possunt, & quæ nõ.

Dantur autem à iudice tutores illi, qui testamento dari possunt, de quibus suprà. Mater tamẽ excipitur, quæ à iudice põt dari tutrix, licet in testamento non detur. Authẽ. matri & auiæ. C. quãdo mul. tut. of. fun. pos. & econtrà. Seruus †in testamento tutor datur, vt suprà qui testa. tuto. da. pos. 4
& tamen à iudice tutor dari non potest. Sic creditores & debitores pupilli à iudice tutores constitui non possunt, licet in testamento dentur, cùm fides eorum censeatur à testatore approbata. §. sed hoc. infrà de satisd. tut.

Et potest†dari tutor absenti, nolenti, & inuito: sicuti etiã 5
inuitus datur, cùm tutores pupilli compelli possint, nisi habeant excusationes. §. penul. infrà de satisda. tut. l. illud. cum l. sequenti. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.

DE TVTORVM OFFICIO.

Officium tutorum cuiusq; sint modi.

Absoluimus tractationẽ de cõstituẽdis tutoribus: restat dicendũ, quódnam sit eorũ officiũ, vbi pupillus educetur,
& quę detur actio. Tutorum†autẽ officium siue sint testa- 6
mentarij, siue legitimi, siue datiui, est instituere pupillũ bonis moribus, mercedes præceptoribus cõstituere, alimẽta ministris pupilli præstare. l. cùm plures. §. cùm tutor. ff. de administratio. tutor. Corpus & salutem impuberis tueri. l. consilio. in prin. ff. de curat. furiosi. Impuberẽ defendere, si ab alio cõueniatur. l. tutoris præcipuũ. ff. de administratio. tuto. Pro impubere promittere, soluere, & iudicium cõtra alium intentare, alimẽta pupillo dare. l. iij. §. tutor. ff. de suspectis tut. Pecuniã dare ad vsurã, (*gelt austhũ Vmbsz insz.*) si pupilli substantia est mobilis, vt inde sustentetur: Authẽ.
nouissimè. C. de administr. tut. Et hoc, †si neglexerint, tan- 7
quam suspecti remouẽtur, & damna de bonis eorũ pupillo resarciuntur. l. fi. in princ. C. de administrat. tutor.

De educatione pupilli.

Educatur autẽ†pupill⁹ apud matrẽ, si innupta mãserit: si 8
verò nupserit, vel mortua fuerit, apud cognatos, aut eos, quib⁹ Prætor eã prouinciã decernit. Est autẽ potissimũ cura adhibẽda, ne apud eos educetur, vbi pudicitia eius pericli-
taretur. l. penult. ff. vbi pupil. educ. debe. & C. eod. per totũ. 9

Tutela quando finiatur.

Finitur autem†tutela. Primò pubertate, item arrogatione, deportatione, seruitute, captiuitate pupilli. Item morte

naturali pupilli,vel tutoris,capitis diminutione tutoris maxima,vel media. De quibus omnibus dicemus infrà, quibus modis tute.finiat.

10 Finita†autem tutela,tenetur tutor reddere rationé suæ administrationis coram iudice:dui ante autem tutela,iudicialiter conueniri non poteſt.l.niſi finita. cum ſimilibus ff. de tutel.& ratio.diſtrah.Obligatio autem ex qua actio tutelæ naſcitur,non prouenit ex contractu,ſed ex quaſi contractu: quia pupillus cum tutore verè non contraxit, ſed quaſi.Et Oriuntur mutuæ actiones,directa,& cótraria.Directa datur pupillo,qua conuenit tutorem de reddenda ratione.Cótraria autem datur tutori, qua cóuenit pupillum de reſtituendo, quod eius nomine impendit.§.tutores.infrà de oblig.quæ ex quaſi contrac.naſc.

Obligatio vnde actio tutelæ manat, ex qua cauſa ſit.


In verbo, Recaſuri.

Quia tutores dantur tantùm illis,qui ſunt ſui iuris,& impuberes: nepotes autem ex auo,auo mortuo non ſunt ſui iuris,ſi filius aui,hoc eſt,pater nepotũ adhuc viuit, in cuius p teſtatem poſt mortem aui cadunt.Ideóq; auus eius non poteſt tutores dare in teſtamẽto, niſi pater eorum vel mortuus fuerit,vel ipſi ab eo emancipati,tum enim poſſunt.

Qui teſtamento tutores dari poſsint.
Tit. XIIII.

1 *Directa libertas quæ ſit,& quid à fideicõmiſſaria differat.*
2 *Tutor,& curator,in quibus differant.*

Scopus huius tituli.



Ic titulus tractat circunſtantiam perſonarũ, & temporis: recéſet enim quæ perſonæ, & quibus tutores in teſtamento dari poſsint, deinde quandò dentur.

VERS. *Sed ſciendum.*

Ratio eſt:quia ſeruus tutor eſſe non poteſt,niſi ſit liber. Ex quo autem dedit ſeruum tutorem in teſtamẽto,videtur ei quoque libertatem tacitè cóceſsiſſe, cũ tutela ſine libertate eſſe nõ poſsit.

1 Directa†libertas eſt,quæ ſtatim compe tit ex teſtamẽto:vt ſi teſtator ita dixerit in teſtamẽto ſuo, Lego Titio ſeruo meo libertatẽ.Hoc caſu ſtatim poſt mortem teſtatoris ipſo iure,& ſine facto hominis liber eſſet.Fideicommiſſaria verò libertas eſt,vbi teſtator fidei hęredis committit,vt ſeruum manumittat,vt hoc modo. Caius hæ

Directa libertas quæ. Fideicõmiſſaria libertas.

res

res meus post mortem meam Titium seruum manumittat. Tum enim non statim ipso iure liber esset, sed requireret vt factum hominis, id est manumissio hæredis.

§. *Seruus.in verbo, purè.*

Id est, non sub conditione: vt si ita dicit testator, Titius seruus Seij sit tutor filij mei & non dicit illam conditionem, Si liber erit. inutilis est datio.

VERS. *Certæ autem rei.*

Quibus detur tutor, nempe personis, non autem rebus. Et nota hîc obiter differentiam inter tutorem & curatorē, scilicet quod tutor † principaliter personæ, secūdariò verò rebus pupilli datur. Curator autem datur principaliter rebus & secūdariò personæ minoris. l. in copulandis. C. de nupt. 2 *Discrimē inter tutorem & curatorem.*

VERS. *Quid si nepotes.*

Quæstio est, Si quis in testamēto filiis suis tutorē dedit, an nepotibus ex filio præmortuo quoque censeantur tutores dati? Et distinguit Imperator. Aut testator dixit, Do filiis meis tutorē: & non continentur nepotes. Aut dixit, Do liberis meis tutores: & continentur nepotes, quia illa dictio, liberis, latiùs patet. l. liberorum. in prin. ff. de verb. sig. *Latius patere verbū liberi, quā filij.*

De legitima agnatorum tutela. Tit. XV.

1 *Cognatio vnde dicta, & quotuplex.*
2 *Agnati dicuntur, qui nobis per mares coniuncti sunt.*
3 *Cognati in specie vocātur, qui nobis sunt per fœminas iuncti.*
4 *Agnati olim habebant prærogatiuam in successione, hodie proximiores gradu.*
5 *Agnati hodie prærogatiuam in feudis obtinent.*

§. *Sunt autem agnati.*



Ognatio † in genere, propriè dicitur ab eo, quod quasi vnà cōmuniterve nati, vel ab eodem orti progenitíve sint, & est duplex. Cognatio legalis, & cognatio naturalis. Cognatio legalis fit per adoptionem, de qua vide l. non facilè. §. cognati. cum seq. ff. de grad. affi. Cognatio naturalis dicitur, quæ per iura sanguinis cōtrahitur. & est duplex. Agnatio, & cognatio in specie. Agnati † dicūtur, qui nobis per mares cōiuncti sunt, vt patruus: quia iunctus est per masculū, videlicet patrē, cuius frater est: & idē habet illi nomēn gentilitium, & sunt eiusdē familiæ. Est autē de iure ciuili introducta. Effectus 1 *Cognatio quid & quotuplex.* 2 *Agnati.*

 eius

eius eſt,ꝙ in ſucceſsionibus & tutelis præferebātur cognatis,ſicuti etiam hodie in bonis feudalibus fit. Tollitur autē per capitis diminutionem:vt hîc, & §. ſed agnationis.ī.eo.

Cognati.

3 Cognati†verò in ſpecie dicūtur,qui nobis per fœminas iuncti ſunt,vt auunculus:quia per matrem meam mihi iunctus eſt.Item filius amitæ:licet enim amita ſit mea agnata quia ſoror patris mei, filius tamē eius cognatus meus eſt, quia iunctus per fœminam,hoc eſt,matrē ſuam.Et hæc ſpecies tollitur tātùm maxima & media capitis diminutione.

Hodie agnatorum ſublatam eſſe differentiam.

4 Et†licet hęc differentia inter agnatos & cognatos de iure antiquo procedebat, ſcilicet ꝙ agnati in ſucceſsionibus & tutelis habebant prærogatiuā, ita vt penitus excluderent cognatos:hodie tamen per ius Authen.eſt ſublata illa differentia:quia vocātur ad ſucceſsionem & tutelam proximiores gradus,ſiue ſint agnati,ſiue cognati.§.ex his. in Authē. de hære.ab inteſt.veni.col.ix. Prædicta tamen intellige de

Etiam hodie in feudis ſeruari prælationē agnatorū.

5 bonis allodialibus:quia † in feudis agnati etiā hodie habēt prærogatiuam,& cognati penitus excluduntur : vt in vſib. Feud.per totum.Et licet lex deferat tutelam agnatis & cognatis,ſi in teſtamento tutor datus non eſt,non tamē poſſunt adminiſtrare,niſi quædam præcedāt.Primò,quòd decernatur adminiſtratio per iudicē.l.iij.§.fi.ff. de adminiſtr. tuto.Secundò,ꝙ cōficiatur inuentarium.l. tutor qui repertorium.in princ.ff.de adminiſtr.tuto.Tertiò, quòd iuret ſe vtilia facturum,& inutilia prætermiſſurum.Vide Ang. hîc.

VERS. *Quia ex ea naſcuntur.*

Filius amitæ tuæ ſequitur agnationem , & familiam ſui patris,& non matris,quæ tua agnata eſt.

§. *Quod autem lex.*

Inteſtatus quo ad tutelam.

Habes hîc duos caſus,in quibus pater,quo ad tutelam, dicitur inteſtatus decedere.Primus , ſi fecit teſtamentum, nec tamen tutelæ in eo meminit. Secundus , ſi dedit tutorem in teſtamento,& is viuo teſtatore deceſſerit.

§. *Sed agnationis.*

Id eſt,illa prærogatiua,quam habent agnati in ſucceſſionibus & tutelis præ cognatis,tollitur capitis diminutione, hoc eſt,per ſtatus mutationem:vt ſi agnati facti eſſent ſerui,aut deportati.

VERS. *Non omnibus modis.*

Id eſt,nō qualibet capitis diminutione tollitur cognatio

ſed

sed tantùm per maximã & mediam capitis diminutionem, non autem per minimam,sicuti agnatio. Hoc tamen intelligere,non quòd ipsa cognatio,id est, consanguinitas tollatur cùm sit naturalis quædã cõiunctio, quã capitis diminutiones à iure ciuili introductæ,tollere non possunt.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.Effectũ tamẽ cognationis tollũt s. quòd capite diminuti maxima vel media capitis diminutione,cognatis non succedunt:vt hîc in glo.in ver.sed agnationis.

De capitis diminutione. Tit. XVI.

1 *Digressio à disputatione de tutela ad explicationem diminutionis capitis.*
2 *Diminutio capitis est prioris conditionis commutatio.*
3 *Diminutio capitis triplex,maxima,minor,minima.*
4 *Diminuti capite possunt ab Imperatore in integrum restitui.*
5 *Seruus pœnæ hodie dicitur,in quem fertur capitalis sententia.*



Mperator† hic digreditur à proposito.Instituit enim disputationẽ principaliter de tutelis, quã modo relinquit,& obiter interpretatur quid,& quotuplex sit capitis diminutio,cùm in §.fi.præcedentis tit.eius obiter meminerit. † Est autem capitis diminutio,prioris status,siue conditionis commutatio:vt hîc in prin.titu.nostri,& l.j.ff.de capi.dimi. Caput enim sumitur hîc pro statu,& diminutio pro commutatione, secundum gl.hîc in verbo,commutatio. Est†autem capitis diminutio triplex:Maxima,media,siue minor,minima.

1 Qua ratione obiter ad capitis diminutionẽ diuertit Imperator.

2

3 Capitis diminutio.

Maxima est,cũ quis amittit libertatẽ, & ciuitatẽ simul,vt damnati per capitalem sententiã,vel pro seruis venundati.

Media,siue minor,est, cum ciuitas amittitur, & libertas retinetur,vt in iis,qui in insulam deportantur, vel bãniuntur.Effectus istarum duarum diminutionum est ꝙ diminuti habentur pro mortuis ciuiliter: quare etiam ad tutelam, curã,vel successionem suorum agnatorum & cognatorum non vocantur.Et propter hunc effectum Imperator istum titulum titulis inseruit.Vide l.ij.ff.eo.Recipiunt † autẽ pristinum statum hoc modò diminuti,per restitutionem principis.§.sed si ex indulgentia.sup.quib.mod.ius pat.pot.sol in §.quod autem.in verbo,si manumissus.hîc tit.nostro. Minima capitis diminutio est,cum libertas retinetur, status autẽ hominis mutatur,vt fit in emãcipatis & arrogatis. Effectus

Significatio horũ vocabulorum hîc caput, & diminutio.

Ciuitatem id est, ius ciuium Romanorum.

4

Ciuiliter mortuus

dicitur cui omnes ciui les actus sunt prohi biti.

ctus istius diminutionis est, quòd per eam tollitur ius agnationis, id est, prærogatiua in successionibus & tutelis, quam habent agnati. Intellige tamen de tutela agnatorum tantùm. quia testamentaria & datiuam tutelam tollere non possunt. Sed nos suprà diximus, illam prærogatiuam agnatorum hodie non habere locum.

VERS. *Serui pœnæ.*

Quis dignoscatur hodie seruus pœnæ.

Id est, Qui subiiciuntur bestiis, quæ pœna ampliùs non habet locum. Hodie† autem seruus pœnæ dicitur, in quem fertur capitalis sententia, vt diximus suprà in §. pœnæ seruus. quibus mod. ius patr. potest. fol.

Libertatē amitti, scilicet, quando rediguntur in seruitutē.

Aqua & igni. In cuius locum succedit deportatio, vt diximus in §. cùm autē suprà quibus mod. ius pat. potest. fol.

Quod accidit his. Id est, patribus familiâs.

Alieno iuri. Quia passi sunt se arrogari.

Non habuit caput. Quia tēpore seruitutis cēset mortuus.

De legitima patronorum tutela. Tit. XVII.

1 *Tutela patronorum vnde sit introducta.*

2 *Tutela quando mulieribus conceditur.*

Ratiocinatio ex mente legis.



Via suprà visum est de legitima agnatorum tutela, & adhuc alia est, quæ appellatur legitima, scilicet tutela patronorum, eam quoq; hîc subiungit Imperator.

1 *Introducta est.* Hæc† tutela nō est expressa in l. xij. tabu. sed colligitur ex mente illius legis: cùm enim patroni succedunt libertis, meritò sunt etiam tutores.

VERS. *Quia plerunque.*


Ex illa regula fiunt omnes tutelæ legitimæ.

Plerunque.

Quæ mulieres esse tutrices possint.

2 Dicit textus, plerunque, propter fœminas: nam & ipsæ succedunt. Tutrices† tamen esse non possunt, exceptis matre, auia, & proauia, quæ hodie legitimis & datiuis tutoribus præferuntur, nōn autem testamentariis, modò renuntient secundis nuptiis, senatusconsulto Velleia. & aliis beneficiis à lege fœminis concessis. Authen. matri & auiæ. C. quando muli. tut. offic. fung. poss. Vide Barto. in l. si quis. sub conditione. ff. de testam. tut.

De legitima parentum tutela. Tit. XVIII.



Vprà dictũ est de legitima patronorũ tutela, iam subiicit de legitima parentum tutela.

Recepta est alia tutela. Sicuti dominus, qui manumittit seruum impuberẽ, patronus fit, & tutor liberti impuberis: ita quoque pater, qui emancipat filium impuberem, retinet ius tutelæ in eo.

De fiduciaria tutela. Tit. XIX.

1 *Occupatio obiectionis, quæ Imperatori poterat obiici de fiduciaria tutela.*

2 *Filius emancipatus & libertinus in quo differant.*



Mperator † hîc occurrit tacitæ obiectioni: vi 1 debatur enim quòd illa fiduciaria tutela quo que dicenda sit legitima, ad similitudinẽ tutelæ patronorũ: sicuti enim mortuis patronis liberi eorum consequebantur legitimam tutelam in libertis, ita quoque videbatur defuncto parente filij emãcipati tutelam pertinere ad filios defuncti, & sic fratris emancipati. Imperator autẽ tantùm ponit antecedẽs, omissa consequentia, sic enim argumentantur: Liberi patroni eo mortuo fiunt legitimi tutores libertorũ impuberum: ergo eadem ratione filij mortuo patre emancipante, fiunt legitimi tutores filij, hoc est, fratris emancipati. Sed illa consequentia est falsa: quia Imperator decidit hîc contrarium, videlicet ꝙ propterea non sit vocanda legitima tutela, cùm magna sit diuersitas inter filios patroni erga libertos, & fratris inter fratrem emancipatum. Quia † si filius emanci- 2 patus impubes à patre emancipatus non fuisset, post eius mortẽ effectus esset sui iuris, nec cecidisset in potestatem fratrum suorum. Libertus autem si manumissus non fuisset, mansisset in potestate liberorum patroni, patrono scilicet mortuo: quod non est in filio emancipato. Hæc tamen tutela quoque est legitima, ex alia ratione suprà tradita.

Occupatio.


A malè cohærentibus enim ridiculũ est ratiocinari l. Papinianus exul. de minorib.

De Attiliano Tutore. Tit. XX.

1 *Prætor propriè qui fuerit, vnde dictus.*

2 *Præsidis nomen generale est.*

Supra


Vprà visum est de testamentaria tutela, & de legitima, videlicet, quia cessante, testamentaria & legitima, opus est prouidere de datiua: ideo subdit de Attiliano tutore.

De Attiliano tutore, id est, de datiua tutela.]

VERS. *A prætore Vrbano.*

1 Prætor † propriè dicebatur vrbanus iudex, quia in vrbe ius dicebat: à præeundo dictus, quasi præitor. Eius officium Romæ tantùm erat: nam in prouinciis erãt Præsides. Alioqui † præsidis nomen generale est, eò quòd Proconsules,
2 Legati Cæsaris, & quilibet prouincias regentes, licet Senatores fuerint, præsides appellabantur. l. j. ff. de offic. præsid.

Prætor qui & vnde dictus.

Præsidis nomen generale.

De authoritate tutorum. Tit. XXI.

1 *Quare tutores pupillis sint dandi.*
2 *Pupillus in commodum suum sine tutoris authoritate contrahere potest, in damnum verò suum non.*
3 *Tutor datur personæ, curator verò rei.*


1 Abes † hîc effectum tutelæ, nẽpe pupillũ regulariter nihil posse agere, nisi tutoris authoritas accedat. In hoc tamen
2 breuibus ita distingue, Aut † agit vt pupillus cõtrahendo alium sibi obliget in commodũ suũ, vt si ab aliquo centũ aureos ex causa donationis stipuletur: & valet contractus sine tutoris authoritate. Aut agitur vt ipse obligetur alij: & nõ potest sine tutoris authoritate. l. contra iuris ciuilis. in prin. ff. de pact. Et hæc summa huius tituli.

Vis tutelæ.

Pupillus quãdo sine tutoris authoritate quid agat, & quãdo non.

VERS. *Ne vllum damnum habeant.*

Quia hæres adeundo hæreditatẽ, quasi cõtrahit cum legatariis, & creditoribus defuncti. l. apud. §. fin. cum l. seq. ff. quib. ex cau. in poss. eatur. Quare si hæreditas, quam pupillus adiret, esset grauata legatis, & ære alieno, damnum haberet: quia legatariis & creditoribus teneretur satisfacere.

VERS. *Sed curator.* Ratio autem quare hîc adiicitur
3 curator, & non tutor, est, quia † si tutor detur, respiceret datio principaliter personam pupilli, & sic prioris tutoris authoritas, etiam lite finita extincta esset: quod fieri non debet, cum lis non sit modus tollendæ tutelæ. Curator non personæ pupilli, sed liti datur: lite ergo finita, cessat quoque curat

Tutoris & curatoris officium.

curator: cùm cessante causa, cesset effectus. Ergo administratio prioris tutoris agentis cum pupillo, quo ad personam eius, & cætera negotia, nihilominus manet firma.

Quib. modis tutela finiatur. Tit. XXII.

1 *Quare hic titulus ab Imperatore sit appositus.*



Ic † titulus potissimũ posit⁹ est ꝓpter actionẽ tutelæ. Diximus enim suprà tutores, tutela durãte, de ratione administrationis iudicia liter cõueniri non posse, sed tũ demũ postquã tutela fuerit finita. Refert ergo scire, quot sint modi, per quos finiatur, quos hîc ordine in tex. audiemus. 1 *Actio tutelæ contra tutores quãdo intentetur.*

§. *Item finitur tutela, si arrogati, &c.*

Hodie legitima tutela non perit per minimam capitis diminutionem tutoris, cùm ea tãtùm tollat agnationem, non autem cognationem. Cognati autem hodie quoque sunt legitimi tutores, sicuti agnati. Ergo &c.

De curatoribus. Tit. XXIII.

1 *Curæ definitio, eiusq; definitionis explicatio.*
2 *Differentia inter tutorem & curatorem.*
3 *Curatores sunt duplices, legitimi, & datiui.*
4 *Curatores à quibus dentur.*
5 *Cura quando, & quibus modis finiatur.*
6 *Officium curatoris quod sit.*
7 *Prodigus quis dicatur.*



Xplicatũ est suprà inter cætera, tutelã pubertate finiri. Cũ autẽ puberes vsq; ad annũ xxv. nondũ cẽseãtur habiles, & idonei ad negotia sua gerẽda, dãtur eis postea curatores. Est † itaq; cura, potestas in capite libero, ad tuẽdũ, siue gerẽdum illius negotia, qui propter ætatẽ ea gerere nõ potest. Dico, ad tuendũ negotia: quia curator datur principaliter rebus siue negotiis, secũdariò verò personæ. Tutor verò datur principaliter personæ, & secũdariò rebus pupilli. Et hîc † nota differẽtiã inter tutorẽ & curatorẽ. Primò ꝙ tutor datur impuberi & pupillo, curator verò puberi & adulto. Secũdò, ꝙ tutor, vt diximus, dat͛ principaliter personæ, & secũdario rebus pupilli, curator verò datur principaliter rebus, & secũdario, personæ pupilli. Tertiò, tutor 1 *Cura.* *Discrimen tutoris & curatoris.* 2

tor potest dari in testamentis,curator verò nōn regulariter. Quartò,tutor datur inuito,curator verò nō,nisi ad litem.§.
3 itē.hic tit.nostro.Sunt † autē Curatores duplices,legitimi,& datiui.Legitimi,sunt proximi agnati,siue cognati, quos dat lex furiosis & prodigis,etiam maioribus xxv.annis,licet Iudices hodie dent ex inquisitione.hic tit.nostro §.furiosi.

Curatores duplices.

Datiui sunt,qui dantur à iudice impuberibus,& minoribus xxv.annis,& maioribus scilicet mente captis,surdis, mutis,& qui perpetuo morbo laborant: quia rebus suis, & negotiis præesse non possunt.l.si furioso.ff.de curat.furio.In testamento autem de iure dari non possunt.de facto tamen dari,valet datio,si iudex confirmauerit.

4 CAVSA efficiens curæ est lex,& iudex.Illi † ipsi autem Iudices dant Curatores,qui tutores dare possunt, nēpe qui habent mistum imperium.§.dantur.hic tit.nostro.Causa finalis est,gerere illius negotia,qui propter ætatē gerere non potest,vt hic in princ.Effectus quære suprà,de tutelis. Fini-
5 tur † autem cura illis ipsis modis,quibus tutela,nisi quòd cura anno xxv.tutela vero XIIII. cessat.Idem si datus est curator ad negotia certa,siue ad litem certam,finitur cura negotio
6 siue lite finita.Officium † curatoris est,agnoscere legata,fideicommissa,hæreditatem,& alia bona adulti,furiosi,siue prodigi,inuentario tamen super his facto. Item non solum patrimonium,sed corpus & vitam eius tueri debet, maximè si est furiosus.l.consilio.ff.de cura.furio.

Cuius iurisdictionis sit dare curatores.

Quando expiret cura.

Munus, seu officiū curatoris.

§. *furiosi quoque.*

Furiosus,& prodigus æquiparātur,quo ad curam: vtriq; enim,etiā cùm maior est factus,curator datur.Est † autem
7 prodigus,qui neque tempus,neq; finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando & dissipando profundit, &c.Possunt autē curatores dari prodigis,siue furiosis. Primò filius patri,si probus est.l.j.in fin.ff.de cura furio. Secundò, filius matri.l.furiosæ.ff.de curat.furio.Deinde agnati & cognati, &c.finitur autem illa cura,si furiosus cœperit esse sanæ mētis,& prodigus frugalis.l.j.ver.tandiu.ff.de.cur.furi.


Prodigus.

De satisdatione tutorum vel curatorum. Tit. XXIIII.

1 *Satisdatio hic quid significet.*
2 *Satisdatio fit & fideiussoribus,& pignoribus.*

3 *Sati*

3 *Satisdatio ad quid pupillis, vel maioribus conducat.*
4 *Qui teneantur pupillis, siue maioribus, pro rebus suis malè administratis.*
5 *Qui ex magistratu possint à pupillis côueniri actione subsidiaria.*
6 *Actio subsidiaria quæ dicatur.*



Atisdatio,† de qua hîc loquimur, est species prætoriæ stipulationis, qua stipulat᷑ pupill⁹, si fari potest, à tutore, siue adult⁹ à curatore, corã magistratu, vt ꝓmittat, & caueat, res ei⁹ saluas fore. Dico, si fari potest: quia si pupill⁹ est infans, stipulat᷑ ei⁹ nomine seruus ꝓprius, si verò seruũ nõ habuerit, emitur aliquis. Quod si & hoc fieri nõ potest, cõstituit prætor seruũ publicũ, qui eius nomine à tutoribus stipuletur, l. si pupillus cũ l. seq. ff. rẽ pupil. sal. fo. Et† fit duobus mod. fideiuss. & pign. §. quib. §. quod si. hîc tit. nostro. 1 2

Satisdatio est species prætoriæ stipulationis.

Causa† finalis est, ne pupillorũ, siue adultorũ bona à tutoribus, siue curatoribus diminuãtur, vt hîc in princi. Effectus est, ꝙ ex illa satisdatione quæsita est vtilis actio pupillo, finita tutela, & adulto finita cura, quàm primùm constiterit ꝙ curator dolo malo quid egerit. l. non quasi. §. hanc stipulationem. cum glo. in verb. aliud. ff. rem pupil. sal. fore. 3

Quid fructus pupillis satisdatio generat.

VERS. *Quem maior pars elegerit, &c.*

Ratio autem quòd vnus ex tutoribus & curatoribus gerat administrationẽ solus, hæc est: quia plerumque negligẽtiùs expeditur, quod pluribus, quàm quod vni committitur, l. si plures. §. quamuis eum. §. si. ff. de admini. tut.

§. *Sciendum autem est.*

Imperator in hoc §. obiter perstringit, ꝗ personæ sint pupillis, & adultis obligatę ex administratione rerũ suarum, si nõ fuerit satisdatũ, vel satisdatũ, non tñ idoneè. Circa quod tu ita distingue, Si † plures sunt dati tutores simul, qui nihil gesserunt, côueniũtur illi primùm, quorũ bona excutiũtur: & si inde pupillo põt satisfieri, fideiussores nõ conueniũtur: sin minus, côueniũtur fideiussores quoq;, cũ excussione bonorũ. Si & inde pupillo nõ põt satisfieri, agitur cõtra Magistratũ in subsidiũ. l. aduersus. cũ l. seq. C. de magistrat. conueni. Si verò dati sunt plures tutores, & administratio tutelæ diuisa est, ita ꝙ vni ex eis tantũ cum satisdatione imponeretur: si hoc casu is nihil gessit, côuenitur primùm ipse gerens, 4

Personæ quæ ex administratione sunt pupillis obligatæ vt compelli actione possint.

& excutiũtur eius bona. Secũdò cæteri cõtutores, fideiussores, & Magistratus in subsidiũ. In Magistratibus autẽ sic distingue: Sunt † quidam, qui tãtum dant tutores, nec exigunt
5 *Magistra tus, qui sub sidiaria a- ctione à pu pillis conue niri possũt.* satisdationẽ, rem pupilli saluã fore, vt prætor, præfectus vrbis, &c. & illi non conueniũtur in subsidiũ. §. neq;. hîc tit. nostro. Secundò, quidam Magistratus possunt tutores dare, & exigere satisdationẽ simul: quales sunt Magistratus municipales, & defensores ciuitatum: illi admoniti à cognatis, vt darent tutores, si non dederint, vel dederint quidẽ, sed sine satisdatione, vel cũ satisdatione, nõ tamẽ idonea, conueniũtur in subsidiũ, si minoris conditio inde facta est deterior. l. Æmilius. ff. de admi. tut. §. nos autem. suprà de Atti. tut. Tertiò sunt qui exigunt tantùm satisdationem, nec possunt tutores dare. Et hi quoq; conueniũtur, si satidationẽ nõ exegerunt, vel exegerunt, sed non sufficienter: quales sunt tabelliones, notarij, & similes, l. j. §. si Magistratus. ff. de magistra. conue. glo. in §. nos autem. in verb. eorum. suprà de Attil. tut.

§. *Subsidiaria autem.*

6 *Actio subsidiaria* Subsidiaria † actio dicitur, quãdo agitur contra Magistratum, excussis tutoribus, eorum collegis, & fideiussoribus.

De excusatione tutorum, vel curatorum. Tit. XXV.

1 *Excusatio quæ dicatur.*
2 *Fiscus qui sit, & quæ pecunia in eum soleat reponi.*
3 *Numerus Grammaticorum, Medicorum, & Rhetorum à tutela exemptorum, cuique ciuitati pro magnitudine præscriptus.*
4 *Philosophi & Theologi omnes à tutela & cura sunt exempti. secus in iurisperitis, nisi sint à consilijs principum.*
5 *Computatio dierum, inter quos excusari licet.*

Scopus tituli. 
Via suprà de tutoribus & cur. constituendis, déq; illorũ officio, & actionibus, dictũ est, & sæpe tutores, vel curatores excusationes, qui bus se à tutelis & curis liberãt, obiiciũt, Imperator hîc modos ad excusationẽ sufficientes
1 *Excusatio* enumerat. Est † autem excusatio, alicuius iustæ causæ allegatio, ob quã quis nõ debeat cogi ad tutelam, vel curam. Et sumitur ex multis rationibus, quæ hîc in textu audiemus.

§. *Item diuus.*

Fiscus. 2 Fiscus † est Thesaurus principis, siue publicum ærarium, quo

quo reponitur pecunia pœnalis, propter aliquod maleficiū, vel ſimile quiddā præſtita, vel debita. Bona enim depoſitatorū, hæreticorū, contrahentiū inceſtas nuptias, itē hæreditas eorū, qui mortē defuncti non vindicāt iure, aut qui ſibiipſis metu alicuius atrociſſimi delicti mortē conſciuerūt, deferūtur ad fiſcū.l.j.ff.de iure fiſci. Et qui illā pecuniā exigit, procurator fiſci dicitur: qui excuſatur ab onere Tutelæ, &c. *Procurator fiſci.*

VERS. *Nec anni.*

Nā alioqui ſi quis āberat Reip.cauſa, poſt reditū habebat vacationē anni, intra quē non poterat vocari ad tutelā. Hoc intellige de noua tutela ſuſcipienda, non autem de ſuſcepta.

§. *Item Romæ.*

Licet excuſentur Grammatici, Medici, & Rhetores, artes in ſua patria exercentes, non tamen omnes excuſantur, ſed adhibetur certus numerus pro magnitudine ciuitatum, in quibus degūt. In minoribus† enim ciuitatibus quinq; Medici, tres Rhetores, ſiue Sophiſtæ, & totidē Grāmatici. In maioribus ſeptē Medici, quatuor Rhetores, & totidē Grammatici. In maximis autē ciuitatibus, decē Medici, quinq; Rhetores, & totidem Grāmatici à tutelis & curis excuſantur, & vltra illorum numerū non admittitur excuſatio.l.ſi duas.§. Grāmatici.ff.eo. Philoſophi† quoque, qui ſuam artē profitē tur, excuſantur quotquot fuerint. Non enim certus numerus præfigitur, cùm pauci ſint, qui philoſophentur.l.ſed & reprobari.ff.eo. De Theologis non eſt dubium, quin ſint excuſati: quia de iure ciuili & canónico, ab omnibus oneribus & officiis ciuilibus ſunt exēpti, vt habetur in multis locis. C. de Epiſcop.& cle.iuxta illud, Nemo militans Deo, implicet ſe negotiis ſecularibus. Iuris autem profeſſores non excuſantur à tutelis, niſi Romæ legerint.d.l.ſed & reprobari.§. fi.vel niſi à conſiliis principum fuerint.l. Iuriſperitos.ff.eo. Nec etiam excuſantur Mathematici, qui docent Muſicam, Arithmeticam, Geometriam, & Aſtronomiam.l.Geometrę.ff.eod. Vide glo.hîc in verb.Grammatici.

Grammatici, Medici, Rhetores, quot in ſingulis ciuitatibus excuſentur. 3

4 *Philoſophi.*

Theologi.

Profeſſores iuris.

Mathematici.

VERS. *Non appellant. &c.*

Scilicet à datione, cùm ſe excuſare poſſint. Si tamen excuſatione propoſita ſentētia feratur, in qua grauaretur, poſſet appellare.l.cùm in vna.§.tutos.ff.de appel.

§. *Qui autem excuſare ſe volunt.*

Hîc §.continet tēpus intra quod admittitur excuſatio, ſi

Tempus quo producenda est excusatio se excusare volenti.

1 qua potest produci. Tu † autem ita intellige illam computationẽ, quòd primò tutores vel curatores dati, si habitant in vrbe, siue intra centesimũ miliare ab vrbe, habeãt quinquaginta dies ad excusationẽ, si verò vltra cẽtum miliaria habitauerint, pro qualibet dieta xx. miliaria, & vltra illas dietas xxx. dies ad excusationẽ haberẽt, postquam cognouerint se tutores datos. Ex hoc tamẽ videtur sequi, illoru, qui lõgiùs absunt, conditionẽ esse deteriorem, quàm eorũ, qui habitãt in vrbe, aut prope vrbẽ: veluti si quis esset ducẽtis miliariis ab vrbe, haberet pro qualibet dieta xx. miliaria, & sic decẽ dies, intra quos possit proficisci Romã, & vltra illos decem dies adhuc xxx. quibus simul computatis, extarent xl. dies, cùm in vrbe, aut prope vrbẽ habitantes quinquaginta dies cõtinuos habeãt quod tamen esset iniquũ. Ideo dicit. l. scire oportet. §. illud. ff. eo. illã computationẽ de xxx. diebus esse intelligendam, si tutores habitauerint quadringẽtis & quadraginta miliariis ab vrbe. Ibi enim haberẽt xx. miliaria ꝑ dieta, & sic xxii. dies ad profectionẽ itineris, & vltra illos xxii. dies, alios xxx. sicuti hic tex. dicit, & computarẽtur lii. dies cõtinui. Quare vides illã cõputationem de xxx. diebus ad eos, qui intra quadringẽta & quadraginta miliaria habitãt, non pertinere: cùm ipsi quoq; habeãt 50. dies ad excusationẽ, sicuti mẽs §. nostri. in fi. vult. dum dicit: Ne minus sint quã quinquaginta dies. Licet verba aliud videantur sonare.

De suspectis Tutoribus & Curatoribus. Tit. XXVI.

1 *Tutor suspectus qui, & quando habeatur.*
2 *Suspicio in tutorem vnde possit colligi.*
3 *Tutor suspectus per quos, & apud quos accusari possit.*

Suspectus tutor & curator.

1 SÆpe contingit, quòd tutores & curatores in administrationibus habentur pro suspectis: ideo Imperator illam suspicionẽ hîc tractat. Est † autẽ suspectus tutor, siue curator, qui non administrat bona fide, sed dolo, & fraudulẽter. Differũt tamẽ hîc tutor & curator: quia tutor à pupillo, tutela
2 durante, & nondum finita, tanquam suspectus accusari non potest. Curator verò potest, etiã durãte cura. Et † colligitur illa suspicio contra tutorẽ & curatorẽ potissimum, ex dolo,
3 mendacio, ac denegatione alimẽtorum, vt hîc. Hæc † autem accusatio est publica, ideò quilibet accusare potest tutorem

Hæc accusatio est publica.

susp

ſuſpectum,etiã mulieres pupillo, tamen aliqua ratione vel ſanguinis,vel familiaritatis iunctæ.§.conſeque͂s.hîc tit.noſtro.modò probe͂t dolũ.Et fit accuſatio corã illis ipſis magiſtratibus,qui tutores dare poſſunt.§.datũ.hîc titu.noſtro.

Cauſa finalis eſt,vt tutor remoueatur.

Effectus ſunt,Primò quòd lite conteſtata,interdicitur ſuſpecto adminiſtratio.§.ſi quis autem ſuſpectus.hîc titu.noſtro. Secundò,quòd cõuictus de dolo,remouetur tanquam ſuſpectus,etiam ſi paratus ſit ſatiſdare, rem pupilli ſaluam fore,& fit infamis.§.nouiſsimè.hîc tit.noſtro. *Huius accuſationis vis.*

VERS. *Dummodo meminerimus famæ eius parcendum.*

Quia libertus in libello non debet exprimere dolum patroni,propter reuerentiã,quã debet patrono,ſed tãtum generaliter accuſare ꝙ malè & negligẽter res ſuas adminiſtrauerit. Et hoc caſu non fieret infamis,cùm propter dolũ nõ condemnetur per ſententiã, ex quo in libello de dolo non ſit facta mentio.Vide Bar.in l.hæ enim.in fi.princ.ff.eod. *Diſsimulatio doli in libello efficit ne quis per eã ſententiam infamis efficiatur.*

VERS. *Quinimo & mulieres.*

In hac accuſatione eſt ſpeciale in fauorẽ pupillorum, & adultorũ,ꝙ mulieres admittũtur.Alioquin enim huiuſmodi,& ſimilia virilia officia per edictũ Prætoris ei interdicta ſunt ne contra pudicitiã ſexui congruẽtem, alienis cauſis ſe immiſceant. Huic autem edicto Calphurnia improbiſſima mulier quæ inuerecũdè poſtulabat,& magiſtratum inquietabat,cauſam dedit.l.j.§.ij.loco,cum §.ſeq.ff.de poſtulando. *Calphurnia.*

IN LIBRVM SECVNdum Inſtitutionum.

De rerum diuiſione, & acquirendo ipſarum dominio. Tit. I.

1 *Argumentum ſecundi libri Inſtitutionum.*
2 *Nomen,res,quid hîc ſignificet,& quotuplex.& nu.3.*
4 *Dominij definitio,definitioniſque expoſitio.*
5 *Dominium eſt duplex,directum & vtile.*
6 *Dominij cognata ſunt,quaſi dominium,& ius in re.*
7 *Quibus modis acquiratur dominium.*
8 *Dominium quot,& quibus modis admittatur.*
9 *Diuiſio huius tituli in duas partes.*

10 *Res, de quibus hic tractatur, quomodo diuidantur.*
11 *Quare, & quomodo res dicantur communes.*
12 *Fluminum, in publica, & priuata, diuisio.*
13 *Portus, & ripæ definitio.*
14 *Litus, & ripa quid differant.*
15 *Differentia inter res communes, publicas & vniuersitatis.*
16 *Res sacræ quæ sint, & quod sint duplices.*
17 *Quæ requirantur in alienatione rerum sacrarum.*
18 *Sanctum quid vocetur, & vnde dictum.*
19 *Quibus modis consequamur rerum dominium.*
20 *Primus modus acquirendi res priuatas de iure naturali, est occupatio, cuius hic numerantur quinque species.*
21 *Tria sunt animalium genera.*
22 *Secundus modus acquirendi dominia rerum est Accessio, quæ fit duobus modis.*
23 *Alluuio propriè quæ dicatur.*
24 *Insula quid sit, & quotuplex.*
25 *Specificatio est, quando quis ex aliena materia bona fide speciem conficit.*
26 *Vtrum specificans retineat speciem, an dominus materiæ.*
27 *Sempronius emens bona fide frumentum furtiuum, suo immiscuit, & ex illo coxit panes, quid sit iuris.*
28 *Dominus rei surreptæ quatuor habet actiones.*
29 *Si quis ædificat in suo solo ex aliena materia, aut in solo alieno ex sua materia, quid iuris, & nu.30*
31 *An & quando quis teneatur de fructibus perceptis ex alieno fundo bona fide possesso.*
32 *Vsusfructuarius quid differat à bonæ fidei possessore in percipiendis fructibus.*
33 *Colonus qui sit, & in quibus differat ab vsufructuario.*
34 *Thesauri diffinitio, definitionisq; expositio.*
35 *Quando thesaurus inuentus fiat inuentoris, quando verò non.*
36 *Traditio quæ sit, & quotuplex.*
37 *Quæ requirantur ad veram traditionem.*

Scopus libri. 1 *Rei nomen valde generale.* 2 *Quotuplices res.* 3



IN hoc libro tractat secũdũ membrũ diuisionis. s. traditę, de rebus. §. Est autẽ res, generalissimũ nomẽ, cuius appellatione, nõ tantùm ipsæ res, sed etiã causę, & fruct⁹ rei, itẽ iura, & seruitutes ipsi rei debitæ veniũt. l rei appellatione. cum gl. ff. de verb. signifi. Sunt autem triplices res.

Quæd

Quædam ſunt in pãtrimonio noſtro,quæ ſcilicet dominio noſtro ſubiici poſſunt,vt res corporales,de quib. infrà tractatur in §.ſingulorum.vſque ad fin. tit.noſtri.

Quædam verò ſunt extra patrimonium noſtrũ, quæ noſtro dominio ſubiici non poſſunt:vt res communes, & nullius,quales ſunt ſacræ,ſanctæ, & religioſæ:de quibus tractatur à principio tituli,vſque ad §.ſingulorum.

Quædam verò ſunt nec in,nec extra patrimonium noſtrum,quales ſunt ſeruitutes vrbanorum & ruſticorũ prædiorũ,vt iter,actus, via, aquæductus, vſusfructus, quæ per ſe non poſſunt eſſe,cum hæreant in alia aliqua re, vt colligitur ex l.j.ff.de vſufru.leg.& l.rectè dicimus.in princ.ff.de verb.ſig.Et de iis tractabitur vſque ad tit.de vſucap.excluſiue.Quia autem quædam res dominio noſtro ſubiiciuntur,de dominio præmittemus.

Eſt† itaque dominium, ius perfectè diſponendi de re 4
corporali,ſi rei copiã habeas:ſin minùs,vendicãdi, niſi vel lege,vel cõuentione prohibearis. Genus illius definitionis eſt ius,reliqua omnia poſita ſunt ad differentiã aliarũ ſpecierum iuris:vt adoptionis,patriæ poteſtatis, poſſeſsionis, vſucapionis,præſcriptionis,obligationis, actionis, &c. Dico autẽ,perfectè diſponẽdi,ad differentiã poſſeſsionis, quæ eſt ius inſiſtendi.Item ad differentiam aliarũ ſpecierum iuris:poſſeſſor enim non poteſt perfectè diſponere. Dico,de rebus corporalibus,quia rerũ incorporalium, vt ſeruitutũ, & ſimilium,propriè nullum eſt ius.d.l. rectè dicimus.ff.de verb.ſig.Ideo is,cui ſeruitutes debentur, nõ dicitur habere earum dominiũ,ſed ius in re aliena.Dico, ſi rei copiam habeas,quia dominus rerũ ſuarũ copiã habẽs, dicitur moderator,& arbiter rerũ ſuarũ.Ideo intellige, ſi rei copiã habes,hoc eſt,ſi rerũ tuarũ adminiſtratio ſine cõtrouerſia ad te pertinet.Dico,ſin minùs,vendicandi:quia is, qui res ſuas nõ poſsidet,vt puta per aliũ ſpoliatus, vtiq; de eis perfectè diſponere non poteſt:poterit tamẽ eas à poſſeſſore quolibet vẽdicare.Dico,niſi lege prohibearis, quia pleræq; perſonæ, licet dominium rei habeant,tamen non poſſunt pro libito tractare.Exemplum : Maritus eſt dominus dotis, & tamen eam alienare non poteſt, quia lex prohibet.§.nam dotale.infrà,quibus aliena.licet,vel nõ.Item pupilli,furioſi,prodigi quoq; ſunt domini rerum ſuarum, & tamen non

De diffinitione hac omnes noſtri ad tedium vſq; in princ. tit. de acquirẽ. rer. domi.ff. et de acquiren. poſſ. nonnulli.

possunt de eis disponere, lege ꝓhibēte. §. vnde his. suprà de author. tutor. l. is, cui bonis. ff. de verb. oblig. dico, nisi conuentione prohibearis: quia si venditor pactum in cōtractu apposuit, de re non vendenda, efficit illud pactū adiectū, ꝙ emptor, vtcunq; dominus rei factus, rē alienare nō possit. Vide doct. in §. duo fratres. l. qui Romæ. ff. de verbo. oblig. Idē dic de debitore, qui creditori suo rē aliquā pro debito obligauit: quia is, vtcunq; sit dominus rei obligatæ, nō tamē potest de ea disponere, quia cōuentio obstat. Est† autē

5 dominiū duplex: directū, & vtile. Directū dicitur, quod est sine fructu, cū spe tamē consolidationis: quale est: quod habet dominus feudi, siue emphiteusis. Vtile dicitur quod habet vasallus, siue emphyteuta. Plenū autem is habere dicitur, qui habet vtrūq; vt est in omnibus bonis allodialibus, & hæreditariis. Cognata† dominij sunt, quasi dominiū, & ius in re. Quasi dominiū habet is, qui rem aliquā ab eo, qui nō erat dominus, quem tamē putauit esse dominū, ex iusta causa, vt emptionis, vel donationis, & bona fide acceperit, id est, nesciens rē alienā esse. Dicitur autē ideo quasi dominium, quia is, qui nō dominus, dominiū quod nō habet, in alium transferre non potest, iuxta regulā. Nemo. ff. de reg. iur. Effectus quasi dominij est, quòd mediante præscriptione & vsucapione, quæ facit quem verum dominum, & interim si quasi dominus rem amiserit, habet actionem Publicianam, ad repetendam rem amissam, de quibus infrà.

Dominiū directum, & vtile. Plenū dominium.

6

Quasi dominiū, & ius in re, sunt cognata dominij. Quasi dominium quid profit.

Ius in re habet creditor in pignore: licet enim dominus pignoris videatur creditor, tamē nō est dominus, sed tantum habet ius pignoris. l. pignus. C. de pig. act. Idem dic de

7 seruitutibus. Causæ† dominij sunt duplices. Aut enim de iure gentiū, acquirimus, aut de iure ciuili. Causæ iuris gentiū sunt occupatio, captiuitas, procreatio, &c. de quibus hîc in tex. Causæ verò iuris ciuilis subdiuidūtur. Aut enim acquirimus per vniuersitatem, vt aditione hęreditatis, agnitione bonorum possessionis, & hæreditatis. Aut acquirimus sigillatim, vt vsucapione, præscriptione, legato, fideicommisso singulari, de quibus suo loco. Effectus dominij sunt, ꝙ dominus potest disponere de re sua pro libito, si habet, & nō prohibetur lege vel conuentione: cum quilibet in re sua sit moderator, & arbiter. l. in re mādata. C. mandati. Secundò, si nō habet rei copiam, potest vēdicare, à quocunq; posses-

Ex quibus causis rerum dominia acquiramus.

fore

ſore poſſeſſa fuerit.§.nãq; agit.ver.cum eo.infrà. de actio.

Tollitur† autẽ dominiũ, Primò, ſi res noſtras tradimus 8
alteri animo alienandi. Secũdò, ſi quis bona fide id, qđ noſtrũ eſt, poſſederit, vel vſuceperit.l.traditionibus.C. de pac. *Extinctio dominij.*
Tertiò, ſi res noſtræ factæ ſunt publicæ, ſacræ, ſanctæ, vel religioſæ, vt colligitur ex §.item contrà.infrà.de inuti.ſtip.

ENARRATIO *Textus.*

Hunc titulũ† poteris docẽdi cauſa diuidere in duas partes principales. In prima habes diuiſiones rerũ, quæ ſunt quintuplices. Cõmunes, publicæ, vniuerſitatis, nullius, & ſingulorũ. In ſecũda, in §.ſingulorũ habes cauſas, qb⁹ res de iure gẽtiũ fiũt noſtræ. Tu res† ita diuide breuibus, quòd ſunt duplices, Corporales, & incorporales. Corporales ſunt, quæ ſui natura tãgi poſſunt, vt fundus, homo, &c. de qb⁹ loquitᷣ totus iſte titul⁹. Et ſubdiuidũtur: Quædã enĩ ſunt diuini iuris, quædã humani. Diuini iuris ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſę quæ nullius dominio ſubiiciuntur. Res humani iuris ſubdiuidũtur in cõmunes, publicas & priuatas, de qb⁹ ſuo loco. Incorporales ſunt, quæ tãgi nõ poſſunt, qualia ſunt, quæ in iure cõſiſtũt, vt ſeruitutes, &c. de quibus infrà tit. proximo. 9 10 *Summa diuiſio rerũ.*

§. *Et quidem naturali iure communia.*

Dicuntur† cõmunia, eò quòd non tantùm hominibus, ſed omnibus animantibus ſunt vſui: ita tamen cõmunia ſunt, quo ad ipſum continens. Cõtentũ enim à continente ſeparatum deſinit eſſe cõmune, ſed fit priuati iuris, & cedit occupanti. Exemplum: Mare eſt continens aquæ, piſciũ, gemmarum, &c. Si quis ergo hauſerit aquã ex mari, aut piſces ceperit, ſiue gemmas inuenerit, illæ ſtatim fiunt occupãtis poſt ſeparationem à continenti. Idem dic de aëre. Et hîc vides vſum iſtarum rerum omnibus æquè patere. Ipſæ autẽ res communes permanent iure naturali, nec poſſunt alicuius dominio ſubiici, niſi longiſſima præſcriptione in mari, & litore maris id fiat. Sicuti videmus in Venetis qui partẽ maris occupauerunt, & iuriſdictionem in eo cõſecuti ſunt. Vide Bart. in l.iniuriarum.§.ſi quis.ff.de iniuriis. 11 *Cõmunionis hoc loco ſignificatio.*

VERS. *Et ædificiis ſe abſtineant.*

Aedificia enim in litore maris ſtructa, ædificãtium ſunt, & non communia, modò decreto iudicis extructa ſint, & publicis vſibus nõ obſint, alioqui manu prohiberi poteſt, ne fiant.l.quamuis.ff.de aquir.rerum domi.

VERS. *Quia non sunt iuris gentium.*

Ius gentium hic sumitur pro iure naturali, sicuti etiam ius naturale sumitur pro iure gentium, vt §. sed naturalia. de iure natu.gentium,& ciuili.

§. *Flumina.*

Dua fluminum species.

12 Flumina sunt†duplicia:publica,& priuata,Priuata, quæ interdũ aquis deficiunt,& quorũ ꝓprietas à singulis acqui ri potest.Publica verò dicunt,quæ perẽnia sunt, vt Rhen', Albis,Mogonus,Danubius, &c.l.j.ff. de flumin. Et de illis loquitur textus noster.Quilibet enim in eis piscari potest, nec ab aliquo prohiberi.l.fi.in prin.ff. de vsucap. Nisi quis fortè cõtinue in quasi possessione istius iuris fuerit,ꝙ solus pluribus annis in publico flumine piscatus sit,tũc potẽ alios prohibere.l.si quisquã.ff.de diuer.& temp.præscr. Molẽdina tamẽ sine principis,siue magistratus authoritate, in publico flumine fieri nõ possunt,neq;etiã aqua abduci põt, ne nauigationi officiat.l.quò minùs.& ibi Bar. ff. de flumi.

Molendina in publico flumine an fieri possint.

Et portus.

13 Portus,†est cõclusus locus,quo important& exportant merces.l.portus.ff.de ver.sig.Ripa verò est id,qđ fluminis alueũ cõtinet,naturalẽ cursus sui rigorẽ tenẽs.l.j. ff. de flu.

Portus.

§. *Riparum quoque.*

14 Differentia†inter litus & ripam, est, Primò, quòd litus est maris,ripa verò fluminis.Secundò, ꝙ vsus litoris omnibus communis est proprietas verò nullius, vsus verò arborum in ripa natarum quoque communis est omnibus, ita quòd quilibet in ripa fluminis poterit stare,piscari, nauésq; arboribus alligare, proprietas tamen riparum & arborum priuata est,hoc est,eorũ, qui prope flumen prædia possident.Poterit autem dubitari quæ sit ratio, ꝙ flumina sunt publica,etiam, quo ad proprietatem, ripæ verò non quo ad proprietatem.Responde,eam esse rationẽ, ꝙ ripæ hominum cultura & labore incrementum accipiunt,flumina verò per se fluunt,sine facto hominis. Ex quo ergo prædia possidẽtes muniunt ripas,ne impetus fluminis in prædia irruat,iure quoque proprietas illarum ad eos spectare debet:quia vbi est onus, ibi quoque debet esse cõmodum. §.quia plerúnque.suprà de legit.patro.tute.

Litoris & ripæ differentia.

Cur flumina quo ad proprietatem sint publica, ripæ verò non.

15 Res†communes,secundùm Ang.differunt à publicis, ꝙ illæ nũquam in alicuius dominio fuerunt,sed sunt relicta cõmunia, secundum

dum ius ſuum naturale primæuum. Publicæ verò vt flumina,& portus,interdum,ſubiiciuntur dominiis circumiacentium,ſicuti colligitur ex l.quod in litore.ff.de acq.rer.dom. Res autem publicæ differunt à rebus vniuerſitatis,quòd illarum vſus eſt omnium populorũ ſimul,qualeſcunque ſint. Vſus verò vniuerſitatis quoque communis eſt, ſed tantùm illorum hominum,vbi res vniuerſitatis ſunt ſitæ.

§. *Sacræ res.*

Res † ſacræ ſunt,vt text.hîc dicit,quæ ritè per pontifices 16 conſecratæ Deo ſunt. Et ſunt duplices. Quædam enim dedi *Res ſacræ.* cantur ad vſum & cultũ diuinũ ſimpliciter & immediatè,vt calices,libri,ornamenta,&c. Et illæ alienari nõ poſſunt niſi cauſa pietatis: vt ſi alienentur pro redẽptione captiuorũ,vel ſuſtẽtatione pauperũ tempore famis,iuxta regulam: Aurum habet eccleſia,non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus.c.aurum.xij.q.ij.& l.ſancimus.la j. C. de ſac. eccle. Vel,ſi eccleſia habet ſuperflua vaſa,& debent, & poſſunt alienari. Authen.præterea.C.de ſacroſan.eccleſ. Quædam verò res ſacræ non dicãtur ſimpliciter ad cultum diuinum,ſed pro ſuſtentatione miniſtrorum eccleſiæ: & illæ poſſunt alienari,ſi conditio eccleſiæ inde fit melior, vel alioqui eccleſia grauata eſt ære alieno,nec poteſt de mobilibus ſatisfieri.§.hoc autem.in authen.de alie.& emphyt. col. ix. In † alienatione autem requiruntur tria. Primò, cauſæ co- 17 gnitio,vtſcilicet ſuperior Prælatus examinet,vtrum alienatio expediat eccleſiæ,nécne. Secundò,conſenſus,ſeu authoritas prælati eccleſiæ,ſecundùm Panor.in c.ſtatuimus.extrà de tranſact. Tertiò,conſenſus totius cleri,ſiue Capituli cap. placuit.xij.quæſt.ij.ca.fin.extrà de reb.eccleſiaſt.non alien. *In alienatione rerũ ſacrarum quot requirantur.* Qui autem his non obſeruatis alienauerit, ſiue occupauit, punitur de iure canonico, & ciuili. Pœna iuris canonici eſt, quòd hábentur pro ſacrilegis, & excommunicantur.c.omnes eccleſiæ.xvij.q.iiij. Pœna iuris ciuilis eſt, quòd eccleſia rem alienatam vendicat pretio non reddito: Authẽ.qui res. C.de ſacroſanct.eccleſ. Si tamen res aliqua eſſet ad pium vſum relicta, qui depræhenditur illicitus, debet in alium vſum pium & licitum conuerti.l. legatum. & quæ ibi notantur.ff.de vſu.& vſufru.legat.

Effect' rerũ ſacrarũ eſt,ꝙ ſine cauſæ cognitione temere in ꝓphanũ vſum cõuerti nõ poteſt.l.ſancimus.de ſacr.eccl.

§.Relig.

§. *Religiosum.*

Hodie illatione mortui,siue cadaueris,simpliciter locus non fit religiosus de iure,sed requiritur authoritas episcopi sicut constat.

§. *Sancta quoque res.*

18 Sanctum † est,quod ab iniuria hominum defensum, atque munitum est,dictum à sagminibus.Sagmina enim herbæ sunt,quas legati populi Romani ferre solebant, ne quis eos violaret.l.sanctum.ff.de rerum diuisio.

Sagmina herba.

§. *Singulorum.*

De rebus,quæ in dominiũ nostrũ venire nõ possunt, diximus.Nũc de rebus priuatis,quarũ dñia cõsequi possum⁹,

19 dicemus.Consequimur † autẽ earũ dñia duobus modis, de iure gentiũ,& de iure ciuili.In hoc §.vsq; ad finẽ tituli, tractat de modis iuris gentiũ.Et deinde à titulo de vsuca. vsq; ad titulum de obligationibus,tractat modos iuris ciuilis.

§. *Feræ igitur bestiæ.*

20 Primus † modus,siue causa acquisitionis rerum priuatarum de iure gentiũ,est occupatio,quæ continet quinq; species:Venationẽ,piscationem, aucupiũ,captiuitatem in bello publico iusto,& inuentionẽ.Est igitur venatio,occupatio bestiarum ferarũ de iure gẽtium permissa,nisi aliquis lõgissima præscriptione hoc ius in aliquo loco sol⁹ acquisierit. Dico,ferarũ:quia qui mãsuetas occupat, furtũ cõmittit.Dico,nisi aliquis longiss.&c.quia si quis solus in aliquo certo loco lõgissimo tẽpore venatus fuerit,potest alios prohibere:vt colligitur ex l.si quisquã.ff.de diuer.& tẽp.præscri. Et licet Imperator hîc indistinctè permittat venationem, tamen de iure consuetudinario feudorũ,illa facultas est restricta ad vrsos, apros & lupos. §.nemo.de pac.ten.in vsi.feu.

Primus modus acquirẽdi de iuregẽtiũ, occupatio.

Venatio quid.

VERS. *Quod enim ante nullius.*

Res nullius sunt duplices. Primò natura, vt feræ bestiæ, volucres,pisces:& illæ cõceduntur occupanti. Secundò vocantur nullius existimatione,siue censura hominum, vt res sacræ,sanctæ,de quibus loquitur tex.in §.nullius.sup. eod.

Res nullius.

Integra re. Apibus adhuc in arbore pendentibus cũ fauo.

Talis regula.

21 Dic † secundũ gl.hîc in versi.talis,ꝙ tria sunt genera animaliũ.Quædã sunt prorsus fera,vt lupi,apri,&c.& illa conceduntur occupanti,iuxta §.feræ igitur bestiæ.sup.e.Quędã

natur

natura quidem fera sunt, sed tamen diligentia hominum mansueta reddita:& illa tum fiunt occupantium, quando constat abiisse animo non reuertendi de quibus in §. ceruos.hîc tit.nostro. Quædam sunt natura mansueta, vt gallinæ,anseres,&c.Et illa per occupationem non fiunt occupantis,de quibus loquitur §.gallinarum.hîc tit.nostro.

VERS. *Et qui lucrandi animo,&c.*

Furtũ enim nõ esset,si detineret,non tñ animo lucrandi, ad hoc enim vt furtũ sit,requirit dol⁹ & fraus,vt j.dicemus.

VERS. *In litore maris.*

Dicitur notanter,in litore maris,quia lapilli, & gemmæ ibi nati in nullius bonis vnquam fuerũt,igitur cedunt occupanti.Idem dic de aliis rebus natis in publicis siue communibus locis.Secus si quis gemmas,aut alias res, in alio loco quàm vbi natæ sunt,inuenerit:tum enim non fiunt inuentoris,cùm priùs dominum habuerint,qui eas amisit, ideoque restituere debet. Si verò retinuerit,furtum committit,quia animo lucrandi rem alienam contrectat.

§. *Præterea.*

Secundus † modus generalis iuris gentium,quo rerum do 22
minia cõsequimur,est accessio,quæ fit duobus modis. Quãdoque enim accedit rebus nostris,& nostrum fit,sine hominum labore & industria. Quandoq; per humanũ laborem & operationẽ.Prima accessio est duplex cõtinua, & discreta.Discreta est,quãdo ex animalib⁹ nostris,vt vaccis, ouib⁹. gallinis,&c.quid procreatur. Cõtinua verò fit per alluuionem.Itẽ si insula in flumine publico nata fuerit, vel flumen dereliquerit alueũ.Est † autẽ alluuio propriè, quãdo flumẽ 23
paulatim detrahit fundo alicuius,& fundo alterius adiicit, ita ꝙ nõ poterit animaduerti,quid quouis momento adiectum sit,ideoq; illa accessio fit eius, cuius fundo addiicitur, siue lapides,siue ligna,siue gẽmas,siue aurũ adiecerit, modò terræ inhæreant, & oblita sint.l.adeo.§.præterea.ff. de acqui.rer.do. & Bar.in tract.de alluuio.in prin.Secunda accessio,quæ scilicet fit cũ hominum labore & industria, fit multis modis,vt cõmistione,ædificatione,implãtatione,satione,scriptura,pictura,&c.de quibus infrà in tex.ordine.

Accessio est modus acquirendi iure gentium.

Alluuio.

§. *Insula.*

Insula † dicitur propriè locus,qui vndiq; aquis circundatus est,siue sit in mari,siue sit in flumine, vt hîc in gl.in ver. 24

insula

insula. Et est duplex, naturalis, & accidentalis, siue casualis. Naturalis est, quæ non fit casu, sed perpetuò ferè fuit, quales sunt Creta, Rhodus, &c. & de illis nō loquitur text. noster. Casualis, siue accidētalis dicitur, quæ vel in mari (quod tamen rarò fit) vel in flumine nascitur. in mari nata, quia nullius est, cedit occupanti, quo ad dominiū: & in hoc casu loquitur §. noster. Iurisdictio tamen spectat ad illum, qui mare distinguit, vbi nata est l. insulæ. cum gl. ff. de iud. In flumine verò nata insula eorū fit ipso iure, qui ꝑpe flumē prædia possidet quò ad dominiū: iurisdictio tamen ad dominum illius territorij pertinet l. adeo. §. insula ff. de acq. re. dom.

VERS. *Scilicet pro modo latitudinis.*

Id est, fit mensuratio insulæ, respectu vtriusq; possidentis prædia circa flumen. Et si fuerit in medio fluminis orta, cedit cuiq; dimidia pars insulæ. Si autē in vna parte ripæ duo prædia possederint, diuiditur dimidia pars insulæ proportionabiliter ratione prædiorū. Si verò in litore fluminis orta fuerit, ita quòd vni sit propior, ab altero verò lōgius distet, iterum fit mensuratio, & cedit vnicuique sua pars, pro ratione proportionis, hoc est, is, ad cuius prædium inclinat insula, plus acquirit, quàm alter, qui est remotior.

§. *Cùm ex aliena.*

Sequitur nunc accessio, quæ fit per nostrū laborem, cuius
25 prima species est specificatio. Est † autem specificatio, quādo quis ex aliena materia bona fide speciē conficit, vt ex alieno auro annulū. Quæritur autē, vter sit † dominus speciei, an is, cuius fuerit materia, an specificans? Tu distingue, vt species potest reduci ad rudē materiam, sicuti annulus potest reduci ad aurū: & habet dominus materiæ actionem ad exhibendum: vt scilicet exhibeatur species, & reducatur ad priorē materiā, quo facto habet rei vendicationē, qua consequitur suam materiā. l. in rem. §. si quis. & §. itē quæcunq;. ff. de rei vend. Aut species non potest reduci ad rudem ma-
26 teriam: vt si quis ex alieno frumento coxerit panes, ibi panes non possunt resolui in frumentum, & tūc distingue. Aut specificans fuit in bona fide, id est, nesciuit frumentum esse alienum, & fit dominus speciei: tenetur tamen domino materiæ actione in factum ad æstimationē materiæ. d. §. item quæcunq;. Aut specificans fuit in mala fide, id est, sciuit materiam esse alienam: & datur domino materiæ actio ad exhibend

Quando quis bona fide ex materia aliena speciem effecit, quo modo procedat acquisitio.

hibendum,& deinde rei vendicatio. Quia ſi quis ſciens ex aliena materia aliquid conficit,videtur operam ſuam domino materiæ donaſſe.l.cuius per errorem.ff.de reg.iur.

In verbo,ſpecies aliqua.

Hîc nota Iuriſconſultis eſſe ſpeciem, quod Dialecticis eſt indiuiduum,vt cùm dico: Promittis mihi Pamphilum? promiſſio ſpeciei eſt,Sicuti cum ita ſtipulor: Promittis mihi hominem?promiſsio generis eſt.

§. *Quòd ſi partim.*

Secũda ſpecies acceſsionis in ſpecie,eſt cõmiſtio,ſiue cõfuſio.Fit aũt cõmiſtio,quãdo quis partim ex ſua, partim ex aliena materia ſpeciẽ facit.Exẽpli gratia, Si quis † furaretur Titio frumentũ,& vẽdidei it Sempronio,Sẽpronius licet bona fide emerit,neſciens ſcilicet frumentum eſſe furtiuum,tamen nõ fit dñs frumenti,cũ venditor,fur ſcilicet,dominium non habuerit:igitur manet frumentũ alienũ, ſcilicet illius, cui ſurreptũ erat.Iã ſi Sẽpronius illi frumẽto à fure empto ſuũ immiſcuerit,& panes coxerit,&c. quæritur, q.d iuris ſit in illa cõmiſtione,cũ materia ſpecierũ,partim ſpecificantis, partim verò aliena fuerit?Et diſtingue:Aut ex commiſtione fit certa ſpecies,cuius materia ſeparari non põt,ita vt ſciat, quæ pars cuiuſq; fuerit,vt vinum,annulus,&c.Et ſubdiſtingue,Aut cõmiſtio eſt facta volũtate ſolius ſpecificantis bona fide,neſciente illo,qui fuerit dñs partis materiæ:& fit ſpecificans dñs ſpeciei:quia concurrunt duæ rationes, videlicet opera ſua,id eſt,ſpecificatio, & pars quoq; materiæ quã adhibuit.Et in hoc caſu loquitur §.ꝙ ſi partim.hîc titu.noſtro dominus tñ partis materiæ habet actionem in factũ ad æſtimationẽ,per regulã.Nemo cũ alterius iactura locupletetur.l.nã hoc natura.ff.de cond.ind.Aut eſt facta cõmiſtio cũ conſenſu,ſiue voluntate vtriuſq; tã ſpecificantis,quã alterius,ſiue eſt facta cõmiſtio caſu,id eſt,neutro ſciente, & fit ſpecies ex commiſtione facta cõis,daturq; actio vtriq;, cõi diuidundo.l.idẽ Põponius.in princ.ff.de rei vend. Et in hoc caſu loquitur §.ſi duorũ.hîc tit.noſtro.Si autẽ eſt facta commiſtio materiarũ,ſed ſingula corpora ſuã ſubſtãtiã retinuerunt, vt ſi frumentũ meũ alieno cõmiſceatur.& tunc quoq; ſubdiſtingue.Aut frumentum eſt miſtũ voluntate vtriuſq;, & fit cõmune,competitq; actio,communi diuidũdo.l.idem Pomponius.in prin. Aut eſt miſtũ caſu,id eſt neutro ſciente,

Cõmiſtio, ſiue confuſio. 27

te,siue voluntate vnius tantùm,altero nesciente. Et subdistingue. Aut frumentum extat:& tunc,aut apparet quantum cuiusq; fuerit:& habet vterq; rei vendicationē,ad repetendum id,quantū de suo aceruo frumenti accesserit.d.l. Idem Pomponius. Aut non apparet quantum cuiusq; fuerit:& iudex ex officio suo æstimabit quātum cuiq; reddi debeat: vt hîc in §.sed si ab alterutro. Si verò frumentum cōsumptum fuerit:& iterum subdistingue. Aut fuit consumptum bona fide:& tunc si constiterit quantum cuiusq; fuerit,datur vtilis actio ad æstimationem illius consumpti,ex mente l. qui occiderit.§.si quis alienum.ff.ad leg.Aqui. Si verò non constiterit quantū cuiuscunque fuerit,cōmittitur arbitrio iudicis, qui ex officio decernit,quantum cuique debeatur.d.§.sed si ab alterutro.hîc tit.nostro. Aut malè consumptū est, & furtum commisit consumens:quia scienter contrectauit rem alienam,animo lucrandi,ideóque furti actione tenetur.

Quot actiones sint contra furtūproditæ.

V E R S. *Condici possunt in §.si quis tamen alienam.*

Id est,potest agi cōtra furem actione personali. §.appellamus.i.de actionib. Et nota obiter,dominū, cui res surrepta est,habere quatuor actiones. Prima † est actio ad exhi-
28 bendum,quæ est quasi præparatoria rei vendicationis,nempe qua agitur contra possidentē,vt exhibeat rē,& det inspectioni. Secunda est rei vendicatio, qua rem ipsam, si extat, à quouis possessore repetit. Tertia est actio furti,qua consequitur duplum,vel quadruplum,secundum Ius antiquū, & quoq; rei persecutionē habet,de qua infrà. Quarta est condictio furtiua, qua consequitur rei extinctæ æstimationem.

§. *Cum in suo solo.*

Aedificatio.

Tertia species accessionis est ædificatio. Fit autē ædificatio,de qua hîc loquimur,duobus modis. Aut enim quis in suo solo ædificat ex aliena materia,aut in alieno solo ex
29 sua materia. Primò casu dic, Aut † ædificans ædificat bona fide,id est,nescit materiā esse alienā:& fit dñs ædificij: quia ædificiū cedit solo. Tenetur tamen domino materiæ actione de tigno iniūcto,qua cōsequitur duplū. Si verò ędificium dirutū fuerit,& nondū consecutus est duplum, habet actionem,ad exhibendū,& rei vēdicationē, qua repetit suā materiā. Idē iuris est in eo,qui habet tignū iniunctū, licet ipse non iniunxerit,vt hîc in glo. in verbo,de tigno iuncto. Aut ædificat mala fide:& agitur contra eū actione ad exhibendum

Aedificās bona fide in alieno solo.

Aedificās mala fide.

dum rei vendicatione,actione furti, condictione furtiua,& actione de tigno iniuncto.l.j. in fi.& l.fi.ff.de tig.iniuncto. & glo.hîc in verb.de tigno iniuncto. Secundò † casu,quãdo 30 ædificat in alieno solo ex sua materia, & subdistingue:Aut ædificat mala fide,sciens scilicet solum alienum : & videtur domino soli donare illam materiã, l.cuius per errorem.ff. de reg.iu. Ideóque cedit tale ædificium solo,nec vẽdicatur materia, etiam si sit dirutum ædificiũ.Et de illo casu loquitur.§.ex diuortio.hîc tit.nostro.Aut bona fide:& non tenetur domino soli restituere ædificium,nisi soluerit dominus pretium materiæ,& fabrorum mercedes,iuxta regulã,Nemo locupletetur cum alterius iactura.Et in hoc casu loquitur.§.certè.hîc tit.nostro.

§.Si Titius alienam plantam.

Est planè eadẽ ratio cum implãtatione, & scriptura,quæ est cum ædificatione. Sicuti enim ædificium cedit solo, ita quoque planta,& frumẽtum solo,& scriptura chartæ cedit. Et sicuti sciens alienum solum esse, ædificando de sua materia,ædificium domino soli facit, & sicuti ædificãs bona fide in alieno solo,potest petere expẽsas,& æstimationem materiæ:sic quoq; plantans,& serens bona fide in alieno solo, petit à domino soli impensas,& pretiũ seminis siue plantæ.

§.Si quis in aliena tabula.

Ratio diuersitatis est,quòd scriptura cedit chartæ, & tabula picturæ:quia olim cùm non erat papyrus , chartæ multo pretiosiores scripturis erant:picturæ autem propter sumptus colorum semper erant pretiosiores quibuslibet tabulis,ideo vtrinque vilius pretiosiori cedit.

Quare sit diuersa ratio in scriptura,quã pictura.

§. Si quis à non domino.

Est & alius modus acquirendi dominium,Perceptio fructuum ex re aliena,bona fide possessa.Vt intelligas,pone casum hoc modo : Titius emebat fundum à Sempronio bona fide,cùm tamen fundus non esset Sempronij,quòd sic traditione non potuit transferri dominium in emptorem , quia venditor non erat dominus:certum tamen est quòd per possessionem longi temporis,id est,decennij, & sic per præscriptionem , potuit assequi dominium. Si ergo interim priusquam fundus emptus præscriberetur, à vero domino vendicatus fuerit, quæritur an emens , & sic possessor bonæ fidei teneatur quoque ad fructus, quos inde percepit ? Et distin-

Quæstio elegans,de restituẽdis fructibus ex alieno fundo bona fide possesso perceptis.

 gue

31 gue, Aut † quæritur de naturalibus fructibus, qui sine industria hominum, & labore peruenerunt, vt de pomis, piris, & similibus: & dic, Aut extant: & vendicat dominus à bonæ fidei possessore. Aut sunt cõsumpti: & tenetur bonæ fidei possessor condictione sine causa, ad æstimationẽ, in quãtum factus est locupletior. Aut quæritur de industrialibus fructib⁹ qui scilicet hominum labore: & industria prouenerũt, vt frumentũ, vinũ, &c. & iterũ distingue, Aut extãt: & possunt vendicari per officiũ iudicis. l. certũ. §. bonæ fidei. C. de rei vẽdi. Aut cõsumpti sunt: & planè nihil tenetur possessor: pro cura enim & labore suo eos retinet, vt hîc in §. nostro. Et hæc in bonæ fidei possessore procedunt. Malæ fidei autem possessor indistinctè tenetur de omnibus fructibus, tam naturalibus, quàm industrialibus, tam de extãtibus, quàm consumptis. Similiter quoque de perceptis & percipiendis, nisi habeat titulum: tum enim excusatur de percipiendis.

§. *Is vero.*

Quod attinet ad faciendos 32 fructus suos, quid differat fructuarius à bonæ fidei possessore.

Sicuti bonæ fidei possessor fructus industriales pro labore & industria suos facit, sic quoq; vsufructuarius, & quoq; colonus. Differt † tamen vsufructuarius à bonæ fidei possessore. Primò, quia ad hoc, vt fructus fiãt vsufructuarij, requiritur ꝙ aut ipsemet, aut alius suo nomine, eos à terra separet & percipiat. l. si fur decerpserit. ff. de vsufruct. Bonæ fidei autẽ possessori cedũt fructus, à quocunque fuerint separati. l. si vsufructuarius messem. ff. quib. mod. vsufru. amit. Secũdo differũt, quòd vsufructuarius facit omnes fructus suos, tam naturales, quàm industriales. l. vsufructu legato. ff. de vsufruct. Bonæ fidei autem possessor tantùm industriales suos facit, non autem naturales. l. fructus. ff. de vsuris.

VERS. *Eadem ferè & de colono dicuntur.*

Colonus quis, & in quo differat ab vsufructuario.

33. Colonus † est, qui sub certa annua mercede in pecunia numerata, vel alia materia, veluti frumento, vino, &c. agros suscipit colẽdos. Sicuti autem vsufructuarius omnes fructus tã naturales, quã industriales suos facit, ita quoq; colonus. Differt tamen colonus ab vsufructuario, ꝙ fructus sunt coloni, à quocunq; fuerint decerpti. l. si apes. §. fi. ff. de fur. Vsufructuarij verò tum demũ fiunt, cùm ipsemet, vel alius eius nomine, à solo separauerit. d. l. si fur decerpserit. ff. de vsufru. Secundò differũt, ꝙ hæres coloni, eo mortuo, in eius locum succedit, & fructus percipit. §. fin. j. de locatio. & conductio.

Hæres

Hæres verò vſufructuarij,non item per tex.noſtrum hîc.

§.Sed ſi gregis.

Debet enim vti frui bona fide, ſicuti diligens paterfamiliâs,ſalua rerum ſubſtantia.

§. Theſauros.

Theſaurus, † eſt depoſitio pecuniæ ab ignotis dominis, 34
cuius non extat memoria.l.vnica. C de theſau.lib.x. Dico,
ab ignotis dominis,& cuius nõ extat memoria:quia quãdo
conſtat quis depoſuerit,& quãdo depoſita ſit,theſaurus non
eſt. Ideóq; ſi quis vel lucri,vel metus,vel cuſtodiæ cauſa pe
cuniam abſconderit,inuẽtoris non fit. Qui autẽ inuenerit,
ſciens conditionẽ, & retinuerit,futurũ committit.l.nũquam
nuda.§.Theſaurus.ff.de acquir.rerum domin.Abſcondentis
enim,vel eius hæredum manet.l.theſaurus ff.ad exhibend.
Si tamen quis talem pecuniam inuenerit,neſciens conditio
nem, & putans theſaurum eſſe, retinendo non committit
furtum,quia non eſt in dolo,vt dicemus infra de furtis.

Theſaurus quid.

Animaduerte tamen iuriſconſultos hoc vocabulo ſæpe abuti: vt Papi. in l. peregre. de acqui. poſſeſſion.

Ad hoc autẽ,vt ſcias quid Iuris ſit de theſauris inuenien
dis,ſiue quærendis,quorum non extat memoria, diſtingue,
Aut quærit † ſiue inuenit quis theſaurũ in ſuo loco. Et ſubdi- 35
ſtingue, Aut quæritur ſimpliciter,non adhibitis artibus ma
gicis:& fit theſaurus inuentoris, ſiue caſu inuenerit,ſiue in-
quirẽdo.Aut inuenit in loco ſacro,vel religioſo:& fit quoq;
inuẽtoris,ſi non inquirẽdo,ſed caſu fortuito inuenit.d.l.vni
ca.C.de theſau.lib.x.d.l.nũquam nuda.§.theſaurus.ff.de ac-
quir.rerum domi.& §.noſtro hîc.Aut non quæritur ſimpli-
citer,ſed artes magicæ adhibentur:& fiſco debetur,ſi inuẽ-
tus fuerit theſaurus.Glo.in verb.arte.& ibi Bar.in d.l.vnica.
C.de theſau.li.x.Aut quis inuenit theſaurũ non in ſuo loco,
neq; in loco religioſo, ſiue ſacro,ſed inuenit in re aliena,ſi-
ue in Cæſaris,ſiue fiſcali:& ſubdiſtingue,Aut qs inuenit the
ſaurum caſu,vt arando, vel aliâs terrã alienã colendo non
tamen animo quærendi theſaurũ:& fit dimidia inuentoris,
dimidia verò domini ſoli. Aut ſtudioſè animo quærẽdi the
ſaurum inuenit: & tenetur domino ſoli inuentũ reſtituere,
punitúrq; pœna extraordinaria.d.l.vnica. C.de theſau.li.x.

De inuẽtione theſauri.

§.Per traditionem.

Alius modus Acceſsionis eſt traditio.Eſt † autẽ traditio,
rei alicuius in aliquẽ tranſlatio. Et ſumitur duobus modis, 36
propriè & impropriè. Propriè, qñ res mobilis traditur, vt

Acquiſitio per traditionẽ.

 an

annulus,vestis,liber,&c. Impropriè verò in rebus immobilibus,quæ tradi verè non possunt, sed fit introductio in possessionē,quæ pro traditione habetur. Obseruabis autē solā traditionem non satis esse ad transferendum dominium.l. nūquàm nuda.ff.de acquir.rerum domi.quia primò† requiritur,quod tradens sit dominus rei traditæ,vel saltem quasi dominus,iuxta regulam.Nemo plus Iuris in aliū transferre potest,quàm ipse habet. Secundò,quòd sit persona habilis ad tradendū,veluti non pupillus,nō furiosus, non prodigus.. l.j.ff.de curator.furiosi. Tertiò,ꝙ præcedat causa vera, vel putatiua,vt causa emptionis,donationis,dotis, legati, &c.Si vera causa præcessit,non est dubium, quin transferatur dominium:si verò putatiua præcessit distingue,Aut vterque putauit causam subesse:& transfertur dominium, vel quasi dominium per traditionem. Aut tradens putauit subesse causam,& accipiens sciuit nullam subesse:& accipiens hoc modo,furtum committit, quia sciens contrectat rem alienam. l.si iussus.§.j.ff.de furt.Aut accipiēs putauit causam subesse, tradens autem sciens nullam subesse: & transfertur dominium,quia videtur donare.l.cuius per errorem.ff.de reg.iu. Quartò,quòd res non sit prohibita alienari,vt res sacra,sancta,dotalis,liber homo,&c. & quia illæ vtcūque tradantur, etiam ex iusta causa,non tamen trāsfertur dominiū. Quintò,si traditio fuerit facta ex iusta causa, emptionis,requiritur quòd sit solutum pretium alioqui venditori pignoribus vel fideiussoribus satisfactum.§.venditæ.hîc tit.nostro.

Sola traditio nō trāsfert dominiū: & quot requirantur in tradēte vt trāsferat.

37

VERS. *Sed si is.*

Quare ante solutum pretium,vel sufficiētem cautionem potest venditor rem venditā tanquam suam vendicare, nisi venditor fidem emptoris sit secutus, vel emptor paratus sit incontinenti pretium soluere, vel aliis modis venditori satisfacere.l.inciuile. C.de rei vendi.&c.

§.alia sane. IN VERBO. *Quia palam.*

Nisi ex qualitate proiectionis intelligi possit,res ita proiectas,quòd pro derelicto habeantur. Exemplum, Si quis libros apertos è naui in mare proiecerit, statim appareret eiicientem eos habere pro derelicto,ideóque cederent occupāti.Si verò clausos,& inuolutos abiiceret,videretur non animo amittendi eiecisse,quare & etiam eius manent.l.falsus.§.si iactum.ff.de furtis.iuncta glo.hîc.

DE

De rebus corporalibus,& incorporalibus. Tit. II.

1 *Transitio à diuisionibus rerum suprà traditis,ad nouam,scilicet, res diuidi in corporales,& in incorporales.*
2 *Res corporales quæ sint,& quomodo diuidantur.*
3 *Rerum incorporalium definitio.*



N† titulo præcedenti,explicatæ sunt multæ 1
diuisiones rerum : in hoc autem titulo habes aliã diuisionem scilicet ꝙ quædam sunt corporales , quædam incorporales. Corporales†sunt,quæ de sui natura possunt tangi, 2
vt fundus,prædium,&c.Et sunt duplices:Quædam enim de sui natura sunt quidẽ tangibiles, quæ tamẽ propter impossibilitatem tangi non possunt, qualia sunt corpora cælestia.Item quę in mari submerguntur.Et de iis,licet sint res corporales,tamen de eis iure nihil dispositũ est,cùm dominio nostro subiici non possint. Quædam verò ita tãgibiles sunt,ꝙ à quouis facilè tangi, & depræhendi possunt:quales sunt ædes,fundi, & reliquæ res,quas habemus in nostro cõmercio:quæ quibus modis nostræ fiant de iure gentiũ, dictum est in tit.prox.Quibus autẽ modis nostrę fiãt de iure ciuili,audiem⁹.infrà in tit.de vsuca.de dona.de test. de leg. de fideic.de succ.ab intesta.de bono.pos.& in quibusdã titulis sequẽtib⁹.Incorporales†verò sunt,q̃ tãgi non possunt 3
qualia sunt ea,q̃ in iure cõsistũt,vt seruit⁹,vsusfructus,vsus, habitatio,vsucapio,pscriptio,hæreditas, possesio, obligatio,& actio,&c.Quarũ tractatio vsq; ad finẽ triũ librorũ sequẽtiũ durat,& singularũ explicationẽ suo loco audiemus.

Res corporales duplices.

VERS. *Quæ in iure consistunt.*

Ideo dicit,Res incorporales in iure cõsistere,quia incorporalia cogitatione tantùm discernũtur.Quid enim si hæreditas tangi nõ potest,sed animus hominis percipit: ideo iuris esse dicitur,quia per ius substantiatur,creatur, & nominatur.Et licet contenta in hæreditate sint res corporales,vt fundi,prædia,&c.tamen ipsa hæreditas, id est, ipsum ius,per se nõ est corporale quiddam, ideo quoq; possideri propriè non potest,sed quasi possidetur. Idem dic de reliquis rebus incorporalibus. Et sic nota obiter quòd continens non semper mutat naturam propter contenta.

Res incorporales quare illæ putentur, quæ in iure cõsistũt.

De seruitutibus rusticorum, & vrbanorum prædiorum. Tit. III.

1 *Continuatio huius tit. ad sequentes tres tit.*
2 *Seruitutis definitio, definitionisque expositio.*
3 *Seruitus duplex, realis, & personalis.*
4 *Seruitus realis quæ sit, & quomodo subdiuidatur.*
5 *Seruitutes reales quomodo acquirantur, & quibus modis rursus amittantur. nume. 6.*
7 *Seruitutes personales quæ sint, & quot earum species.*
8 *Vsusfructus definitio, definitionisque explicatio.*
9 *Quasi vsusfructus dicitur, qui est in rebus, quæ vsu consumuntur.*
10 *Vsusfructus est duplex, formalis, & causalis.*
11 *Modi acquirendi vsumfructum.*
12 *Vsusfructus consistit cum in rebus corporalibus, tum in incorporalibus, & mobilibus ac immobilibus.*
13 *Quibus modis finiatur vsusfructus.*
14 *Vsus qui sit, & quid ab vsufructu differat.*
15 *Quot, & quibus modis vsus fiat.*
16 *Habitatio quæ sit, & in quibus ab vsufructu & vsu differat, atque in quibus cum illis conueniat.*
17 *Iter, actus, via, quid inter se differant.*
18 *Quare seruitus sine prædio constitui non possit.*



Ontinuatio ad sequētes tres titulos talis potest assignari: Dictum † est in proximo titulo, 1 res incorporales eas esse, quę consistūt in Iure, quales sunt seruitutes hæreditas, &c. quas Imperator ordine explicabit, & primò orditur à seruitutibus. Seruitus † est ius, quod habemus in re al-
2 terius, vt is patiatur aliquid, aut nō faciat aliquid. l. quoties. *Seruitus.* §. seruitutum. ff. de seruit. Exempli causa: Si haberem iter in fundo Titij, oporteret eum pati, me ire per illum fundum. Vel si habeo ius in ædibus vicini, ne fenestram faciat, &c. me inuito fenestram facere non poterit. Et illud ius seruitus vocatur, quia vicini ædes, vel fundi, in hoc seruiunt ædibus, vel fundis meis. Dico in definitione, in re alterius, ad
3 differentiam dominij, quod est ius, quod habemus in rebus *Seruitus quotuplex.* nostris, & non alienis. Est † autem seruitus duplex, realis, & personalis. Seruitus realis † est, cùm res seruit rei, vt fundus
4 fundo, domus domui, prædium prædio, pratum prato, &c. Ideo

Ideo realis dicta, quia personā non respicit, sed durat, etiā si persona, cui debetur, sublata fuerit, & trāsit ad quęcunq; successorem, secundum gl. in l. j. ff. de seruit. Et subdiuiditur in seruitutem rusticorum prædiorum, & vrbanorum prædiorum. Rusticorum prædiorum sunt, quæ rusticis prædiis debentur, vt agris, vineis, pratis, horreis, stabulis, à reliquis tamen ædificiis causa inhabitādi factis, separatis. l. eo iure. §. stabula. ff. in quibus causis pig. vel hipoth. contrahitur.

Qualia sunt,
- Iter. Actus.
- Via.
- Aquæ ductus.
- Aquæ haustus.
- Pecoris ad aquam appulsus.
- Ius pascendi, *Dietriffi.*
- Calcis coquendæ.
- Arenæ fodiendæ.

Ex quibus conficiatur seruitus rusticorū prædiorum.

l. j. ff. de seruit. rusti. præd. His connumerari poterit ius venandi, & aucupandi in alieno fundo, ius piscandi in alieno flumine, ius secandi ligna in aliena sylua: nam & hæc rebus seruiunt, & ad successores perueniunt.

Seruitus vrbanorū prædiorū.

Seruitutes vrbanorū prædiorū sunt, quæ debent̃ prædiis vrbanis. Dicūtur autē vrbana prædia, omnia ædificia, inhabitādi causa facta, vbicunq; sint, modò nō fiant fructuū reponendorum causa, secundum glossam hîc, in verbo, villa.

Seruitutes vrbanorum prædiorū sunt hæ,
- Altius tollendi ædificium, & officiendi luminibus vicini.
- Aut non extollendi.
- Stillicidium auertendi in tectum, siue arcam vicini.
- Aut non auertendi.
- Mittendi tigna in vicini parietem.
- Ius deiiciendi.
- Item ne officiatur prospectui. l. j. cum sequentibus. ff. de seruit. vrb. prædior.

5 Causæ † seruitutum realium sunt pactiones, stipulationes, contractus, vt emptiones, donationes, legata. §. si quis velit. hîc ti. nostro. Item vsus tanti temporis, cuius initij nō extat memoria: habetur enim talis præsumptio pro constituto. l. j. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. Requiritur tamen quasi traditio, quæ fit per patientiam domini, qui patiēdo

inducit quem in quasi possessionem,& cauet se non impediturum vtentem seruitute.l.quoties.ff.de seruitutibus. Effe-
6 ctus est,habere ius in re alterius.Amittũtur † autem seruitutes reales,Primò,per cõfusionem,hoc est,si is,qui habet seruitutem in fundo alicuius,illum fundum emat, aut econtrà. l.j.ff.quemadmod.seruitus amit.Secundò,per ædificationẽ. Si enim eo sciente, qui seruitutem habet,in eo loco,vbi seruitus est,quid ædificatum fuerit,amissa est seruitus.l.si stillicidij.in princip.ff.quibus modis seruit.amitta.Tertiò, amittuntur non vtendo intra decem annos inter præsentes,&viginti inter absentes,si seruitus est continua,nec habeat temporis interualla.Si verò discõtinua fuerit,vt si alternis mensibus seruitutem quis habeat, vel aquam in æstate tantùm in alieno fundo habeat,duplicantur tempora amisionis, vt scilicet nõ vtendo viginti annis inter præsentes, & quadraginta inter absentes amittatur.l.si sic constituta. ff.quemad. ser.amit.Et hoc est verũ in seruitutibus rusticorũ prædiorũ. In seruitutib⁹ autẽ vrbanorũ prædiorũ nõ est satis ad amissionẽ,ꝙ quis intra decẽniũ,vel viginti annos nõ fuerit vsus seruitute:sed requiritur impedimentũ illius, in cuius bonis seruitus hæret, videlicet ꝙ decẽ vel viginti annis impedierit,ne vtereť illa seruitute.gl.in verb.recipiat.hîc ti.nostro.

Quibus modis seruitutes reales amittantur.

7 Seruitutes † personales sunt, quando res seruit personæ. Et ideo personalis dicitur,quia tantùm personæ inhæret& non rebus,ideo cum persona intermoritur.

Personalis seruitus

Et sunt tres, { Vsusfructus. / Vsus, & / Habitatio. }

8 Vsusfructus, †dicitur ius alienis rebus vtendi,fruẽdi,salua rerum substãtia.Dico,alienis rebus, quia vsufructuarius non est dominus rei,in qua constitutus est vsusfructus, sed tantùm habet ius fruendi. *Er mag es allein geniessen.* Ideoque non datur ei rei vendicatio,sed actio confessoria. §.æque si agat.j.de actionibus vbi principaliter tractatur materia seruiturum.Dico,vtẽdi,ad differentiã iuris, quod creditor habet in pignore,quo vti nõ potest, imò vtẽdo, *Wan er es gebraucht*,committit furtum.§.furtum autem.j.de obligatio. quæ ex delic.nascun.Dico,fruendi, ad differentiam vsuarij, qui tantum vti potest quãtum opus habet ad quotidianum vsum,non autem frui,sicuti vsufructuarius, qui fit dominus

Vsusfructus. *Actio vsufructuarij.*

pro

prouentuũ, & redituũ rei,ex qua debetur vsusfructus, modò ipse percipiat,& à terra separet.§.is verò.suprà de rer.diui.l.si fur decerperit.ff.de vsufruc.Dico, salua rerũ substantia:quia vsufructuari⁹ ita vti frui debet,ne ꝓprietas fiat deterior.Ideoq; si vsusfructus vineæ legatus esset,in locũ demortuarum vitium,vel arborum,vsufructuarius aliâs substituere debet.§.sed si gregis.suprà de rer.diuisio.*

Cognata vsusfructus sunt,vsus,habitatio,& quasi vsusfructus.De vsu& habitatione ĩ.dicemus. Quasi vsusfructus verò
†est in rebus,quæ vsu cõsumunt̃,vt vino, oleo, frumẽto, 9
pecunia numerata,&c.Et dicitur ideo quasi vsusfructus,q́a nõ põt esse in huiusmodi rebus salua rerũ substantia: aut si salua manet substantia,nõ potest vsufructuarius vti & frui. Et sic nõ cõuenit cũ definitione vsusfructus. Constituitur antẽ quasi vsusfructus,pręstãdo cautionẽ de restituẽdo tantundẽ pecuniæ,olei,siue vini,&c.vel æstimationẽ earũdem
finito vsufructu, quæ cautio loco proprietatis soluẽdæ habetur.Est†autem vsusfructus duplex :formalis, & causalis. 10
Formalis dicitur,quãdo vsusfructus separatus est à proprietate,de quo loquitur propriè titulus noster. Causalis verò est,quando cõiunguntur proprietas & vsusfructus, & nihil
aliud est in effectu,quàm plenum dominium.&dicitur illa 11
coniunctio,cõsolidatio.§.nã cedẽdo.hîc tit.nostro. Causæ vsusfructus†sunt,pactiones,stipulationes, cõtractus,testamenta,codicilli:vt si testator alicui vsumfructũ domus suæ legauerit.Item sentẽtia iudicis:vt si iudex vni proprietatẽ, alteri verò vsumfructum adiudicauerit.l. vsusfructus pluribus modis.ff.de vsufr.Causa†materialis sunt res corpora-
les,& incorporales,mobiles,& immobiles . Mobiles sunt, 12
quæ vsu non consumuntur,vt iumenta,pecudes,&c. Immobiles,vt prædia vrbana,& rustica, fundus , ædes, prata , vineæ,&c.Incorporales,vt iurisdictiones,decimæ,census, redditus,&c. Causa finalis,vti frui reb⁹ alienis.Effectus est,pa-
rere actionẽ cõfessoriam.§.æque.infrà de actio.Finitur†au 13
tẽ vsusfruct⁹ multis modis. Primò,morte vsufructuarij. Secundò,maxima,& media capitis diminutione. Tertiò,nõ vtendo decem annis inter præsentes,& viginti inter absentes.l.an vsusfructus.ff.de vsufru. Quartò, mutatione rei,in qua debetur vsusfructus:vt si in domo fuerit relictus:vsusfructus,& illa exusta fuerit.vel deciderit:vel si sit in area relictus

Vsufructuarius autem an possideat ingẽs antinomia est duarũ legũ.l.naturaliter de acq. pos. & l. certè. §. is qui rogauit. de præ car.

Vsusfructus quotuplex.

Finiendi vsusfructus modi.

lictus,& posteà factũ sit ædificium:vel si habeam vsumfructum agri alicuius,qui posteà fit stagnum, vel econtra:vel in sylua cædua,vbi posteà agri parati sunt,&c.In istis,& similibus casibus cessat vsusfructus, quia res est mutata.l.si ager,cum similibus.ff.quibus mod.vsusfructus amit.

Quintò,cõfusione,vt si vsufructuarius nanciscat͛ proprietatẽ,& ecõtrà,l.si seruus.ff.quibus modis vsufr. amittatur.

14 *Vsus.* Vsus,†dicitur ius cũ cautione vtendi rebus alienis, salua rerum substãtia.Dico,cum cautione: quia vsuarius tenetur satisdare de vtendo arbitio boni viri,id est, iudicis, & de restituendo eo quod restabit.l.huic.§. sed & vsus. ff. vsufr. quomodo caue.Dico,vtendi tantùm,ad differentiam vsusfructus,in quo est quoque ius fruendi, quod hîc non habet locum.Ideoq; is,qui vsum fundi alicuius habet : fructibus, pomis,oleribus,floribus,oleo,fœno,&c.& aliis rebus,quæ in fundo nascuntur, tantùm quòd ad victum suũ proprium *De differẽtijs vsus & vsusfruct⁹ remißiuè.* necessarium,& suorum,vel interdum etiam cõuiuarum, siue hospitum,quos recipit,nec aliquid, quod vltra victũ superit,vendere vel alienare potest,quod tamẽ vsufructuario permissum est.Sunt quoque aliæ differentiæ inter vsum

15 & vsumfructum,quas poteris colligere in Ioan.de Pla.hîc. *Quomodo constituatur vsus.* Fit†autem vsus dupliciter:Aut constituitur in rebus immobilibus,vt fundo,&c.& potest vsuarius vti omnibus rebus, quæ inde nascuntur. Aut constituitur in rebus mobilibus, *Vsus ouiũ.* vt grege ouium.& subdistingue, Aut ea , quæ inde prouenjunt,in vsu tantùm sunt, non autem in fructu : & cedunt vsuario.Aut non tantum sunt in vsu, sed quoque in fructu: & non cedunt.Exemplum:Si vsus pecorum,vel ouiũ, legatus esset,certum est,vsuarium lacte, lana, & agnis vti non posse,vel tantùm modicè:quia in fructu sunt, & nõ in vsu. §.in pecudum.i.de rerum diui. Ad stercorandũ autem agrũ pecoribus legatis vti posset.§.sed & si pecorum.cum §.seq. hîc tit.nostro.Causæ eædem sunt,quæ sunt vsusfructus, vt hîc tit.nostro.Effectus est vti rebus alienis.Finitur quoque vsus illis ipsis modis,quibus vsusfructus.

16 *De habitatione.* Habitatio,†est ius separatum ab vsu & vsufructu in habitãdo cõsistens,& tãtùm in domo constituitur. Dico tantũ in domo,ad differentiã vsusfructus,& vsus,qui in omnibus aliis rebus constitui possunt,modò vsu nõ cõsumantur. Secundò differt habitatio ab vsufructu,& vsu,quia ius habitationis

tionis finitur tãtũ morte inhabitantis.Ea aũt pluribus modis amittuntur,vt dixi.Tertiò,differt ab vsu, quia vsuarius ius suũ alteri locare non potest:is autẽ,qui habitationẽ habet,locare,& gratis cõcedere alteri põt.Et in hoc casu cõuenit cũ vsufructu.Cũ vsu quoq; cõuenit habitatio, q̃a eas personas ad se recipere põt inhabitans, quas recipit vsuarius.Cũ vtroq; cõuenit, ꝙ easdẽ habet causas, quas illę seruitutes.Secundò,ꝙ nõ transit ad hęredes,sicut nec illa duo iura.Vide Io.de Plat.hîc.Causę habitationis,vt diximus eędẽ sunt,quæ vsusfructus,& vsus,de q̃bus supra.Effectus est, habitare in alienis ædibus.Finit̃ aũt habitatio morte illius, qui inhabitat,nõ autẽ aliis modis, q̃bus vsusfructus tollit̃.

VERS. *Iter,actus,via.*

Differentia† inter iter,actum,& viam hæc est,quòd qui habet iter,ius habet eũdi & ambulãdi,siue ipse eat,siue sella vel lectica vehat̃,siue equo,alióve quocũq; animali insidat,iumentum tamẽ & vehiculum ducere non potest. Qui verò actũ habet,primùm habet omnia iura itineris,& præterea plaustrum,& iumentũ ducere potest. Viam verò qui habuerit,tam ius itineris,quàm actus habet,& pręterea ius trahendi lapides,& ligna,ferendiq; erectã hastam,hoc est, ius habet ducẽdi exercitũ,siue peditatum, per alienũ agrũ, modò fructus non lædat.l.qui sella.ff.de serui.rust.prædio. 17 *Iter.* *Actus.* *Via.*

Aedificii.)factis causa inhabitandi.

Et si in villa ædificata sint.) Econtrà omnia ædificia non causa inhabitandi, sed reponendorum fructuum gratia facta,rustica prædia dicuntur,etiam si sint in vrbibus.

§. *Ideo autem hæ.*

Id est,seruitus† est relatio,quæ versatur inter duo extrema,inter fundamentum, & terminum. Fundamentum est prædium,in quo hæret seruitus,& ex quo debetur. Terminus verò est fundus,siue prædium,ad quod respicit,siue cui debetur seruitus.Ideóq; sine istis prædiis seruitus esse non potest,sicuti accidens non potest esse sine subiecto. 18 *Seruitutẽ sine prædio nõ esse tanquã accidens sine subiecto.*

Ius in corpore.

Id est,in re aliqua immobili,q̃ si fuerit mutata, & ipsum ius vsusfructus sublatũ est:vt si ager,in quo debetur vsusfructus,fit piscina.Est aũt vsusfructus,quoq; relatio,quæ versatur inter duo extrema,inter fundamentũ & terminũ.Fũdamẽtũ est ipsum corp⁹,siue res immobilis,in qua debet̃ vsusfruct

fructus. Terminus verò est persona, cui debetur vsusfruct⁹.

VERS. *Item alij vsumfructum.*

Id est, testator potest eundem fundum duobus simul legare, vni vsumfructum, & alteri proprietatem.

Caueatur.) Scilicet de restituendo, vino oleo, &c. vel eorum æstimatione, vsufructu finito.

Satisdet.) Pignoribus, vel fideiussoribus.

Capite minueretur.) In seruitutem redigeretur, vel deportaretur.

Per cautionem.) Quæ scilicet loco proprietatis habetur.

Maxima.) Id est, seruitute.

Media.) Id est, deportatione.

Cedendo extraneo.) Id est, cedendo ius ipsum vsusfructus nihil agitur, quia personæ inhæret, à qua separari non potest: commoditas tamen vendi, & cedi extraneo potest, etiam proprietario inuito.

Vtatur.) Vsufructuarius habet omnes fructus, tam naturales, quàm industriales, & potest de iis pro libito dispone re, nec tantùm ad vsum, sicut vsuarius.

Neq; his.) Id est, familiæ rusticæ, quæ ibi est fundi colẽdi causa, vrbanæ tñ licet molestus sit, pro- tereà nõ ꝓhibetur illic morari, vt colligitur ex l. si habitatio. §. pe. & vl. ff. eod.

VERS. *Nec vlli alij ius.*

Id est, cõmoditatem, quam habet vsuarius, alteri cedere, vel locare non potest, quod tamẽ vsufructuarius potest. Et sic intellige nõ de iure ipsius vsus, sed commoditatis: quia etiam vsufructuarius ius ipsum, hoc est, vsumfructum in alium transferre non potest. §. nam cedẽdo. suprà de vsufru.

Cum vxore.) Sine quibus vsus domus est inutilis. Nam vbicunq; in aliqua lege, siue dispositione, fit mentio de se, vel de sua persona, vel similibus, talia verba non solùm cõpræhendunt propriam personam, sed etiam alias, quas circa se habet necessariò, putà vxorem, liberos, & similes. l. iij. §. sed quod diximus. ff. de pec. leg.

Mẽtio sui ipsius quid complectat̃ cir tur in nostris libris.

Proprium aliquod ius.) Scilicet in domo tantùm consistens: aliis locare, & etiam gratis concedere potest. l. j. §. inter commodatum. ff. commodati.

VERS. *Exposuissemus.*) Continuatio ad seq. titulum.

De vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus. Tit. VI.

1 *Continuatio præcedentium titulorum ad ſequentes.*
2 *Quibus modis acquirantur dominia, de iure ciuili.*
3 *Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione.*
4 *Generalis poſſeſſionis definitio, definitionisq́; declaratio.*
5 *Poſſeſſio duplex eſt, naturalis, & ciuilis.*
6 *Ciuilis poſſeſſio eſt ius inſiſtendi rei corporali, non prohibita poſ poſſideri.*
7 *Qui habeant poſſeſſionem ciuilem ſine naturali.*
8 *Vtilitas, ſiue effectus ciuilis poſſeſſionis.*
9 *Naturalis poſſeſſio quid ſit.*
10 *Qui Dicantur habere naturalem poſſeſſionem.*
11 *Modi quibus acquiratur naturalis poſſeſſio.*
12 *Ad quid conducat habere rei alicuius naturalē poſſeſſionem.*
13 *Quomodo amittatur poſſeſſio naturalis.*
14 *Poſſeſſionis ſecunda diuiſio in poſſeſſionem iuris & facti, ac iuris & facti ſimul.*
15 *Vſucapionis, ſiue præſcriptionis definitio, definitionisq́; expoſitio.*
16 *Vſucapimus res mobiles, præſcribimus autem immobiles.*
17 *Vſucapio eſt duplex, triennalis, & annalis.*
18 *Quinque ſunt præſcriptionis ſpecies, quæ ordine explicantur.*
19 *Vſucapio eſt introducta vt finiat lites.*
20 *Quare in vſucapione transferatur dominium ipſo iure, & cur detur directa vendicatio rei.*
21 *Quibus modis interrumpatur præſcriptio.*
22 *Res furtiuæ à furibus vſucapi nunquam poſſunt, ſed ad emptore bonæ fidei ſpatio triginta vel quadraginta annorum præſcribi poſſunt: ſecus in emptoribus malæ fidei.*
23 *Hæres & defunctus habentur per fictionem iuris pro vna eademq́; perſona.*



IN †ſuperioribus ti. libri ſecūdi diximus, quibus modis de iure gētiū res ſingulorū dn̄io noſtro ſubiiciantur: ſequitur nūc cauſę iuris ciuilis, quæ ſunt, duplices. Aut †acquirim⁹ res dn̄ia ſigillatim, aut per vniuerſitatē. Sigillatim acquirimus per vſucapionē, præſcriptionē, legatū, donationē, fideicōmiſſum ſingulare. Per vniuerſitatē verò cōſequimur. Primò, aditione hæreditatis, quæ fit duobus modis, ex teſtamēto, & ab inteſtato. Secūdò, agnitione bonorū poſſeſſionis. Tertiò, arrogatione. Primùm itaq; de vſucapio 1 2

De acquirendo dominio per Ius ciuile.

capio

capione & præscriptione dicemus:quia autē vsucapionis &
3 præscriptionis causa est possessio,iuxta regulā, Sine† possessione præscriptio nō procedit.c.fine possessione.de reg.iu. in vj.Dicitur aūt possessio,quasi pedū positio:quia naturaliter tenet ab eo,qui insistit.l.j.ff.de acq.poss. Possessio † in
4 genere,est ius insistēdi rei corporali nō ꝓhibitæ possideri. Bar.in l.j.ff.de acqui.pos.Dico,ius insistēdi, ad differentiam seruitutū,dominij,obligationis,actionis, & similium specierum iuris.Dico,rei corporali, ad differētiā rerū incorporalium,quæ propriè nō possidētur,sed quasi possidētur. Dico, nō ꝓhibitæ possideri,propter res sacras,sanctas,& religiosas,quæ possideri nō possunt,vt sup.dixim⁹. Cognata possessionis sunt,quasi possessio,& detētio. Quasi possessio est in rebus incorporalib⁹,detētio verò in pignore, commodato,

Possessio.

5 & similibus.Est † aūt possessio duplex. Naturalis & ciuilis.
6 Ciuilis possessio † est ius insistēdi rei corporali,nō ꝓhibitę possideri.i.causam præbēs præscriptioni, & vsucapioni, ex quibus deinde seqtur dñiū aptū producere ciuiles effectus respectu veri dñij.Dico,aptū ꝓducere ciuiles effectus respectu veri dñij,qa per eiusdē possessionē inducitur vsucapio& præscriptio,quæ sunt effectus possessiōis,& causæ dñij.Præscriptione enim completa,bonę fidei fit possessor dominus. Secūdò,ad differētiā naturalis possessionis. quæ nō est sufficiēs ad producēdā vsucapionē, & præscriptionē.l.acquirit. §.fi.ff.de acq.rer.do.nisi mala fides defuerit : nā tunc & illa producit vsucapionem:vt Bar.in d.l.j.ff.de acq.pos. Sūt autē illæ duæ possessiones plerūq; cōiūctæ & in certis tātùm ca-
7 sib⁹ separatæ.Nā† ciuilē possessionē à naturali separatā, habēt illi tātū.Primò,proprietarius.Secūdò,dñs Emphyteusis. Tertiò,dñs feudi.Quartò,dñs soli.Quintò,præcariò concedens. Sextò cuius bona occupātur cùm abest: nam in absentia,si neminē domi reliquit,&alius eius bona occupat,amittit absens naturalē possessionē,ciuilē tñ retinet.l.clā possidere,§.q ad nundinas.ff.de acq.vel amit.poss. Ex prædictis vides ꝙ causa retinendæ ciuilis possessionis, est ipse conat⁹ animi,quē quis retinet in mēte,vt possessionē de facto, vel naturaliter amissam,recuperet. Et ideo ciuilis possessio dicitur intellectualis possessio ꝓpterea ꝙ in aīo,& in intellectu cōsistit,secundū Ias.in d.l.j.ff.de acq.poss.Exēplū : Si aliquis princeps per vim expellitur à possessione rerū suarum,

Ciuilis & naturalis posses.quādo separentur.

per

per hoc amittit naturalẽ poſſeſsionẽ, ciuilẽ autem retinet, quãdiu toto mẽtis conatu innititur, vt naturalẽ recuperet. Effectus † ciuilis poſſeſsionis eſt, producere dñiũ, mediante 8
vſucapione,& præſcriptione. Secũdò, impedire præſcriptionẽ in eo, qui tãtũ naturaliter poſsidet. Cõiter tñ ſunt cõiũctæ naturalis & ciuilis poſſeſsio. Tertiò, in eo, cuius bona occupata ſunt in abſentia, tribuit abſenti,& ſic ciuiliter poſſidẽti, acquiſitionẽ fructuũ. In aliis tñ caſib⁹ ciuilis poſſeſsionis nõ eſt itẽ: quia vſufructuari⁹, vaſallus, colonus,&c. qui naturaliter tãtũ poſsidẽt lucrãtur fructus. Ergo proprietarius, dñs feudi,& ſimiles, qui similẽ poſſeſsionẽ habẽt, nõ lucrantur. Naturalis poſſeſsio, † ſeiuncta à ciuili, eſt ius inſiſtendi 9
rei corporali, nõ ꝓhibitæ poſsideri, aptũ ꝓducere ciuiles effect⁹, reſpectu alicuius iuris à dominio ſeparati,& reſpectu naturaliũ acceſsionũ. Dico, reſpectu alicuius iuris à dñio ſeparati, q̃a poſſeſsio naturalis tãtũ, nõ reſpicit dñiũ, nec vſucapionẽ, ſed tãtũ ius pcipiẽdorũ fructuũ: ſicuti videmus in vſufructuario, vaſallo,& ſimilib⁹, qui habẽt naturalẽ poſſeſsionẽ tãtùm. Non tñ ad hoc vt mediãte vſucapione & perſcriptione plenũ dominiũ conſequantur, ſed tantùm vt fructus ſuos faciãt: ſemper enim recognoſcũt alios dominos, vſufructuarius proprietariũ, vaſallus dominũ feudi, emphyteuta dominum emphyteuſis,& ſic de ſingulis. Et ſic naturalis poſſeſsio propriè dicitur, qñ quis corporaliter ipſam rem poſsidet per ſe, vel per aliũ. Et illa dicitur quoq; corporalis poſſeſsio, nomen habens à pedũ poſitione. d.l.j.ff. de acqui. poſſ. Et ſic nota breuibus, ꝙ naturalis poſſeſsio acquirit̃, & retinet̃ corpore: ciuilis autẽ vnà cũ naturali, corpore & ſic appræhẽſione quidẽ acquirit̃. animo tñ,& mẽtis conatu retinetur, naturali amiſſa. Naturalẽ † aũt poſſeſsionẽ ſeiunctã à 10
ciuili habẽt, vſufructuarius, emphyteuta, vaſallus, ſuperficiari⁹, præcariò poſsidẽs,& occupans abſentis bona. Quod ad cauſas naturalis poſſeſsionis attinet, diſtingue. Aut poſſeſſio † eſt vacãs, id eſt, ꝙ nemo poſsidet, vt in rebus, quæ ſunt 11
de ſui natura nullius, requirit̃ appræhẽſio actualis. Quò refer occupationem cũ ſuis ſpeciebus, de quibus ſuprà in §. feræ igitur beſtiæ. de rer. diui.& in l.j. in prin. ibi, nã hæc protinus eorũ ſiũt, ff. de acq. poſſ. Aut poſſeſsio non eſt vacans, ſed aliquis iã poſsidet: Et ſubdiſtingue, Aut prior poſſeſſor nõ tradit volẽs: & iterũ requiritur appræhenſio. l. q̃d meo. §. ſi. ff.

fi.ff.de acqui.poss. Aut prior possessio tradit volẽs:& quæritur possessio multis modis. Primò appræhensione. Secundò, per solũ aspectũ. Tertiò, per introitũ in partem illius rei possessæ.l.possideri.in prin.ff.de acqui.poss. Huc refer quoq; missionẽ Iudicis ex secũdo decreto. Nec refert siue quis ipse, siue alius eius nomine depræhẽdat, aspiciat, siue intret in possessionẽ, modò sit habilis persona, quæ possit acquirere possessionem, vt non pupillus sine tutoris authoritate, & c.d.l.j.§.adipiscimur.ff.de acqui.poss.

12 *Vis naturalis possessionis.* Effectus † naturalis possessionis est, quòd naturaliter possidens facit fructus suos. Fallit in eo, qui occupat absentis bona: tamẽ & illa possessio suum effectum habet. Licet enim occupans absentis bona, propter naturalẽ possessionẽ non potest se defendere cõtra ciuilẽ possessionẽ, id est, absentẽ, tamẽ habet ius detinendi contra extraneũ, interdicto, scilicet vti possidetis. Secũdò si vi expulsus fuerit naturalis possessor, etiã à vero dominio, hãbet interdictũ, vnde vi, quo recuperat suam naturalem possessionẽ.l.j.§.qui autẽ à me.ff.de vi & vi arma.§. recuperandæ.cum seq.j.de interdi.

13 *Interitus natu. poss.* Amittitur † autem possessio naturalis multis modis. Primò, possessio rei mobilis amittitur, si res demergatur in mari, vel flumine.l.Pomponius.in prin.ff.de acquir.poss. Secundò, si clanculum surrepta, vel per violentiam amota est.l.rem, quæ nobis.ff.de acquir.poss. Tertiò, ferorũ animaliũ possessionẽ amittimus, cùm naturalẽ facultatẽ & libertatẽ assecuta fuerint.§.cùm verò suam.sup.de rer.diui. Rei immobilis possessio amittitur primò inundatione, vt si prædiũ inundatũ sit.l.possideri.§.Labeo.ff.de acquir.vel amit.poss. Secundò, si latronum & hostiũ potentia prohibeat possidere.l.cùm vnus.§.fin.ff.de bo.auth.iudi.possiden. Tertiò, illatione mortui causa perpetuæ sepulturæ, quia res fit religiosa de iure ciuili. Quartò, mutatione conditionis, siue status possessoris, vt si possessor factus sit seruus. Quintò, si possessor à iudice iussus ex primo decreto, nolit vicino cauere de damno infecto, mittitur vicinus ex secundo decreto in eius possessionẽ, & sic amittitur.l.qui vniuersas.§.j.& ij.ff.de acqui.pos. Sextò, si possessor lõgo tpe abfuerit.l.furtum.§.fundi.ff.de vsuc. Possessio aũt ciuilis amittitur solo animo, qñ scilicet quis reliqt illũ animi conatũ, recuperãdæ possessionis naturalis.l.quemadmodum.& l.possideri.§.in amittẽda.ff.de acq.vel amit.pos.

Est

Eſt† & alia diuiſio poſſeſſionis. Quædã enim dicitur poſ 14
ſeſſio iuris tantũ,cũ ſcilicet quis poſſidet rẽ, quã iure poteſt
poſſidere ; vt ſi miles vel nobilis poſsident Feudũ,vel cleri
cus beneficiũ eccleſiaſticũ. Quædã eſt facti,vt ſi quis poſsi
det ſciẽter rẽ alienã,vel eã,q̃ poſsideri nõ poteſt,vt ſacram,
ſanctã,religioſam,liberũ hominẽ,res pupilli,&c. Quædam
verò dicitur iuris,& facti ſimul : vt qñ quis rem alienã quæ
nõ eſt ꝓhibita poſsideri,animo & corpore poſsidet. Poſſeſ
ſio em̃ animi,id eſt,ciuilis,põt dici iuris poſſeſsio,& poſſeſ-
ſio corporalis põt dici facti. Vide glo.in c.ſine poſſeſsione.
in verb.ſine poſſeſsione.de reg.iur.in vj. Hæc præmiſimus,
vt materiã vſucapionũ & præſcriptionũ eo facilius intelligi
poſsit,q a,vt diximus, poſſeſsio cauſa eſt vſucapionis & præ
ſcriptionis.ideo de ea præmittẽdũ erat. Nũc itaq; dicemus
de effectu poſſeſsionis,de vſucapione.ſ.& de preſcriptione.

Poſſeſsionis alia diuiſio.

Noſtri in princ. ff.de acqui.poſſ. toti ſe effundũt vaniſsime,vt probẽt poſſeſsionẽ vel eſſe iuris ſolum,vel facti. huiuſmodi nugis ſi delecteris, eò te confer.

Eſt † itaque vſucapio, ſiue præſcriptio ius, rem alienam 15
meam faciens quam præſcripto à legibus tẽpore,bona fidẽ
& iuſtó titulo continue poſſedi. Dico,præſcripto à legibus
tẽpore:quia ad hoc vt præſcriptio valeat,requiritur in vſu-
capione rei mobilis de iure cõmuni ſpatium trieñij, & de
iure Saxonũ ſpatium vnius anni,anni & dierũ:& rei immo-
bilis,ſpatium decennij inter præſentes ; & viginti inter ab-
ſentes de iure cõmuni:de iure Saxonum verò ſpatium xxx.
annorum,anni & dierum. Dico,bona fide:quia ſi quis ſciẽs
rem alienã,aut vitioſam,vt ſacram,ſanctã,religioſam,libe-
rum hominem,res pupilli,&c.& ſimiles à legibus poſsideri
prohibitas,poſſederit,mala fide dicitur poſsiderẽ ; nec vſu-
capit etiam longo tempore.l.vbi.ff.de vſucapio.c.vigilanti.
extrà,de præſcriptio.c.poſſeſſor malæ fidei.de reg.iuris.lib.
vj.Dico,iuſto titulo:quia ad hoc vt poſſeſsio inducat vſuca-
pionem, requiritur quòd præcedat titulus verus, vel puta-
tiuus,quales ſunt modi acquirẽdi rerũ dominia, de quibus
ſuprà de rerũ diuiſio.Item tituli pro ſoluto,pro hærede,pro
emptore,pro dote,pro ſuo,&c. Dico,poſſedi:quia ſine poſ-
ſeſsione ciuili,præſcriptio nõ procedit.c.ſine poſſeſsione.de
reg.iur.in vj. Dico,continuè poſſedi,quia poſſeſsio non iu-
uat,ſi fuerit interrupta : quæ interruptio, vſurpatio dicitur.
l. ij.ff.de vſucap. Differunt † autem vſucapio & præſcriptio, 16
quòd vſucapio habet locum in rebus mobilibus, Præſcript.
autem in rebus immobilibus.Eſt autem † vſucapio duplex, 17

Diſcrimen vſuc. & pr.

triennalis,& annalis. Triennalis habet locũ in rebus immobilibus de iure communi. Annalis & dierum habet locũ in
18 rebus mobilibus de iure Saxonum. Præscriptio † autem de iure cõmuni est quintuplex. Prima est longi tẽporis, decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, quæ habet locũ in quibuslibet rebus non vitiosis priuatorum bona fide possessis:& de hac loquitur tit. noster. Secunda est longissimi tẽporis xxx. vel xl. annorũ qua potest præscribi res furtiua, vel vi possessa, bona fide tamen acquisita. Itẽ pignus à tertio quodam possessum. l. sicut in rẽ. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. Itẽ habet hæc præscriptio locũ quãdo præscribendum est cõtra principẽ, vel Rempu. vel Ecclesiam, vt in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Et præscriptio xxx. annorum habet quoque locum in omnibus actionibus personalibus ex cõtractibus ortis. l. sicut. C. de præscri. xxx. vel xl. annorum. Est & præscriptio annalis, vt primò actiones iniuriarum ex conuitiis ortæ, secundum glos. in §. sed & lex Cornel. in verbo introduxit. Inst. de iniur. Itẽ omnes actiones prætoriæ, pœnę persecutoriæ. Insti. de perp. & tẽp. actio. in princ. Præterea est præscriptio biennalis, vt actiones de dolo. Postremò est præscriptio quinquennalis vt querelæ inofficiosi testamenti. l. si quis filium. in fi. C. de inoffi. testa. Vide quæ notantur in d. §. j. Insti. de perpe. & tempo. actio. Tertiò est præscriptio tanti temporis, cuius initij non extat memoria quæ habet locum in seruitutibus discontinuis, vt aquæ ductu, &c. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. & l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. & c. super quibusdam. de verb. signi. Quartò est præscriptio quatuor annorũ, quæ competit contra fiscum vendentẽ rem alienam, vt hîc. §. fin. & l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. Quintò est præscriptio centum annorum, quę habet locum contra Romanam ecclesiam. d. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.

Præscriptio quotuplex.

Querelæ inofficiosi testamen.

Causa vsucapionis siue pscriptionis ꝓpinqua, est cõtinua possessio, mediãtibus statuto tẽpore bona fide, & iusto titulo. Causa remota est ius ciuile, quod introduxit vsucapionẽ.
19 Causa finalis † est vt sit litium finis. arg. l. fi. ff. pro suo. Et respexit ius ciuile in introductione vsucapionis ad ius naturale, quod habet cõmunẽ societatẽ seruãdam esse. Illa enim cõseruari non posset, nisi certus terminus litibus esset præscriptus. Ideo si quis intra terminũ à iure pręscriptũ res suas non

Quorsum introducta vsucapio.

non petierit, cẽsetur eas habere pro derelicto, & earũ oblitus esse, quia tẽpus inducit obliuionẽ, obliuione autẽ amittitur dominiũ. Vide gl. hic, in verb. absentiã. in §. quod autem.

Effectus vsucapionis est, quod vsucapiens factus est dominus rei alienæ vsucaptę ipso iure. l. traditionib. C. de pact. Præscriptionis verò effectus est quoque trãsferre dominiũ, non tamẽ ipso iure, sed ope exceptionis, obiicitur enim exceptio præscriptionis domino petenti rem præscriptã. Itẽ si præscribens possessionẽ rei præscriptæ casu amiserit, post præscriptionem completam, parit vtilem rei vendicationẽ, l. si quis emptionis. C. de præscript. xxx. vel xl. annorum. Et glo. hic in prin. in verb. domina rerum. Ratio † autem quare in vsucapione dominium ipso iure transfertur, & datur rei vendicatio directa, hæc est, quia mobiles res vsucapiuntur, quamdiu est vilis, & facilis dominij trãslatio: in præscriptione autem sunt res immobiles, quæ sunt pretiosiores: ideóque ipsarum dominia non tam facile trãsferuntur ipso iure, sed ope exceptionis. Vide glo. hic in verb. Dominia. in fi. Interrumpitur † autem præscriptio duobus modis, naturaliter, & ciuiliter. Naturaliter, primo per inundationem maris vel fluminis. Secundò, si quis è possessione eiectus fuerit. Tertiò, si res mobilis alicui surrepta fuerit. l. naturaliter. ff. de vsucap. l. possideri. §. Labeo. ff. de acquir. poss. Ciuiliter verò fit interruptio multis modis. Primò, si annali actione libellus fuerit oblatus, qualis est actio iniuriarum verbalis. Secundò, per litis contestatinem in perpetuis actionibus. Sunt quoque alij modi, quos vide in glo. cap. illud. in verbo. interruptio. extra de præscri. Vsucapio tamẽ in rebus mobilibus, per litis cõtestationẽm non interrũpitur. l. si post acceptum, cum gl. ff. de rei vẽdicatio. nisi in quatuor casibus specialibus quos habes in glo. l. vt perfectius. C. de anna. excep.

Vis & potestas vsucapionis.

20

21 *Interrumpendæ præscriptionis causæ.*

§. *Furtiuæ quoque res.*

22 De rebus furtiuis & vi possessis ita distingue: Aut † fures, siue violenti possessores ipsi possident: & nunquam possunt vsucapere, maxime secundum ius canonicum: quia sunt malæfidei possessores. c. possessor malæfidei. de regul. iur. in vj. Aut quidam acquisiuit ab eis: & subdistingue, Aut mala fide acquisiuit, id est, sciens rem furtiuam vel vi possessam emit: & quoque non pręscribit. d. c. possessor malæfidei. Aut bona fide acquisiuit, id est, putauit alienantem dominum esse,

Furtiuæ, & vi possessores, an præscribantur.

& præscribit de iure Codicis spatio xxx. vel xl.annorum.l. omnes.& l.sicut.C.de præscript.xxx.vel xl.annorum.

§. *Sed tamen.*

In præcedentibus tradidit regulã, ꝙ res vitiosæ non possent vsucapi,inter quas recensuit quoq; res furtiuas: Et definiuit furtũ cõmitti,quotiescunque res aliena,etiã ex aliqua causa tradita fuerit.Isti' regulæ in hoc §.ponit limitationẽ.

Vsucapiatur. Vt si quis emit rem alienam ab eo,qui nescit alienam,vsucapere potest: cessat enim ratio furti,cum venditor vt suam alienauerit.

§. *Error autem.*

Hic §.loquitur de errore proprij facti, qui facile potest deprahẽdi:vt si quis credat se emisse,quum tamẽ non emerit,vsucapio nõ procedit.secus autem,si quis errat ex facto alieno : vt si hæres credat defunctum rem emisse,licet non emerit,non impeditur vsucapio;quia est probabilis ignorantia.l.si.ff.pro suo.& l.qui in alterius.ff.de reg.iur.

§. *Diutina possessio.*

Continua ri præscriptionẽ per hæredem.

Scilicet,si defunctus incœpit præscriptionem possidẽdo, & mortuus fuerit, poterit hæres continuando præscriptionem implere:quia defunctus † & hæres censentur vna eadémque persona iuris fictione.tex.est in Auth.de iuramen. à mod.præsti.in princ.col.v. 21

VERS. *Bonorum possessori continuatur.*

Ratio est, quia non attenditur nec mala, nec bona fides hæredis, sed tantũ defuncti:& ideo si defunctus nouẽ annis prædium aliquod bona fide, & iusto titulo possederit, & posteà hæres eius vno anno cũ mala fide, sciẽs scilicet prædium alienum esse, nihilominus præscriptio completa est.

VERS. *Quod si ille.*

Id est,si defunctus mala fide possedit rẽ per octo annos, & post mortẽ eius hæredes per bienniũ bona fide,nesciẽtes scilicet rem alienã esse,possederint,præscriptio cõpleta non est, propter malam fidem defuncti. Si autem hæredes post mortem defuncti decem annis illam rem continue & bona fide possederint,tum præscriptio cõpleta esset : quia possessio patris malæ fidei in hoc tempus non esset computata.

§. *Inter venditorem.*

Id est, Si venditor incœpit præscriptionẽ,emptor potest eam complere. In hoc tamen differt à superiori casu, quod in

in vtroq;, id est, emptore & vẽditore, requiritur bona fides. *Etiam à venditore in emptorem continuari præscriptionẽ.*

§. *Edicto diui Marci.*

Si quis emit rem à fisco, statim securus est: fiscus tamen tenetur intra quadrienniũ respondere illis, qui aliquod ius in illa re prætendunt. l. fi. C. de quadrien. præscrip.

VERS. *Nostra autem.*

Quasi diceret, Idem iuris est de patrimonio, siue priuata substantia Imperatoris, & Augustæ, quod est de bonis fisci: sicuti enim emens rem alienam à fisco, statim securus est, nec potest conueniri: ita quoque emẽs rem alienam ab Imperatore vel Augusta, statim securus est. Imperator tamen, siue Augusta de pretio conueniri possunt intra quadriennium. Item, sicuti res fisci præscribuntur tantùm spatio quadraginta annorum, ita quoque res priuatæ Imperatoris & Augustæ.

De donationibus. Tit. VII.

1 *Donatio propriè non est contractus.*
2 *Donatio quæ sit, & quare sic dicta.*
3 *Duæ donationis sunt species, donatio impropria, & donatio propria.*
4 *Impropria donatio quæ dicatur, & quomodo subdiuidatur.*
5 *Sponsalia largitas, & donatio propter nuptias quid differant.*
6 *Donationes ob causam, nisi conuentiones fuerint adimpletæ, possunt reuocari.*
7 *Definitio donationis causa mortis.*
8 *Donatio causa mortis quomodo fiat.*
9 *Donatio causa mortis tollitur per mortem donatarij, si fuit paterfamiliâs, & per pœnitentiam donantis.*
10 *Propria donatio quæ sit.*
11 *Donatio propria potest reuocari propter ingratitudinem donatarij erga donatorem.*
12 *Quando, & quomodo in causis iuris citari possunt authoritates Poetarum, Oratorum, Philosophorum, &c.*
13 *Argumentum ductum à contractibus ad modos acquirendi rerum dominia, valet.*
14 *Donatio propter nuptias, olim dicta est donatio ante nuptias.*
15 *Ius accrescendi in contractibus, & actionibus inter viuos non habet locum, sed in vltimis voluntatibus sic.*

Donatio contrahit origine à iure gētiū, iure ciuili perficitur. N hoc titulo habes aliū modum, quo res de iure ciuili nostræ fiunt, donatione scilicet. Licet donatio quò ad materiā sit iuris gentiū, tamen quia ius ciuile formam addidit, dicitur hic modus iuris ciuilis esse.

1 Nota † autem obiter, donationem, propriè loquēdo, nō esse cōtractum. Cōtractus enim est obligatio vltro citróq; obligatoria l. Labeo. §. contractum. ff. de ver. & rerum sig. quæ definitio nō cōuenit donationi: nulla enim inest obli-

2 *Donatio an sit contractus.* gatio. Est itaque Donatio, † quædam mera liberalitas, quæ nullo iure cogente conceditur. l. donari. ff. de dona. Et dicit donatio, quasi doni datio. l. senatus. §. donatio. ff. de mor. caus. dona. Dico, mera liberalitas: quia si fit ex necessitate, donatio non est. l. rem legatam. ff. de alimen. leg. Secūdò, si fit ob causam, vt quia aliquē instituisti, quoq; non est donatio, sed remuneratio, *Ein Vergleigchung se mer nuche.* Est au

3 *Donatio duplex.* tē † donatio duplex, Impropria, & ꝓpria, siue absoluta. Impropria est, quando quid datur, vt tū demū accipientis fiat, cùm aliquid fuerit secutum. Et ea diuiditur in donationem

4 ob causam, & donationē conditionalem. Donatio † ob causam est, quę interponitur vt à donatario aliquid fiat, vel nō fiat, qualis est sponsalitia largitas, & donatio propter nu-

5 *Spōsalitia largitas.* ptias. Dicitur autem sponsalitia † largitas, quæ fit à sponso sponsæ, & ecōuerso, ante nuptias, in qua est licita causa matrimonij, quia matrimonij intuitu fit. De qua in l. si à sponso. C. de dona. ante nup. Donatio ꝓpter nuptias. (*Gegenwer machunge*) quā facit sponsus sponsæ in recompensationem dotis, ad hoc vt sponsæ soluto matrimonio sit consultum. Huius autem donationis causæ sunt pactiones, siue in scriptis, siue sine scriptis fiant, & potest augeri, si dos fuerit au-

6 *Reuocatio donationum ob causam.* cta, vt seruetur æqualitas vtrinq;. §. sed tamen. hîc titu. nostro. Reuocātur † autem donationes ob causam, si donationes accipiens, conuentiones habitas adimplere noluerit. l. generaliter. C. de reuoc. donat. Auth. dos data. C. de dona.

Donatio sub conditione. ante nupt. Donatio sub conditione est, quæ fit in euentum, si aliquid fuerit secutum, qualis est donatio mortis causa. l. j. & l. senatus. ff. de donatio. causa mortis.

7 *Donatio causa mortis.* Est autem donatio † causa mortis, cùm donās magis vult seipsum habere, quā eum, cui donat, & magis eum, cui donat, quàm hæredē suum. §. in summa. hîc titu. nostro. Dico,

mortis

mortis causa,quia hac donatione requiritur, ꝙ fiat mortis mẽtio:alioqui habetur pro donatione inter viuos, secundu gl.hîc in ver.si quid humanitus. Est autẽ per omnia æquata legatis,& fideicõmissis particularib⁹.§. hæ mortis hic tit.nostro.Causa †istius donationis est pactũ,siue stipulatio,cũ cõsensu vtriusq; corã quinq; testibus, scriptura interueniẽte,vel nõ,modò mors donatoris sequatur,secundũ gl.hîc in ver.cõstitutio.Tollitur† autẽ hæc donatio, primò morte donatarij,si donatarius fuit paterfamiliâs: si fuit filiusfamilliâs,vel seruus,durat nihilominus donatio,in persona patris,siue dñi.l.si filiofamiliâs.cum simil. ff. de mor. cau.dona.Secũdò,tollitur per pœnitẽtiã, siue reuocationẽ donatoris.Est enim eius volũtas vsq; ad mortẽ mutabilis, & ambulatoria.l.non videtur.ff.de mor.cau.dona. Propria †verò donatio est inter viuos,quæ fit cũ quis ex mera liberalitate,purè,sine aliqua cõditione, vel causa dat, vel promittit,vt statim velit accipientis fieri,nec vllo casu ad se reuerti.d.l.j.ff.de don.Dico,ex mera liberalitate: qa donator nõ debet astrict⁹ esse ad dandũ,nec donatarius ad aliquid faciendum.l.hoc iure.§.si quis seruo.cum §.seq.ff. de dona. Dico,purè,siue aliqua cõditione,vel causa: quia si vnũ illorum depræhẽditur,nõ est propriè donatio.l.j.& l.hoc iure. §.Labeo.ff.de donat.Dico,vt stãtim velit accipientis fieri: qa repetitio nõ habet locũ,sicuti in donatione mortis causa,vel in donatione ob causam,causa nõ sequuta. d.l.senatus.§.j.de mor.cau.do. Causa istius donationis est ipsa traditio,vel stipulatio,siue nudum pactũ. Vtcunq; enim neq; stipulatio,neq; traditio accesserit,tamẽ de iure nouo donatio valet.l.si quis argentũ.§.sinautẽ.C. de do. Et hoc verũ, siue in scriptis,siue sine scriptis celebretur, modò in pręsentia publicarũ personarũ insinuetur,si summa excedat quingẽtos aureos,vt hîc.§.& cũ retro.Reuocatur† autẽ illa donatio hodie ꝓpter ingratitudinẽ donatarij erga donatorẽ, veluti si atrocẽ iniuriã in eum effundat, vel manus impias inferat,vel iacturę molẽ ex insidiis suis inferat.Et est ratio, ne sit cuiq; licẽtia,& alienas res rapere,& liberalitatẽ irridere donatoris.Hanc tamen reuocationẽ tantũ habet donator,nõ autẽ eius hæredes.l.generaliter. C. de reuo. don.

[Margin: 8; 9 *Quomodo perimitur mortis causa donatio.*; 10 *Propria donatio inter viuos est.*; 11 *Pura donationis reuocatio.*]

Sic & apud Homerum.

Hic locus sumptus est ex XVII.Odyss.Cum enim Pyrrhæus

rhæus secum haberet dona, quæ Menelaus dedit Telema-
cho, iussit Telemachũ ea ad se recipere. Telemachus autẽ,
quia timebat,ne proci matris sibi mortẽ clanculũ inferrẽt,
& patrimoniũ suum inter se diuiderẽt,noluit tum recipere
dona Menelai.Dispo suit ergo hoc modo, Si proci me clan
culum interfecerint,tu Pyrrhæe retineto illa dona : si verò
ego eos oppressero,adferes mihi.Hîc mauult Telemachus
seipsum habere dona Menelai, quàm Pyrrhæũ , & mauult
habere Pyrrhæum,quã procos.Itaq; donatio mortis causa
dicitur:quia facta est mortis mentio.Et nota hîc obiter,ꝙ
authoritates Poëtarũ,Oratorũ,Philosophorũ, & Medico-
rũ in causis iuris citari & allegari possunt : quia hîc, & ĩ. de
emptio.§.itẽ pretium.& infra ad leg. Aqui.§. quod autẽ.&
in l.j.ff.de contrah.empt.& vẽdi.multi versus Homerici cĩ
tantur.Item in l.in tantũ.in fi.ff.de rer.diui.citatur testimo
nium Vergilij.Ita quoque in l.ij.ff.de leg.habes definitio-
nẽ legis ex oratione Demosthenis contra Aristogitonẽ,&
in l.Cicero.ff.de pœ.extat testimoniũ Ciceronis ex oratio
ne pro Cluẽtio.Similiter in d.l.ij.ff.de leg.extat Græca de-
finitio legis ex Chrysippo Philosopho & in l.seq. testimo-
nium Theophrasti.& in l.si pater.ff.de solu.citatur authori
tas Aristotelis.& in l.septimo mense.ff.de stat.homi. extat
12 authoritas Hippocratis Medici.Sed†hoc intellige, ꝙ cita-
ri possunt in his,quæ sunt suæ artis,vt putà cũ quæstio Phy
sica oblata fuerit,an scilicet puer natus septimo mẽse post
nuptias vel natus vndecimo mẽse post mortẽ patris , dica-
tur legitime natus.Hæc quæstio Physica est, ideo ex libris
Hippocratis,vel similiũ decidenda. Ad decisiones autẽ cau
sarum ciuilium illæ citationes necessariæ nõ sunt,sed tan-
tùm probabiles:ideo eis nõ statur,nisi validissima ratione
nitantur,vt colligitur ex l.sed diui.ff.de rerum diuisione.

Temere. Textus dicit temere , quia reuocari quidem po-
test propter summam ingratitudinem,vt diximus.

VERS. *Et ad exemplum.*

Id est,sicuti emptio perfecta est,etiam ante traditionẽ,
sic quoque donatio,& cogitur donator ad traditionem rei
13 donatæ.Et†sic nota obiter hîc , ꝙ valet argumentum du-
ctum à contractibus ad modos acquirẽdi rerum dominia
quia Imperator argumentatur hîc de venditione ad dona
tionem,& tamen donatio non est contractus propriè , sed
potius

Etiã exteros authores apud nos citari posse, cõtra plerosq; huius seculi sycophantas, qui cœnõ veteri tantum & barbara sua consuetudine delectantur.

Quatenus alterius disciplinæ authores citari debeãt.

Argumẽtũ à cõtractibus ad modos acquirẽdi rerum dominia.

potius modus acquirendi rerum dominia.

Insinuari. Scilicet corã magistratibus, vel præsentia publicarũ personarũ scribi. *In das Gerichts buoch schreiben lassen.*

§. *Est & aliud genus.*

In hoc §. habes ꝙ donatio, † quæ dicit propter nuptias, olim ante nuptias dicta erat, quia fiebat ante nuptias, & tacitam conditionem de futuro matrimonio cõtinebat, vt s. tũc valeret, cùm matrimonium esset secutum, & quæ postea ex constitutione Iustiniani etiam constante matrimonio augeri poterat: sed cũ illud nomẽ, scilicet ante nuptias, huic donationi nõ cõueniret, quia post nuptias potuit augeri, Iustinianus sustulit, disponens hanc donationem post nuptias constante matrimonio inchoandã. Et si dos aucta fuerit, augendam, donationémq; propter nuptias appellãdam, quã Græci antiphernim, quasi pro dote dationẽ. Reliqua bona vxoris præter dotem, paraphernalia dicuntur. 14 *Donatio propter nuptias.*

§. *Erat olim.*

Ius accrescendi est, cùm portio vnius accrescit portioni alterius. Notabis † autem, quòd in contractibus, & actibus inter viuos, ius accrescendi regulariter non habet locũ, id est, portio vnius ex contrahentibus non accrescit portioni alterius. l. si mihi & Titio. ff. de ver. oblig. In vltimis autem volũtatibus locũ habet hoc ius, quia hoc videtur ex tacita & coniecturata mẽte testatoris prouenire: quare etiam nõ petentium partes accrescunt partibus petentium. Exempli causa. Si plures essent hæredes instituti, & quidã suã partẽ non peterent, accresceret illa portio portioni petentium. 15 *Ius accrescendi.*

Vindicta. Scilicet per illum ritũ, quo Prætor serui caput virga tangens, declarabat eum esse liberum. Vide glo. in §. multis autem modis. in verb. vindicta. suprà de libertinis.

Quibus modis alienare licet, vel non, Tit. VIII.

1 *Argumentum huius tituli.*
2 *Qui à lege prohibeantur alienare.*
3 *Debitor licet habeat dominium pignoris, tamen propter conuentionem de illo disponere non potest.*
4 *Quando liceat creditoribus alienare pignora.*
5 *Fundus dotalis potest alienari consentiente muliere.*
6 *Pupillo pecuniam mutuo danti sine authoritate tutoris, tri-*

bus actionibus succurritur.

7 *Tres sunt securitates debitoris soluentis pupillo pecuniam, plena, plenior, plenissima.*

1 IN hoc titulo † explicat imperator partē definitionis dominij, quæ s. tradita est. Diximus enim, dominiū esse ius pfectè disponendi de re corporali, nisi lege, vel cōuentione prohibearis. Circa qđ proposuit hîc duos casus. Primus est, ꝙ quidā licet sint domini rerū suarū, nō tamē possint disponere pro libito, nec

2 eas alienare, quia vel lex, vel cōuentio prohibet. Lex † prohibet, ne maritus res dotales alienet, exceptis tamē quibusdam casibus, de quibus hîc in glo. in ver. dotale, & in verb. prohibetur. Secūdò prohibet, ne pupillus vel adultus sine

3 tutoris vel curatoris sui authoritate alienet. Cōuētio † autē obstat débitori: quia licet retineat dominiū in pignore, nō tamē de eo disponere potest pro libito. Deinde ecōtrariò, quidā licet non sint domini, tamē certis ex causis de rebus etiā nō suis disponere, & eas alienare possunt creditores,

4 † qui pignora alienant, si id pactionibus fuit cautū. Si verò nihil fuit cautū, post vnā denuntiationē, vt debitor pignus luat, elapso biennio, alienatio valet. Si verò fuit cautum, ne alienetur pignus, post trinā denuntiationem creditor quoque potest alienare. Vide glo. hîc in verb. certus modus.

Quot lex prohibeat alienare.

Quos conuentio impediat.

Interdicta sit alienatio.

5 Si tamen vxor † consenserit alienationi, & iurauerit non contrauenire, valet alienatio propter iuramētum: quia hoc iuramentum potest seruari sine dispendio æternæ salutis. c. & si Christus. &c. cùm contingat. extrà de iureiur. Hoc tamen verum est, nisi prius iurasset se nunquàm velle consentire alienationi, tum propter prius iuramentum, secundum non valeret. Vide c. licet. de iureiur. in vj.

De consensu mulieris in alienatione fundi dotalis.

Ideoq; vendicari numi possunt.

6 Habes hîc † tres actiones, quibus potest pupillo consuli, si pecuniam sine tutoris authoritate mutuo dederit. Prima, est rei vēdicatio, quæ datur, si pecunia nondū est consumpta, sed extat. Secūda, est conditio certi ex mutuo, quæ datur contra personā mutuatarij, si pecunia bona fide cōsumpta est, hoc est, ab eo, qui nesciuit mutuantē esse minorem. Tertia, est actio ad exhibendum, quæ datur cōtra eum, qui mala fide pecuniam minoris mutuo acceptam cōsumpsit, id est

Quæ, & quot pupillo danti mutuo actiones cōpetant.

id eſt, ſciens mutuantem pupillum eſſe.

Liberabitur. Ad hoc ſcilicet vt dominium rei transferatur in pupillum, non autem ad illum effectum, vt debitor ſine tutoris authoritate pupillo ſoluens liberetur.

Dare. Id eſt, dominium transferre. *Dare.*

Tradere. Id eſt, poſſeſsionem transferre. *Tradere.*

Soluerit

Nota hic ex glo. in verb. ſoluerit tres ſecuritates. Plenã, pleniorẽ, & pleniſſimã. Plena eſt, ſi debitor ſoluit pupillo ſine tutoris authoritate, & pecunia ſoluta extat, vel eſt verſa in cõmodum pupilli, ita ꝙ pupillus inde factus eſt locupletior. Hoc caſu licet debitor non ſit liberatus ipſo iure, tamẽ eſt ſecurus ope exceptionis. In hoc caſu loquitur §. ſin autẽ aliter. hic ti. noſtro. Plenior ſecuritas eſt, ſi ſoluit ſine decreto iudicis, cũ authoritate tñ tutoris: quo caſu debitor ipſo iure quidẽ liberatur, pupillus tñ ſi non habet rẽ ſaluã, poteſt in integrum reſtitui. Et in hoc caſu loquitur §. ideoque ſi debitor. hic tit. noſtro. & eſt textus in l. j. & ſi. C. ſi tut. vel. cura. interuene. Pleniſſima ſecuritas eſt, ſi ſit ſolutio authoritate iudicis. In hoc caſu loquitur §. ſed hoc. hic ti. noſtro. *Tres ſecuritates debenti. pupillo.*

Per quas perſonas nobis acquiritur. Tit. IX.

1 *Enumeratio perſonarum per quas nobis poßit acquiri.*
2 *Quando & quomodo nobis acquiratur per filios.*
3 *Modus acquirendi nobis per ſeruos.*
4 *Paraſceue, ſiue præparatio, ad ſequentes titulos.*



SVprà tradidit quæ res, & quibus modis noſtræ fiant: hic autem exprimit per quas perſonas nobis acquirantur. Quòd autem per nos ipſos res nobis poſſint acquiri, non eſt dubiũ. An autem per alias perſonas nobis acquirantur, dubitari poteſt. Imperator ergo hic decidit, ꝙ etiã per alias perſonas nobis acquiratur dominium, & poſſeſsio. Et primùm acquiritur † nobis per eas perſonas, quæ noſtro 1 dominio, & iuri ſubiectæ ſunt. Secundò, per ſeruos alienos, quos bona fide poſſidemus. Tertiò, per liberum hominem, bona fide nobis ſeruientem. Quartò, per procuratorem, item per tutorem, curatorẽ, & ſimiles perſonas. In primo caſu diſtingue: Aut loquimur in filiis, aut ſeruis. Si in *Quæ perſonæ acquirere nobis poßint.*

filiis

Acquisitio per filios. filiis,& subdistingue, Aut loquimur in peculio profectitio, quod scilicet filiusfamiliâs ex re, vel propter rem patris acquirit:& habet pater plenum dominium,tam proprietatem quàm vsumfructū. Aut loquimur de peculio aduētitio,quod scilicet aduenit filiofamiliâs ex bonis maternis, siue à linea materna,vel ex prospera fortuna:& habet pater vsumfructū,filius verò proprietatē. Aut loquimur in castrensi peculio, quod scilicet filiusfamiliâs in castris acquirit:aut in quasi castrēsi peculio loquimur,quod scilicet filiusfamiliâs sua arte,vel industria acquirit,vt si est magister artiū liberaliū,medic⁹,aduocatus,notarius,&c.vt hîc in gl.in verb.castrēsib. Et in his duobus peculiis nihil acquirit patri, sed filius retinet tam vsumfructū,q̄ proprietatē. Vide l.cū oportet.cum ibi not.C.de bo.quæ lib. Si verò † in seruis loqui-
3 mur,iterū distingue,Aut loquimur de seruis, in quibus habemus plenū dominiū:& nobis,etiā inuitis,acquirunt, cùm seruus nihil suū habere possit.§.item vobis.hîc titu.nostro. *Acquisitio per seruos.* Aut de iis loquimur,in quibus habemus tātū vsumfructum & nostrū fit quod ex re nostra, vel ex operibus suis acquirūt. Reliqua verò omnia,vt si esset hæres institutus, &c.ad proprietariū spectāt.§.de iis.hîc tit.nostro. Idem dic de eo, qui liberū hominem,aut seruū alienū bona fide possidet.

§. *Ex his itaque, &c.*

Quia alteri per alterum regulariter nec obligatio, nec actio,nec dominium,nec possessio quæri potest:vt hîc,& infra.§.si quis alij.de inut.stipul.

§. *Hactenus.*

4 In initio † huius libri diximus duplices esse causas, quibus res nostræ fiūt,de iure gētiū scilicet, & iure ciuili. Causas Iuris gētiū explicauimus in titul.de rerū diuisio. de iure autē ciuili diximus,q̄ res fiāt nostræ bifariā, aut sigillatim, aut per vniuersitatē. Sigillatim acquirimus, vt cùm singulæ res separatim nobis acquiruntur: quæ acquisitio pro parte in præcedentibus titulis tractata est,vt vsucapione,præscriptione,donatione. Partim verò explicāda est, vt in tit.de legato,fideicōmisso singulari,&c. Per vniuersitatem verò acquirimus res,cùm vniuersa bona alicuius nobis adiiciūtur: quod fit aditione hæreditatis,agnitione bonorū possessionis,arrogatione,assignatione bonorū, libertatū conseruandarū causa. Aditio autē hæreditatis,fit duob⁹ modis, aut ex test

Epilogus hactenus dictorū vt appareat occasio tractandi testamenta.

teſtamento,aut ab inteſtato. Tractat ergo in tit. ſeq. primū modum de teſtamento. De reliquis,ſuo loco dicemus.

De teſtamentis ordinandis. Tit. X.

1 *Teſtamentum quid ſit,& vnde dictum.*

2 *Expoſitio definitionis.*

3 *Teſtamentum eſt duplex,militare,& paganicum.*

4 *Quibus modis fiat teſtamentum militare.*

5 *Teſtamentum paganicum quid ſit;& quotuplex.*

6 *In teſtamento facto coram principe vel iudice, non requiruntur teſtes.*

7 *Solennitates,quæ ſpecialiter,& neceſſariò requiruntur in teſtamento ſolenni in ſcriptis.*

8 *Quomodo debeat fieri teſtamentum in ſcriptis ſolenni.*

9 *Formæ ſubſcriptionis teſtatoris,& teſtium,in teſtamento in ſcriptis ſolenni.*

10 *Solennitates obſeruandæ in publicatione teſtamenti ſolennis in ſcriptis.*

11 *Nuncupatiuum teſtamentum quid ſit,& vnde dictum.*

12 *Differentia inter teſtamentū ſolẽne in ſcriptis,& nūcupatiuū.*

13 *Quot,& quibus modis fiat teſtamentum nuncupatiuum.*

14 *Solennitates obſeruandæ hæredi nominato in teſtamento nuncupatiuo non in ſcriptis redacto,ſi valet, quòd teſtamentum perpetuò probet.*

15 *Quomodo conficiatur teſtamentum nuncupatiuum in ſcriptis.*

16 *In teſtamento,vbi inſtituitur hæres extraneus, requiruntur ſeptem teſtes,ſi verò naturalis filius,ſufficiunt duo, ſicut & in teſtamento ad pias cauſas.*

17 *Qui prohibeantur teſtari.*

18 *Quare teſtamenta conficiantur.*

19 *Teſtamenta,quæ carent ſubſtantialibus,& ſolẽnitatibus, dicuntur non iure facta,& ſunt nulla.*

20 *Quibus modis teſtamenta iure facta infirmentur.*

21 *Quatuor olim erant teſtamentorum formæ, Calata comitia procinctum,per æs & libram,& ſolenne in ſcriptis.*

22 *Teſtamentum ſolenne in ſcriptis vnde ſit collectum.*

23 *Mulier quando poßit eſſe teſtis.*

24 *Inteſtabilis dicitur,qui nec teſtatur,nec hæres,nec teſtis in teſtamento eſſe poteſt.*

25 *Teſtimonium domeſticum in omnibus contractibus, etiam inter viuos reprobatur.*

Teſt

1 Estamentum † est volũtatis nostræ iusta sen tentia,de eo,quod quis post morte suá fieri voluit.l.j.ff.de testa.Et appellatur testamentum,quasi testatio mentis:vt hîc in prin. Hu

2 ius definitionis genus est sententia.Dico † in definitione,nostræ voluntatis,ad differentiá seruorum, filiorumfamiliâs impuberũ,furiosorum,prodigorum, mutorum,surdorum,&c.quia illi,& similes non habent liberum arbitrium propriæ voluntatis,sed dependent ex alieno con silio & potestate:quare illorũ sententia pro testamẽto non habetur:vt j.per totũ tit.quib.non est permis.fa.test. Et hæc differentia respicit propriè circunstantiá personarum actiuam,hoc est,qui testamenta facere possunt. In primis enim debemus considerare an is,qui fecit testamentũ, fuerit talis persona,quæ potuerit facere. Deinde si potuerit facere, con siderandum est, an secundum dispositionem iuris fecerit.l. iiij.ff.de testa.Sequitur in definitione,iusta sententia.

Voluntatis nostræ dictum est, quia iura testamentorum per se firma esse debet, &c.

Additio. Iustũ plerunq; dicitur, quod est in suo genere perfectũ, veluti iustus metus,iustę nuptiæ,iusta vxor,iusta hæreditas. Dic ergo hîc per iustá significari perfectá,& absolutá. Inde est q dominus,atq; patronus iusti cõtradictores appellantur,in l.cùm non iusto.de collu.detez. Et iusta quoq; ætas dicitur,quæ in integrũ restitutione non venit.l.cũ filio.in fi. de leg.iij.Huius generis innumera facile est reperire.

Sequitur textus authoris. Dico ergo primũ ad differentiá testamẽti non solennis, vel imperfecti ratione testiũ,vel aliorũ requisitorum, quia talia testamenta non valent,nec sunt iusta sententia:vt . de hær.quæ ab intest.defer.in prin Secũdò dico,iusta, ad differentiá testamẽti illegitimi,siue reprobati: vt si quis institueret hæredé nõ capacé,veluti deportatũ,vel natũ ex incestu, vel turpiter disponeret,quoq; nõ esset iusta sententia.l.quidá.ff.de cõd.inst.l.j.C.de hære.inst. Et hæc pars differentiæ respicit circũstantiá personarũ passiuá, hoc est,hæredes institui possunt in testamento, de quibus j. Tertiò dico,iusta, ad differentiá testamẽti imperfecti, in quo planè nullus est institutus hæres:quia nõ valet tale testamentũ nec est iusta sententia.§.ante hæredis.j.de leg. Dico, de eo, quod quis post morte suá fieri voluit,ad differétiam actuũ inter viuos.

3 Est aũt † testamentũ duplex,militare & Paganicũ. Testamentum militare est,quod miles facit: & fit bifariam.Aut enim

† dom

† domi extra militiã, siue expeditionem : & tenetur testari 4
secundũ dispositionẽ iuris: adhibitis solennitatibus. §. illis au
tem, cum multis similib. Inst. de mil. test. Aut testatur in mi
litia, siue expeditione: & subdistingue, Aut in conflictu, ho-
stiũq; congressu, & sic in extremo vitæ periculo testatur, &
nullæ solennitates requirũtur, adeò q; si in vagina, aut clypeo sanguine suo aliquid annotauerit, aut pulueri gladio in
scripserit, pro testamẽto habeatur, & valeat l. milites. C. de
test. mil. modo probetur duobus testibus etiã casu fortasse
aduenientibus. l. Lucius. cũ gl. ff. de test. mil. Aut testatur in
militia, nõ aũt in tãta necessitate, & hostiũ cõflictu, vt si va-
letudinarius esset: & iterũ nõ requiritur solẽnitas, sed valet
testamẽtũ vtcũq; fiat, modò duos testes ad hoc roget, qui-
bus probetur. Nec enim satis esset, testes non rogatos casu
accedere, cũ habeat spatiũ rogandi testes, quæ ratio cessat in
superiori casu. l. diuus. cũ glo. in verb. cõuocatis. ff. de mil. te.
Quibus aũt modis milites hoc priuilegiũ amittant, vide l.
iij. & l. ex militari. ff. de testa. mil. & l. & militibus. C. de test.
mi. Testamentũ † Paganicũ est, quo domi extra militiã cõ- 5
stituti facimus. Et hoc diuiditur in duas species, in testamen *Testamen*
tum solẽne & testamentũ nuncupatiuũ. Solenne subdiuidi- *tũ pagani*
tur in testamentũ, quod corã principe, siue apud Acta corã *cum.*
iudice fit, & in testamentũ, quod alioqui fit corã septẽ priua
tis personis, seruatis solẽnitatibus. In testamẽto † corã prin 6
cipe, vel corã iudice apud acta facto, nõ requiruntur aliqui *Testamen*
testes: vt est tex. in l. omniũ. & ibi do. Ias. super glos. in verb. *tũ solenne,*
testi. C. de testa. cũ principis, vel iudicis præsentia sufficiat, *in scriptis.*
& suppleat omnẽ solẽnitatẽ, licet Bar. ibi requirat duos te-
stes, quẽ vide. Alterã speciem testamenti solennis diximus
esse, quod fit in scriptis coram septẽ testibus priuatis, omni
exceptione maioribus, in quo primò requiruntur ea, quæ
alioqui in omnibus testamentis requiruntur: videlicet, q; is,
qui facit testamẽtũ, habeat testamẽti factionẽ actiuã, id est,
q; sit talis persona, quæ possit cõdere testamentũ, de quibus *Singula-*
infrà. Secundò, q; instituatur hæres, qui sit de personis, cum *ria huius*
quibus testamẽti factio passiua est, id est, quæ posset hære- *testamen-*
instituí, de quibus infrà. Et præter illa cõmunia, habet hoc *ti.*
testamentũ etiã alias solẽnitates, quæ necessariò adhibẽdæ
sunt, alioqui non valet. † Primò itaq; requiritur, si testator l 7
teras norit, q; propria manu testamẽtũ scribat, aut alio scri-
bente

bente,se subscribat.Si verò nesciat literas, adhibeat aliquē vltra alios septem testes,qui suo nomine scribat,& subscribat.Secūdò,præsentia septē testiū,præter eū,qui loco testatoris scribit.Tertiò,ꝙ illi testes sint ad hoc rogati,& nō casu accesserint.l.hæredes palàm.§.in testamētis.ff.de testa. Quartò,ꝙ illi testes sint omni exceptione maiores, vt liberi homines,puberes,masculi,nō surdi,muti, nec bonis interdicti,vel prodigi,nec potestati testatoris subiecti.§. testes. cum seq.hic tit.nostro.Quintò,ꝙ testes se subscribant, vno eodemq; tēpore & loco, nullo scilicet actu extraneo interueniente, nec vnus testis pro alio subscribat, sed quisque proprio chirographo vti debet.l.singulos.ff.de testam.nisi fiat in tali loco,vbi tot literati nō inueniuntur: nā tunc duo vel tres,pro aliis literas ignorātibus subscribere possunt.l. fi.C.de testa.Sextò,ꝙ testes consignēt propriis annulis, vel alienis,si proprios nō habent.l.si vnus.in prin.C.de testam. Septimò,ꝙ testator scribat hæredem,aut scribi faciat, proprioq; nomine explicet.l.hæredes palàm.ff.de testa. Octauò,requiritur, quòd omnia illa fiant vno contextu, & sine diuerticulo ad alios actus, nisi interueniat aliqua humana necessitas.l.cùm antiquitas.§.j.C.de testā. Et si prædictorū vnum defuerit,dicitur testamentum nō valere,propter defectum solennitatis.l.hac consultissima.C.de testa.

8 Qui ergo vult †condere testamentum in scriptis solēne, primum ipse scribat suam voluntatem,si literas norit, aut si nesciat,manu alterius,& secrēti amici scribi faciat, in charta spatiosa, & non rasa, ita vt retineat margines, & præsertim in parte inferiori, propter suā & testiū subscriptiones, & sigillorū appensiones,& scriptam implicet, ita vt vacans pars,in quā subscriptiones, & sigilla fieri debent, emineat, membranulásue,siue ligatula,in quibus signa testium affigi debēt,appēdat.Quo facto,vocet septē testes, coram quibus exponat quid eum mouerit,ꝙ testamentū solēne, & secretum cōposuerit:& ne possit impugnari,roget eos sua sigilla apponere,seq; subscribere.Et primū ipse testator se subscribat,si literas nōrit:aut si nesciat literas,alius quidā præter il-

Elegans cōdendi solennis testamēti in scriptis admonitio.

9 los septem testes eius nomine hoc faciat.Posteà verò testes suis propriis sigillis, si habent, aut plures vno annulo id signent,& se subscribant.Sunt autem † subscriptionis formæ. Primò,si testator literas norit,se ita subscribat: Quòd hoc instr

Formæ subscriptionis.

instrumentum,siue charta,sit testamentum mei N.& quòd omnia & singula contenta,contineant meam vltimam voluntatem: & quòd testes subsignati, per me rogati,eorum sigilla apposuerint,séque subscripserint,hoc meo testor chirographo,anno & die,&c.Si verò nesciat literas testator,tũ alius extra numerum septem testium pro eo subscribat,hoc modo:Quòd contenta in hoc instrumento,iussu,& petitione N.testatoris manu mea N.scripta dictus testator voluerit suum esse testamẽtum solenne,vltimámq; voluntatẽ,testibus subscriptis subscribendam, & subsignandam exhibitã esse testor ego præfatus N.mandato dicti testatoris literarum ignari,in cuius fidem me,rogatu, & mandato dicti testatoris.subscripsi, signóque meo,quo vtor,signaui. Testes verò se ita subscribant: Ego N.rogatus,& præsens vnà cum omnibus suprà vel infrà scriptis testibus præsentibus & rogatis, ad singula in hoc præsenti instrumento contenta & scripta,pro solenni testamẽto N.nobis exhibita,dicti testatoris precibus & mandato,me in testimoniũ subscripsi,& id proprio(si habet)vel commodato(si proprium non habet) sigillo signaui,&c. Et hæc de confectione testamenti solennis dixisse sufficiat.Cùm autem testamentorum solennium in scriptis factorum, tenorem ante publicationem nemo teneat,placuit quoque de publicatione pauca annectere.

Et primò † requiritur ad publicationem testamenti solennis quòd iudex ordinarius adeatur.l.testamẽta.& l.consulta.C.de testa.qui citat omnes, quorum interest publicationẽ fieri,velut illos, qui ab intestato successissent defuncto: quia in actibus præiudicialibus vocandi sunt omnes,quorũ interest.l.de vnoquoque.ff.de re iudic.Secundò,debent vocari testes, vt recognoscant sigilla sua. l. cùm ab initio.ff. quemadmo.testam.aper. Et testamentum semel hoc modo publicatum,& apertum,manet firmum etiam si charta fuerit amissa.l.publicati.C.de testa. 10

Publicatio testamẽti solennis in scriptis.

Nuncupatiuum † testamentum est, quando testator coram septem testibus voluntatẽ suam declarat, hæredémque palam omnibus testibus audientibus nuncupat. l. hæredes palàm.ff.de testam. nomen habens à nuncupando. Differt autem † à testamento solenni in scriptis,quod in illo testator celat testes suam voluntatem, in hoc autem non. Et fit duobus † modis. Aut enim testantur parentes inter liberos: 11 12 13

Testamentum nuncupatiuũ.

& satis est adhibere duos testes, etiã non rogatos, siue sint masculi, siuæ fœminæ. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. l. fi. C. fam. ercisc. Aut testatur quis nuncupatiuè inter extraneos: & fit hoc testamentũ corã septem testibus, omni exceptione maioribus: quales sunt liberi homines, puberes, &c. de quibus vide q̃ diximus suprà in quarto requisito testamẽti solẽnis. Fit autem hoc testamẽtum bifariã. Aut enim illa, volũtas testatoris coram septẽ testibus declarata, in præsentia notarij redigitur in formã publicam, id est, cõficitur desuper instrumẽtum per notarium, & statur postea huic instrumento. Aut non redigitur in formam publicam, sed tantum statur nótitiæ testium, vel scripturæ testatoris priuatæ, quæ tamen septem testibus probari potest. Et distingue, aut testatur in infirmitate, aut extra infirmitatem. Si extra infirmitatẽ testatur: & iterũ subdistingue, Aut testatur in tali loco, vbi possũnt haberi testes: & requirũntur septem testes rogati præsentes, & audiẽtes, cum quibus testamenti factio est, nec sint de familia testatoria. Aut testatur in pago, villa, siue alio loco, vbi tot testes adhiberi non possunt: & sufficiunt quinque. l. fin. §. sinautem. C. de testament.

Forma testamenti nuncupatiui.

Sinautem in infirmitate testatur, dic aut laborat morbo contagioso, vt peste, &c. & potest testari secundum priuilegium militare, in præsentia duorum testium: quia non facilè inueniuntur qui subeunt periculum: ideóque necessitas excusat à solennitate. argumen. d. l. fina. C. de testament. Aut non est morbus contagiosus, vt febris, &c. & requiruntur solennitates requisitæ, videlicet cum numero septem testium, adhibita tamen distinctione, de qua suprà, si scilicet in loco fuerit, vbi possũnt haberi tot testes. Et propter maiorem certitudinem, solet in huiusmodi testamentis apponi clausula codicillaris, hoc modo: Si hoc meum testamẽtum non valet iure testamenti, valeat saltem iure codicillorum, vel alterius cuiusdam vltimæ volũntatis imperfectæ, & non solennis. De codicillis dicemus infrà.

Testamentum pestilẽtiali morbo factum.

14 Et si † hæres nominatus in tali testamento nuncupatiuo, non tamen in scriptis redacto, velit quod illud testamentum probet perpetuò, potest adire magistratum illius loci, & petere, vt testes, coram quibus hæres est nũcupatus, cum omnibus, qui aliquod interesse prætendere velint, citentur, in quorum præsentia producat hæres memoriale à priuato aliquo scriptum

Consilium heredi nũcupato.

ptum, voluntatem testatoris continēs, & legi faciat coram magistratu, petátque testes examinari vt deponant: an illa fuerit testatoris vltima voluntas: & si testes audito tenore memorialis, siue chartulæ, eam fuisse voluntatem defuncti dicunt, redigitur in acta iudicij. Et tunc si examinatis testibus, nulli extiterint cōtradictores, publicabit iudex eorum dicta, & pronunciabit publicationē ritè factam, ac tantam fidem illi scripturæ adhibendam, ac si originale voluntatis defuncti in scriptis mandatæ extaret. Quibus peractis, talis scripturā publicationis, tanquam publicā, vbique probabit, vt colligitur ex no. doct. in l. publicati. C. de testa. Et hæc vera, si nulli contradictores extiterint. Si verò extiterint contradictores, contradictio summatim ante publicationē excutiēda est, an sit sufficiēs, nécne. Si verò testamētum † nuncupatiuum sit in scriptis, debet testator hæredem nominare expresſè coram septē testibus, & notario, qui posteà illam voluntatem testatoris redigit in formam publicam: & hic modus testandi est maximè in vsu. Et huc refer distinctiones, quas in proximo membro allegaui: nihil enim ab eo differt, nisi quòd testator prius concipit suam voluntatem in scriptis: & postea illud Protocolum exhibet notario, vt publicum instrumentū desuper conficiat, quod siue cōfectum, siue non confectum fuerit, nihilominus testamētum est validum, quo ad substantialia, modo septem testes extent. 15

Testamentum nuncupatiuū in scriptis redactum.

Quomodo autem publicetur hoc testamentum, practicæ, & cōsuetudini vniuscuiusq; regionis committēdum est. Fit tamen publicatio plerūque per executores, id est, testamentarios post mensem. Et prædicta, quæ † de solennitate septem testium diximus, vera sunt, si quis in suo testamēto instituerit hæredes extraneos, quales sunt fratres, sorores, & remotiores. Secus autem si instituerit liberos suos naturales, & legitimos: nam hoc casu valet testamentum, etiam sine prædictis solennitatibus, modò adhibeātur duo testes, siue masculi, siue fœminæ sint d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. cum Authen. seq. C. de testamentis. & l. fina. C. famil. ercisc. Secundò, de iure Canonico valet testamentum ad pias causas, cum duobus testibus. c. relatum. extrà de testa. imò de iure Canonico quodlibet testamentum à Parochianis, in præsentia Presbyteri parochialis, & duorum testium, factū, valet. c. cum esses. extrà, de testa. Sed hoc potest 16

Septem testium solēnitas quibus in testamētis sit necessaria.

procedere in terris Ecclesiæ: secus autem in terris Imperij, quia ibi seruatur ius ciuile cum septé testibus. arg.c.si duobus. §.fi.extrà de appellat.

Causa efficiens testamenti validi est testator, qui habet testamẽti factioné actiuam. Omnis autem illam factionem
17 habet, qui non prohibetur testari. Prohibẽtur † autẽ testari, filiusfamiliâs, in peculio aduentitio & profectitio, Impubes etiam paterfamiliâs, furiosus, mutus, surdus, seruus, &c. vt infrà quib. non est permis. fact. testa. per totum. Secundò hæreticus, credens hæretico, & fauens. c. excommunicamus. §. credentes. extrà de hæret. Tertiò incertus de statu suo, id est, qui nescit vtrum sit liber aut seruus, filiusfamiliâs, vel paterfamiliâs. l. de statu. ff. de testa. Quartò condenatus ad mortem ciuilem, vel naturalẽ, propter crimẽ cõmune. l. eius, qui. §. j. ff. de testa. Quintò, perpetuò banniti, quia æquiparantur deportatis, glo. in verb. retinent. §. relegati. suprà, quib. mod. ius patri. potest. solui. Sextò, obsides, *die Geisel*, qui scilicet ea conditione alicui tradũtur, vt si dans obsides à fide recedat, accipiens vitæ necísq; in eos habeat potestatem. l. obsides. ff. de testa. Illi, & similes, si fecerint testamenta, sunt ipso iure nulla. reliqui vero omnes, extra illos, habent testamenti factionem actiuam. Contrariorum enim eadem est disciplina, iuxta l. j. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni iuris.

Personæ testari prohibitæ.

Obsides.

18 Effectus † testamenti est, quod hæres institutus in omnibus bonis, in quibus est institutus, statim post mortem testatoris fit dominus fictè: & post aditionem hæreditatis verè: & legata debentur legatariis, secundum dispositionem testatoris. Reipublicæ enim interest, vltimas hominum voluntates expediri. l. j. C. de sacrosan. eccle.

Infirmata testamẽta.

Huc vsque de testamentorum confectione dictum est, nunc autem dicemus quomodo testamenta facta infirmentur. Et primùm testamẽtorum quædam fiunt iure, quædam
19 verò non iure. Non † iure dicuntur fieri, quæ carent substantialibus, & solennitatibus requisitis: veluti si testator non habuit testamenti factionem actiuam, vel omisit solennitates, vel non instituit hæredem, nec expreßè exhæredauit, quem debebat instituere, &c. Et illa testamenta ab initio & ipso iure sunt nulla. l. j. ff. de iniust. rupt. irrit. testament. Iure dicuntur fieri testamenta, quæ conficiuntur se-
20 cundum modos supradictos. Horum tamen † quædam infirm

firmantur, quod fit duobus modis: aut ipso iure, aut officio iudicis. Ipso iure quoque infirmantur bifariam. Aut enim rumpuntur, aut fiunt irrita. Rumpuntur primo agnatione, naturali, vel ciuili, vt cum post testamentum agnascitur suus hæres, id est, filius, vel nepos, ante mortem testatoris. Vel si ipse testator ante mortem suam post testamenti confectionem aliquem adoptauerit vel arrogauerit, quod dicitur agnatio ciuilis. §. rumpitur, infrà, quibus modis testamenta infirmantur. Secundò, rumpitur, si post testamentum natus fuerit posthumus. §. posthumi. infrà, de exhæred. liber. Tertiò, per posterius testamentum perfectum. §. posterio: e. infrà, quibus modis testamenta infirmantur. Irritum fit testamentum iure factum, Primò, si testator capite diminutus fuerit, etiam si minima fuerit capitis diminutio, vt adoptio. §. alio quoque modo. infrà, quibus modis testamenta infirmantur. Secundò, quando hæres scriptus vel nominatus, hæreditatem non adit, dicta lege prima. ff. de iniusto rupt. irrit. testament. Tertiò, si testator metu futuræ pœnæ seipsum interfecerit. l. secunda, in fin. C. qui testament. face. poss. Officio iudicis infirmantur testamenta, quando, opponitur querela inofficiosi testamenti, de qua infrà suo loco.

Testamenta iure facta infirmari.

Irritum testamentum.

Quorum altero in pace. Quod nos dicimus paganicum. Quæ sunt Calata comitia, vide apud Gel. lib. xx. c. xxvij. Ea autem testamẽta vocabant ipsi Calata comitia, quæ nos appellamus Paganica: & quod nos dicimus militare, ipsi vocabant procinctum, quasi succinctè fieret.

Calata comitia.

Familiæ emptor.

Familiæ emptor, qui hæredis loco erat, coram quinque testibus, & æstimatore hæreditatis, qui Libripens vocabatur, emebat hæreditatem æstimatam à Libripẽde, pro vno aut altero nummo. Et illa emptio erat imaginaria: & sic in illo testamento requirebantur tres personæ. Primò, venditor, qui loco testatoris erat. Secundò, emptor familiæ, id est hæreditatis, qui erat loco hæredis. Tertiò, Libripens, qui æstimabat hæreditatem. Addebantur quoque quinque testes, quibus probabatur illa imaginaria venditio.

Per emancipationem. Sicuti iure veteri emancipatio filij familiâs fiebat per imaginariam vẽditionem, quia pater emancipans vendebat eum alicui pro nummo, forte sub illa

tamen conditione, vt emptor eum statim manumitteret, de quo in § præterea. suprà, quibus modis ius patriæ potesta.sol.eadem simulatione fiebant quoque testamenta, de quibus hic.

Emancipatio. Id est imaginaria venditio.

Sed vt nihil.

21 In hoc principio vsque ad §.possunt. habes†quatuor formas testamentorum. Prima erat testamēti, quod fiebat domi, extra militiam, & vocabatur Calata comitia. Secundum quod in militia fiebat, & dicebatur procinctum. Tertium, quod fiebat per æs & librā, id est, hæreditate æstimata pro exiguo ære, pro quo emebat is, qui dicebatur familiæ emptor, & hæres erat. Libra autem propriè hæreditas dicitur. sicuti enim libra in duodecim vncias diuiditur, sic quoque hæreditas in duodecim partes, vt glo. hîc, in §.quòd verò.

Prisca forma testandi.

22 in verb.libram.sed hæc omnia sunt sublata. Quartum est solenne testamentum in scriptis, quod †collectum est ex iure ciuili, constitutionibus principum, & iure prætorio. Primò à iure ciuili sumptum est, quod testes adhibentur. Ex constitutionibus Imperatorum, subscriptione testatoris, & testium, vt d.l.hac consultissima.C.de testam. Tertiò, de iure prætorio, signacula, & numerus septem testium.§ iure enim honorario.hîc tit.nostro.

Solennitates testa. in scriptis ex quot manarint iuribus.

Constitutione. *Constitutionum.* Id est, ex legibus principum, quibus ius vetus emendabatur.

Ius ciuile. *Iure ciuili.* Id est, ex libris Pandectarum, vt l.hæredes palàm.ff.de testamen.

Sed neque mulier.

23 Licet†mulier in testamentis non possit esse testis, tamen in codicillis, donationibus causa mortis, & aliis voluntatibus. Item in omnibus causis ciuilibus, & quoque criminalibus regulariter testis esse potest, secundum glossam in l.fi. in verbo, quinque.C.de codicillis.l.qui testamēto.§.mulier. ff.de testa. Et vide glo.c.forus.in verbo, fœminæ, extrà, de verborum significatione.

Intestabilésque.

24 Intestabilis†est, qui nec testamentū facere, nec in testamento hæres institui, nec etiam testis adhiberi potest: quales sunt: qui ob crimen famosum damnātur, vel qui muliebria passi sunt, de quibus in glo.hic in verb.intestabiles.

Intestabilis.

Vers.

VERS. *Reprobatum est.*

Notabis†hîc obiter,quòd domesticũ testimonium re- 25 probetur,non solùm in testamentis,verum etiam in omni bus aliis actibus inter viuos,l.j.C.de testib.nisi fiat aduersario volente,vel probaretur innocentia domestica. Qui autem sint domestici,vide glo.hîc in ver.in ea. *Testimo-nium do-mesticum.*

Vetustißimi. Sicuti familiæ emptor, & eius coniuncti in tertio genere testamentorum,quod fiebat per æs & librã, non poterant esse testes in testamẽto, sic hodie nec hæres, nec eius coniuncti testes esse possunt, quia hæres successit in locum familiæ emptoris.

De Militari testamento. Tit. XI.

1 *Ignorantia iuris excusat milites.*
2 *Nostri milites,nunc non gaudẽt priuilegio testamenti militaris.*
3 *Filiusfamilias quando potest testari.*



Ropter nimiam imperitiã. Magis enim debẽt scire arma,quã leges.l.fi.§.arma.C.de iure delibe.Ideóq;† iuris ignorãtiã quoq; 1 allegare possunt, & excusantur, vt hîc in textu in verb.imperitiã.Quæ autẽ requirant ad hoc,vt quis posit iure militari testari,vide in gl.super rub. An† autẽ nostri 2 milites gaudeant hoc priuilegio, est communis opinio,ꝙ non:quia illorum militia non est priuilegiata. Vide Ange. hîc in §.planè,& Ioan.de Plat.in princip.tituli nostri. *Ignorãtia iuris militi prodest.* *Hodiernĩ milites ijs priuilegijs non gaudent.*

Sed testari. Regula est, ꝙ filiusfamilias regulariter non potest condere testamentum.Hæc regula fallit. Primò†in 3 filiofamilias milite,qui in castris, & domi, in peculio castrensi testari potest,vt hîc. Secundò fallit in peculio quasi castrensi,de quo quilibet filiusfamilias potest testari.§. fin. hîc titulo nostro. *Filiusfamilias quibus casibus testetur.*

§. *Quid ergo.*

1 Veluti si miles testaretur in castris priuilegio militari,& instituerit Titium hæredem sub hac cõditione, Titius hæres meus esto,si factus fuerit cõsul,posteà miles missus est domum,& decesit intra annum: Titius autem hæres institutus post biennium factus est consul, & sic conditio intra annum non est impleta:quæritur, an valeat testamentũ quasi militis?Et videtur,quòd non:quia militare testamen

tum post missionem ad domum, anno elapso extinguitur.

Euentus conditionis in testamē tis retro trahitur. Et hæc conditio, scilicet si factus fuerit Consul, finito integro biennio est impleta. Ergo &c. Tamē deciditur cōtrarium, quòd valeat: quia euentus conditionis in testamentis retrò trahitur ad tempus testamenti: ideo hæres institutus sub conditione, ea adueniente censetur hæres institutus purè, tempore testamenti.


Quibus non est permissum facere testamentum. Tit. XII.

1 *Argumentum huius tituli.*

2 *In testamentis requiritur sanitas mentis.*

3 *Quando surdus & mutus possint testari.*

1 *Scopus tituli.*



Vmma † istius tituli vsq; ad §. præterea. hæc est, q̄ filiusfamiliâs non potest condere testamentum, nisi de peculio castrensi, & quasi castrensi.

VERS. *Item furiosi.*

2 Nā † in testamētis requirit̄ sanitas mētis, & nō corporis. Hinc est, q̄ notarij in omnibus testamētis scribūt: Sanus mēte, & intellectu, licet lāguens corpore. l. ij. & ibi Bart. ff. de test. Quāuis enim tabellio de re ad munus suū nō pertinēte testet̄, (fuit enim tātum rogatus testamētū scribere, non mentis integræ ferre testimonium) tamen quia adiuuatur à lege, ei credendum est: Dec. in l. senium. C. qui test fac. pos. Prodéstque hoc saltem ad tollendas contrarias coniecturas.

Nec ad rem. Occurrit tacitæ obiectioni, id est, Testamētum impuberis, siue furiosi, propterea non confirmatur, q̄ post confectionem impubes factus est pubes, vel furiosus sanæ mentis, per dictam regulam, Quod ab initio non valuit, &c. vt glo. hic in verbo, inutile.


§. *Item surdus.*

3 In muto & surdo ita distingue: Aut naturaliter † hoc accidit, aut casu. Si naturaliter muti & surdi sunt, nec testamēta nec codicillos facere possunt. Si verò id casu accidit, dic, Aut quis est surdus & mutus simul, & distingue: Aut nouit literas: & potest testamentum manu sua scribere, obseruatis solennitatibus. Aut nō nouit: & testari non potest. Aut morbus est separatus: & tunc si est surdus tantum, & habet vocē articulatam, testari potest. Si verò aures apertæ fuerint,

rint,lingua autem impedita, poteſt teſtamentum ſcribere, ſi literas norit:quas ſi non nouit, non poteſt teſtamentum condere.l.diſcretis.C.qui teſta.fac.poſ.

De exhæredatione liberorum. Tit. XIII.

1 *Continuatio huius tituli cum præcedentibus.*
2 *Exhæredatio quid ſit,& quotuplex.*
3 *Enumeratio cauſarum,propter quas parentes poſſunt exhæredare liberos.*
4 *Cauſæ,propter quas liberi parentes poſſunt exhæredare.*
5 *Collaterales non poſſunt opponere querelam inofficioſi teſtamenti,niſi turpes perſonæ pro eis ſint inſtitutæ.*
6 *Quare filij nominatim debent exhæredari, aut hæredes inſtitui.*
7 *Poſthumi qui dicantur, & quòd ſint triplices.*
8 *Poſthumus ſiue poſthuma hodie exhæredari non poſſunt.*
9 *Quare non neceſſe erat de iure ciuili filios emancipatos hæredes inſtituere,vel exhæredare.*



Numerata ſunt † in ſuperioribus,quæ in quolibet teſtamento perfecto requirantur, ſupereſt adhuc aliud quiddam, propter quod teſtamentum impugnatur, veluti ſi pater habeat in ſua poteſtate filios,filias,nepotes, & neptes ex filio, & eos expreſsè non exhæredauerit, nec hæredes inſtituerit, infirmatur eius teſtamentum: quare hic tit.tractat exhęredationem liberorum. Eſt igitur † exhæredatio liberorum,à ſucceſſione excluſio. Et eſt duplex, tacita,& expreſſa. Tacita eſt, quando mater, vel auus maternus,filios, ſiue nepotes ſilentio prætereunt. Silentium enim matris,vel aui materni, tantum facit, quantum patris,& aui paterni expreſſa exhæredatio.§.mater vel auus. hic tit.noſtro. Habent tamen iſti liberi querelam inoffic. teſta.de qua infrà ſuo loco dicemus. Expreſſa eſt, quando pater,vel auus paternus,filium,nepotem, ſiue neptem, vel econtrà præcedente ſufficienti cauſarum probatione à ſucceſsione expreſsè & nominatim excludit. Dico, pater, vel auus paternus,ad differentiam matris, & aui materni, qui liberos & nepotes non habent in poteſtate, quare etiã expreſſa exhæredatio nõ requiritur, ſed ſufficit ſilentium. Dico,præcedẽte ſufficiẽti cauſarũ ꝓbatione:quia ſi nõ ſufficiens

1 (margin at line "Numerata ſunt")
2 *Exhæredatio tacita.*
Exhæredatio expreſſa.

ficiens causa ingratitudinis filij erga patrē probata fuerit, exhæredatio nō valet, & testamentum infirmatur. §. aliud quoq;.in Authen.vt cùm de appel. cogn. collat. viij. Dico, expresse,& nominatim:quia nō satis est liberos inter cæteros exhæredari,sed nominatim,vt hoc modo: Titius filius meus exhæres esto,propter hanc vel illam causam.

3 *Causæ exhæredationis,propter quas parentes liberos suos exhæredare possunt sunt 14.*

- Prima si quis parentibus suis manus intulerit.
- Secunda, si grauem vel atrocem iniuriam eis intulerit.
- Tertia, si eos in criminalibus causis accusauerit,quæ non sunt contra principem, vel rempublicam.
- Quarta,si cum maleficis hominibus vt maleficus versatur.
- Quinta,si vitę parentum suorum per venenū, siue alio modo,insidiari tentauerit.
- Sexta,si nouercæ, aut concubinæ patris sui se immiscuerit.
- Septima,si delator contra parentes extiterit, & per suam delationē grauia dispendia eos fecerit sustinere.
- Octaua,si pater coniectus fuerit in vincula,& filius nolit pro eo fideiubere.
- Nona,si filius prohibuit parentes condere testamentum.
- Decima,si præter volūtatem parentum arenariis & mimis filius se sociauerit.
- Vndecima, si filia mauult impudicè viuere, quàm matrimonio iungi.
- Duodecima,si filius neglexerit patrem furiosum curare,& nutrire.
- Decimatertia, si filius patrem captiuum nō redemerit.
- Decimaquarta,si filius fuit hæreticus. §. aliud quoque.cum §.seq.in Authen.vt cùm de appel.cog.collat.viij.

Et econtrà, si filius vel nepos de castrensi vel quasi castrensi peculio testamenta condiderint,nec extent descendētes, tenētur parētes hæredes instituere,aut certis ex causis eos exhæredare,alioqui testamentum non valet.

Octo

4 † *Octo sunt causæ, propter quas liberi possunt exhæredare parentes.*

1 Parens si accusauerit filium de crimine capitali, nisi accusatio fiat de crimine læsæ maiestatis, vel hæresis.

2 Si pater vel maleficus, vel alio modo insidiatus fuerit vitæ filij.

3 Si pater immiscuerit se nurui, vel concubinæ filij.

4 Si pater prohibuit filium testamentum condere in castrensi, vel quasi castrensi peculio.

5 Si pater insidiatus fuerit vitæ vxoris, & sic matris filij, vel mater vitæ mariti veneno, siue alio modo.

6 Si pater filium in furore constitutum curare aut nutrire neglexerit.

7 Si pater filium captiuum redimere noluerit.

8 Si filius fuerit orthodoxus, pater verò hæreticus. Vide §. si verò contigerit. cum sequen. in authen. vt cùm de appella. cogno. coll. viij.

Poterit quoque addere alias causas æquè graues, vel grauiores, propter quas permittitur exhæredatio. hoc enim à simili probatur. Nam sicuti in feudo sunt expressæ causæ, propter quas vasallus amittit Feudum, tamen propter alias non expressas, æquè tamē grauiores, quoq; amitti potest. c. vnico. §. porro. in vsibus feud. in titu. quæ fuit prima caus. bon. amit. Et hoc obtinuit. d. doctor Hieronimus Shiurpff, 5 in publica disputatione. Et sic vides exhæredari posse descendentes, vt filios, & ascendentes, vt patrē, matrem, auum, & auiam &c. In collateralibus autem etiam proximioribus nō opus est exhæredatione. Nam † etiam præteritio fratrū non inualidat testamentum, cùm ipsi querelam inofficiosi testamenti proponere non possint, nisi turpes personæ pro eis sint institutæ. §. soror. intrà de inoffic. testam. Exhæredare autem alios, & remotiores gradu, Planè ineptum est. l. quidam. §. sed videamus. ff. de verb. oblig. Est autem in exhæredatione obseruandum, vt purè fiat, non sub conditione. Item, vt fiat in tota hæreditate, non in parte. Vide gl. in l. iij. §. ante hæredes. ff. de lib. & posthu.

5 Collateraliū, & aliorum proximiorū. nō est necessaria exhæredatiō.

Pura debet esse exhæredatio.

Filium.

Filium. Naturalem, vel legitimum, vel legitimum non emancipatum.

Silentio praeterierit. Si non instituendo hæredem, nec exhæredando.

Inutiliter testabitur. Id est, ipso iure nō valet testamētum, si filius est præteritus. Hoc tamē ita procedit, si filius petierit declarari testamētū esse nullum. Si verò tacuerit, licet de rigore iuris non valeat, tamen de æquitate testamento subuenitur. l. filio cum glo. ff. de iniu. rup. irri. testam.

Sed non ita.

Iure veteri erat differentia inter filios & filias, nepotes & neptes ex filiis, quia pater tenebatur filiū instituere hæredem, vel nominatim exhæredare: secus autem in filiabus & nepotibus, vt hîc.

Sublata vetus masculorū & fœminarū differentia quo ad exhæredationem.

Inter cæteros. Vt hoc modo: Titium filium meum hæredem instituo, cæteros omnes exhæredo. Sub hac exhæredatione continebantur filiæ, nepotes, & neptes ex filiis. Hodie nulla est differentia quo ad exhęredationem inter masculos & fœminas. §. sed hæc. infrà eodem.

VERS. *Nominatim.*

Filij cur sint nominatim instituendi, aut exhæredandi.

Ratio † quòd filij nominatim exhæredari, aut hæredes institui debent, nec præteriri, hæc est, quòd etiam viuenti-
6 bus parentibus existimātur quodammodo domini rerum paternarum, quod dominium per præteritionem & silentium patris eis non adimitur. Requiritur ergo expressa exhæredatio. l. in suis. ff. de liber. & posthu.

§. *Posthumi.*

Posthumus † dicitur quasi post humationem patris natus. Et sunt triplices. Primò, dicuntur posthumi, qui nascun-
7 tur post mortem patris. Secundò, qui nascuntur patre quidem viuente, sed tamen post conditum testamentum. l. iij. §. posthumos. ff. de iniu. rup. irri. testam. Tertiò, est posthumus, qui nascitur auo ex vxore filij sui. l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posthum. Et iure veteri requirebatur aut institutio, aut expressa exhæredatio, eratque differentia inter
8 posthumum & posthumam. Hodie † tamē nec posthumus, nec posthuma exhæredari possunt, cùm non sentiant, nec cadat in eos aliqua causa ingratitudinis ex x i i i i. l. si quis in suo. C. de inoffic. testam. Quare si præteriti fuerint, nec instituti, rumpunt testamentum. Est tamen differentia inter

Ridiculū hoc est de tot posthu. &c.

ter filiũ præteritum, & posthumum præteritum, quia filius præteritus statim & semper facit testamentum nullũ. Posthumus verò præteritus tum demum rumpit testamentum iure factum, si viuus natus fuerit. d. l. iij. ff. de iniu. rup. irri. te stam. Nam si vxor abortum fecerit, manet testamentum firmum. §. ideóque. hîc titu. nostro.

Differẽtia inter posthumũ præteritum & filium præteritum.

VERS. *Sed fœminini.*

Vides hîc iure veteri differentiã fuisse inter posthumum & posthumã: quia posthumus nominatim exhæredabatur, posthuma verò inter cæteros, ita tamen, vt aliquid legaretur, ne scilicet videatur præterita per obliuionem: Sed hæc differentia hodie sublata est per rationem in l. maximũ vitium. C. de lib. præter. vel exhæred. & per §. fina. ibidem.

§. *Posthumorum.*

Casus istius §. talis est. Pone, Titius habet filium Sempronium nomine, & ex eo nepotem Caium, si is Titius vult condere testamentum, quod omni iure valeat, necesse est, eum ita testari: Sempronium filium meum hæredem instituo, & si contigerit, quòd ipse me viuo mortuus fuerit, substituo Caium nepotem ex eo natum. Hoc casu, licet Sempronius decedat viuo patre suo, tamen valet testamentum: quia Caius nepos testatoris, qui habetur loco posthumi, in illo testamento institutus est. Si autem Caius nepos esset præteritus, & Sempronius filius viuo Titio patre suo decederet, rumperetur hoc testamentum: quia Caius nepos post mortem Sempronij patris sui, intrat in locum sui patris, & fit suus hæres: ergo cùm inuenerit se præteritum, nec extat aliqua persona, per quam excludatur, certum est quòd testamentum rumpit.

Cautio nõ prætereũdi posthumi.

VERS. *Id lege Iulia.*

Sicut iure veteri testatores dicebant in testamentis. Si post mortem meam intra decem menses filio meo mortuo nepos mihi natus fuerit, hæres vel exhæres esto. d. l. Gallus. in princ. ff. de lib. & posth. Ita quoque consulebat Iulius Velleius obseruãdũ esse in nepotibus ex filiis, vt auus hoc modo institueret, Titium filium meum hæredem instituo: & si contigerit eũ mori ante mortem meã, Sempronium nepotem ex eo substituo, vel exhæredo. d. l. Gallus. §. nunc de lege. Alioqui si post testamentũ viuente auo moreretur esset nepos suus hæres aui, qui rumperet testamẽtum eius, si non

Consilium Velleî.

esset

esset hæres nominatus, vel expresſè exhæredatus.

§. *Emancipatos.*

9 Ratio est, quod de iure ciuili filij emancipati nec hæredes institui, nec exhæredari necesse erat: quia ius ciuile in successionibus respiciebat agnationem, vt i. de leg. agn. success. in prin. Agnatio autē omnibus capitis diminutionibus tollitur. §. sed agnationis. sup. de legit. agna. Et emancipatio est minima capitis diminutio. §. minima. i. de cap. dimi. Ergo cùm in successionibus prima ratio erat agnationi, & agnatio emācipatione tollebatur, sequitur etiā, emancipatos de iure ciuili à successione exclusos esse. Sed prætor potius cognationē naturalē, quàm agnationē, quæ iuris ciuilis est, cōsiderat. Quare etiam propter illam naturalem cognationē, quæ per emancipationē tolli non potest, admittit liberos emācipatos præteritos ad successionē contra testamentum.

Emācipati iure ciui li tāquam extranei.

VERS. *Emancipati.*

Quia tam naturalia quàm ciuilia iura in liberis adoptiuis emancipatis cessant, & habentur planè pro extraneis: quare non opus est exhæredatione, nec institutione.

VERS. *Qua ratione.*

Hoc hodie correctum est per §. sed hodie. sup. de adopt. vbi dicitur, quòd per adoptionem ab extraneo factam ius patriæ potestatis patris naturalis non dissoluitur.

§. *Sed hæc quidem.*


Per hunc §. prædicta ferè omnia sunt correcta. Dicas igitur quòd hodie tam filij, quàm filiæ, tam nepotes, quàm neptes ex filiis, aut hæredes sunt instituendi, aut iustis ex causis exhæredandi. Et hoc verum respectu patris vel aui paterni. Mater enim vel auus maternus possunt silentio prę terire filios & nepotes. §. mater. hic titu. nostro. Illi tamen liberi in testamento à matre præteriti, possunt opponere querelam inofficiosi testamenti, vt infrà audiemus, de inofficio. testament.

§. *Circa adoptiuos.*

Liberi autem in adoptionem extraneo dati manent in potestate patris naturalis. §. sed hodie. i. de adopt. l. penulti. C. de adoption. Similiter & posthumi & posthumæ, omnino exhæredari non possunt, vt diximus. quare hic §. quoad posthumos, hodie est correctus. l. si quis in suo. C. de inoffic. testamen.

De hæredibus instituendis Tit. XIIII.

1 *Quomodo titulus hic cohæreat cum superioribus.*
2 *Hæredem instituere, est sibi aliquem hæredem statuere.*
3 *Hæredes tripliciter instituuntur, purè, sub conditione possibili, & in diem incertum.*
4 *Omnis, qui non iure prohibetur, potest hæreditatem capere.*
5 *Qui prohibeantur instituí hæredes.*
6 *Hæres institutus, si tempore institutionis vel mortis testatoris deportatus fuerit, non valet institutio: si verò medio tempore, & ante aditionem restitutus fuerit, sic.*
7 *Diuisio huius tituli in tres partes.*
8 *Hæreditas quomodo soleat diuidi in duodecim vncias.*
9 *Non potest quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere.*



N præcedētib⁹ †titulis tractauim⁹ de eo, qui habet testamēti factionē actiuā, hoc est, qui testamēta facere, & hæredes instituere possit, & similib⁹: hîc aūt habes de eo, q̨ habet testamēti factionē passiuā, hoc est, q̨, & quomodo hæres in testamēto institui possit. 1
Est aūt † hęredē instituere, nihil aliud, quā sibi hæredē aliquē statuere. Dicitur enim instituere, qua si suo loco statuere. Hoc eñ agit instituēs, vt institutus post mortē suā sit dominus omniū bonorū suorum. Vna enim & eadē persona est hæredis & defuncti, vt in auth. de iureiu. à morien. præst. colla. v. in prin. Fit autē † institutio trib⁹ modis: purè, sub cōditione possibili, & in diem incertum. Purè, vt cùm testator simpliciter dicit, Titius hæres meus esto. Sub conditione hoc modo: Si Seia vidua manserit, hæres mihi esto. In diem incertū, hoc modo: Titius cùm capere poterit, hæres mihi esto. l. In tempus. in prin. ff. de hæred. insti. 2 *Quid sit hæredē instituere.* 3 *Quot modis fiat institutio.*

Potest aūt † hæres institui quilibet, q̨ nō iure prohibetur hæreditatē capere. Hinc sequitur liberos homines, seruos proprios, & alienos hæredes institui posse, si modo dñi seruorū alienorū tales p̄sonæ, sint, quæ hæreditatē capere possint. l. neq; per se. C. de hær. inst. Itē institui possunt patresfamiliâs, filiusfamiliâs, mutus, surdus, furiosus, prodigus, miles, laicus, clericus, monachus, ciuitas, Imperator, Augusta, 4 *Institutio nis capaces.*

fiscus

fiscus, Ecclesia, & quilibet locus venerabilis. §. testamenti au tem. ff. de hær. qual. & differ. l. cùm hæredes. C. qui testam. fa. posś. l. hæreditatis. C. de hæred. inst. Non autē † hæredes in-
5 stitui possint. Primò, deportati, siue perpetuò bāniti. l. j. C. e.

Incapaces. Secundò, damnati in metallum. l. si in metallum. ff. de his, qui pro non scrip. Tertiò, Anabaptistæ. l. nulli. C. ne sac. baptis. reite. Quartò, collegiū non priuilegiatū. l. collegium. C. de hær. inst. Quintò, nati ex damnato, vel incestuoso coitu. auth. ex amplexu. C. de incest. & inut. nup. In deportatis ta-
6 men, & † similibus personis, attende tria tēpora, tēpus institutionis, medium tempus, & tempus mortis testatoris, siue acquirendæ hæreditatis. Si tempore institutionis deportatus fuit, institutio non valet. l. j. C. de hær. instit. Si verò medio tēpore fuit deportatus, & ante aditionē restitutus, mediū tempus non officit. l. sed & si. §. solemus. ff. de hær. inst. Si tempore mortis testatoris deportatus fuerit, quoque nō valet institutio: nam ius hæredis eo maximè tempore inspiciēdum est, quo acquirit hæreditatem. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hære. inst. Effectus institutionis est, quòd institutus sit dominus omnium bonorum post mortem instituentis.

In deportatis quæ tēpora spectentur.

Hæredes.

7 Hunc titulum † diuide principaliter in tres partes. In prima habes quæ personæ possint hæredes institui: & ponit regulam quòd tam liberi homines, quàm serui, tam proprij, quàm alieni regulariter hæredes institui possunt. In secunda parte in §. hæreditas. tractat quomodo hæreditas in institutione diuidatur. In tertia. §. hæres. explicat quomodo fieri debeat institutio, nempe purè, & sub conditione possibili.

Series huius tit.

§. Hæreditas.

8 Habet hîc diuisionē hæreditatis. Diuiditur † autem hæreditas plerunq; in duodecim partes, sicuti as in duodecim vncias: quæ diuisio necessaria est, quādo testator vult hæredes instituere ex inæqualibus partibus: veluti si testator habeat tres filios, Titiū, Sēpronium, & Caiū, quos inæqualiter velit hæredes instituere, ita q̄ dimidia hæreditatis perueniat ad Titiū, altera verò dimidia diuidatur pro rata inter Semproniū & Caiū, hoc modo instituerет: Titiū filiū meū instituo ex semisse, Sēproniū ex quadrante. id est, Titius habebit sex partes hæreditatis. & sic dimidiā, Sēproni⁹ tres, & sic quartā hæreditatis, Caius quoq; tres, & sic quartam hæreditatis.

Hæreditatis diuisio.

Pler

Plerunque. Dicit plerunque, quia interdum diuiditur in xxiiij. interdum in xxxvj. vncias, vt infrà audiemus.

VERS. *Neque enim.*

Occurrit tacitæ obiectioni. Poterat enim obiici, Si vnus tãtùm in semisse, & sic dimidia hæreditatis, institutus est vi detur ꝙ reliqua semissis pertineat ad hæredes ab intestato, cùm as contineat duos semisses: ergo alter in quo nemo est hæres institutus, videtur ad heredes ab intestato pertinere. Sed textus hic decidit cõtrariũ, ꝙ scilicet hoc casu tota hæreditas compræhẽdatur sub semisse. Et est ratio quia † quis 9
nõ potest ꝓ parte testatus, & pro parte intestatus decedere.

VERS. *Si verò totus as.*

Id est, si tota hæreditas diuisa fuerit inter eos, qui expressis partibus instituti sunt, & supersunt alij hæredes scripti sine expressis partibus, tum diuiditur hæreditas hoc modo, quòd instituti ex certis partibus habent vnam dimidiam, & cæteri aliam dimidiam.

§. *Et si plures.*

Si quis instituerit hæredes ex multis partibus, ita quòd excederẽt assem, & superesset alius hæres nõ expressis partibus institutus, is reliquum, quod dupondio deesset, retineret. Exemplum: Testator instituit Titium ex semisse, id est, ex sex partibus, Caium ex besse, id est, octo. Sempronium autẽ sine expressis partibus: habebit ergo Sẽpronius decem partes, quæ desunt dupondio: si quoque hoc modo dupondius expletus sit, & vnus siue plures hæredes sine expressis partibus instituti fuerint, itur ad tripondium, id est, accipiẽt quod deest xxxvj. vnciis.

§. *Impossibilis.*

Quia vltimæ voluntates interpretandæ sunt potiùs vt valeant, quàm vt pereant. l. si quando. §. j. C. de inoffi. testa.

De vulgari substitutione. Tit. XV.

1 *Substitutio generalis est secunda institutio, quæ fit post primam in locum deficientis.*
2 *Duæ sunt substitutionis species, directa, & obliqua.*
3 *Directæ substitutionis in quinque partes subdiuisio.*
4 *Vulgaris substitutio quæ sit, & quotuplex.*
5 *Quinque sunt effectus vulgaris substitutionis.*
6 *Pupillaris substitutio dicitur, quando pater pupillo suo impuberi*

alium substituit hæredem.

7 *Substitutus in pupillari substitutione non fit hæres testatoris, sed eius pupilli in pupillari ætate decedentis.*

8 *Quæ requirantur in pupillari substitutione.*

9 *Pupillaris substitutio ad quid conducat.*

10 *Pupillaris substitutio secundum Azo. quinque modis finitur.*

11 *Exemplaris substitutio quæ sit, & vnde dicta.*

12 *Breuiloqua substitutio dicitur, quæ continet duas vulgares, & duas pupillares substitutiones.*

13 *Compendiosa substitutio quid sit, & quomodo fiat.*

14 *Substitutio compẽdiosa facta per paganũ, quõ, & quãdo valeat.*

15 *Obliqua substitutio quibus verbis fieri soleat.*

16 *Quare plures hæredes à testatore institui soleant.*

Huius definitionis quanta sit apud nostros rixa, nemo omniũ nescit. Tu verò prudentissimũ iurisc͂o. imitare, qui nihil omnino tali contentione opus esse existimauit in re omniũ certissima, quam enim vel stupidissimus dubitare poterat, in re testamentaria quid



Roximus titulus de primo gradu institutionis proposuit: hic autem disponit de secundo gradu institutionis, quæ substitutio dicitur.
1 Est igitur † substitutio nihil aliud, quàm secunda institutio, quæ fit post primam, in locũ deficientis: vt quando testator ita dicit, Titius hæres meus esto: si verò Titius decesserit, Sempronius hæres meus esto. vt colligitur hîc in prin. tit. nostri. Et diuiditur † in duas spe-
2 cies, in directam & obliquam, siue fideicommissariam. Directa dicitur, quando quis capit hæreditatem deficientis, mediante nulla alia persona, vt in exemplo iam proposito. Obliqua est, quando quis capit hæreditatem ex fideicommisso: vt cùm hoc modo dico, Titius hæres meus esto: si verò decesserit, Sempronius hæres meus esto, & fidei eius committo, vt restituat Seio. & de hac infrà de fideicom. hæredi.
3 Directa † subdiuidiur in vulgarem, pupillarem, exẽplarem, breuiloquam, & compendiosam.
4 Vulgaris dicitur, quæ fit † cuilibet à quolibet de vulgo, dũ tamen substituẽs testamẽtum facere, & substitutus ex testamẽto capere possit. Vide Doct. in l. j. ff. de vulg. & pup. subst. Et illa subdiuiditur in expressam, & tacitam. Expressa, quæ fit verbis negatiuis, hoc modo: Si Titius hæres meus nõ est, Sempronius hęres esto: vt hîc tit. nostro. Tacita, quæ fit verbis affirmatiuis: vt cùm testator dicit, Vos duos inuicẽ substituo. vel sic, Vter inter Titiũ & Seium vixerit, hæres meus esto. tunc si vterque vixerit, ambo heredes sunt: si verò vnus decesserit, alter solus hæres erit ex asse. l. Titius & Seius, ff. de

de hær.inſt.Effectus ſubſtitutionis†vulgaris expreſſæ & ta- 5
citæ,recenſet Bart.in l.j.ff.de vul.& pup.ſubſt. & ſunt quin-
que. Primus eſt,ꝙ facit ſubſtitutum admitti ad hæreditatē,
ſi inſtitutus nō ſit hęres.Secūdus, ꝙ teſtim̄ poteſt ſumere vi-
res à ſubſtituto, ſi fortè inſtitutio non valet. Tertius,ꝙ illa
vulgaris expreſſa ſubſtitutio,cōtinet tacitā pupillarē. Quar
tus,ꝙ per eā ſucceditur defuncto, nō ei,cui ſubſtitutus quis
eſt.Quint' ꝙ vulgaris ſubſtitutio facit de ſuo & neceſſario
hærede voluntarium,id eſt, ſeruus in inſtitutione fit ſuus &
neceſſarius hæres,hoc eſt , nolit velit,cogitur adire hæredi
tatē:in ſubſtitutione verò eſt volūtarius hęres,hoc eſt,pote
rit abſtinere, ſi voluerit.l.ſi filius hæres.ff.de libe.& poſthu.

Pupillaris ſubſtitutio†eſt,quando pater filio ſuo impube 6
ri alium hæredē ſubſtituit, & idē eſt ac ſi illi impuberi teſta
mentū conderet. Pater enim poteſt filio impuberi condere
teſtamentū,poſt ſuum teſtamentum.l.moribus.cum ſimi.§.
prius.ff.de vulg.& pupi.ſubſt.Et eſt quoq; duplex,expreſſa,
& tacita. Expreſſa eſt,quæ hoc modo fit:Si filius meus mihi
hæres erit,& in pupillari ætate poſt mortem meam deceſſe
rit,Titium ei ſubſtituo:vt infrà de vulg.& pup.ſubſt.in prin.
Et dico hîc notanter,ei ſubſtituo:quia†in pupillari ſubſtitu 7
tione,ſubſtitutus non fit hæres defuncti teſtatoris,ſed ipſius
pupilli inſtituti,& in pupillari ætate decedentis. Tacita eſt,
quæ fit his verbis, Quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio
meo, in pupillari ætate decedenti.

Quatuor † requiruntur ad pupillarē ſubſtitutionem vt valeat,ſecundum gl.in verb.liberis.infrà de pupi.ſubſtit.in princ.

- Primùm, vt ſit de liberis pupillus, cui ſubſtituitur: nam extraneo ſubſtitui non poteſt.
- Secundò, quòd ſit impubes, cui ſubſtituitur. 8
- Tertiò, quòd ſubſtituens habeat eum in poteſtate.
- Quartò, ꝙ omnes alij liberi ſint inſtituti vel exhæredati: aliâs nullū eſſet principale teſtamentū & per conſequens pupillaris ſubſtitutio quoq; non valeret.

Effectus pupillaris ſubſtitutionis ſecundum Bar.in l.mo-
ribus.ff.de vul.& pup.ſubſt.ſunt quatuor.Primus,ꝙ†pupilla 9
ris expreſſa cōtinet tacitam vulgarem. Secūdus,ꝙ per eum

eſſe ſubſtitue re? Fuge, obſecro, nugas & ſophiſmata. Vt vulgarem ſubſtitutionē agnoſcas, ſcito in ea neceſſarium eſſe inſtitutū eſſe hæredē, & conditionē negatiuam in eum eſſe collatam. Quotquot autem formulas excogitare poteris, in hūc ſenſum perpetuò reſoluetur, quiſq; ſemper indudi: intelligitur duobus capitibusque noſtri appellāt voluntatis & impotentiæ. Reliqua ſomnia Barto. &

omnium o mino tanto-pere lauda ta; de ex-presso & tacito quo ad casus, verba ge-nus, speciē & si-milia deli ramenta, quæ ille i-pse si viue ret, nullo prorsus v-sui posset vnquā ac commodo dare ex-plode, abij ce & exi-bila.

succeditur pupillo,& non defuncto.Et hîc vide differētiam inter vulgarē & pupillarē:quia in vulgari succeditur defuncto,in pupillari autē pupillo,cui quis est substitutus.Terti⁹, ꝙ pupillaris expressa excludit matrē, & alios ascēdētes per lineā maternā prçteritos,quos filius præterire nō potuisset. Quartus, ꝙ si pater substituit filio suo impuberi talem hæredē,qui ipsi patri esset suus & necessarius hçres,vt seruum, &c.fit is substitutus impuberi quoq; suus & necessarius hæres.d.l.moribus.§.prius.& l.sed si.ff.de vul.& pup.substi.Ex-
10 pirat autē† pupillaris substitutio secūdū Azo.in summa sua, quinque modis.Primò maxima,media,& minima capitis diminutione pupilli: subuenitur tamen substitutis per vtiles actiones.Secūdò,si non adita est hæreditas patris. Tertiò,si patris testamētū p querelā inofficiosi testamēti fuerit expugnatū in totū.secus si in parte tātum:nā tū valeret pupillare testamētum.Quartò,si substituenti testatori fuerit agnatus posthumus.l.si pater filiū.ff.de vulg & pup.subs.Quintò,per pubertatē,vt gl.in d.§.qua ratione.Et tantum de pupillari.

11 Exemplaris† substitutio est,quando parētes vtriusque sexus substituunt furioso,vel mente capto,eius descendentes, vel his deficiētibus fratres,vel etiā extraneos,si scilicet neq; ascēdētes,neque etiam fratres habuerint. Et dicitur exēplaris,quia fit ad exemplū substitutionis pupillaris.Sicuti enim pater filio impuberi potest substituere,ita quoque parentes vtriusque sexus furiosis & mente captis substituere possunt; quia ipsi rebus suis præesse non possunt, sicut nec pupilli.§.qua ratione.cum simili.j.de pup.subs.In quibus autē differat hæc substitutio à pupillari,& in quibus cōcordet,vide gl.in verb.ad exemplum.in d.§.qua ratione.Et est quoq; duplex, expressa & tacita.Expressa est,quæ fit verbis expressis.Tacita est,quæ continetur in expressa vulgari, facta furioso, vel mēte capto,de quibus vide Io.de Platea,in d.§.qua ratione. Cessat autē hæc substitutio adueniēte sanitate,vel cùm furiosus cōpos mentis factus fuerit. Secundò,si frater furiosi, vel extranei substituti fuerint, cessat substitutio,à liberis,furioso procreatis.l.humanitatis.C.de impub.& aliis substi.

Breuiloqua substi tutio.

12 Breuiloqua substitutio† est,quæ cōtinet duas vulgares,& duas pupillares substitutiones: vt cum duo impuberes, hoc est,qui nondum nati sunt xiiij.annos,instituti à parēte, qui eos habet in potestate, sibi inuicē reciprocè substituuntur, hoc

hoc modo: Titiũ & Seium filios meos impuberes hæredes instituo,& sibi inuicẽ substituo. Hęc substitutio primò cõtinet duas pupillares substitutiones,videlicet vter illorũ ĩ pupillari ætate decesserit,est ei supstes substitut⁹. Deinde cõtinet duas vulgares,scilicet,cũ ambo instituti vixerĩt vsq; ad pubertatẽ,& vter illorũ postea decesserit, alter substitutus manet vulgariter. Dicit̃ autẽ breuiloqua, quia breuib⁹ verbis cõtinet cõmuniter quatuor substitutiones. Dicit̃ quoq; reciproca,q̃ fit quędã reciprocatio ĩ mutua substitutione.

Compendiosa substitutio† dicitur, quæ sub cõpẽdio verborum plures substitutiones,seu tẽpora cõplectitur: & fit per aduerbiũ,quãdocũq;,secũdũ gl. in c. Raynuti⁹ extrà, de testam. in verb. si absq;. Et fit his verbis: Instituo Titiũ filiũ meũ hæredẽ,& quãdocũq; decesserit, Caius hæres esto. Vides, q̃ aduerbiũ,quãdocũq;, hîc cõplectitur vulgarẽ & pupillarẽ substitutionẽ. Si enim institutus in pupillari decesserit,est hæc cõpendiosa substitutio quoq; pupillaris: si verò post pubertatẽ decesserit,vulgaris. Et sic quoq; cõprehẽdit plura tẽpora, tẽpus pupillaris ætatis, & quoq; tẽpus totius vitę. Potest autẽ hæc substitutio fieri tã à milite,quã à pagano. Si fit à milite,valet iure directo. Si verò à pagano,& sic à nõ milite fit, distingue, Aut institutus moritur in pupillari ætate:& valet substitutio quoq; iure directo: quia pater videtur hoc casu impuberi testm̃ fecisse, aut post pupillarẽ ætatẽ institutus moritur:& subdistingue, Aut fit substitutio per hæc verba, Quandocũq; filius meus institutus decesserit, substituo Semproniũ:& valet substitutio, quia est vulgaris,& succedit substitutus non ipsi instituto, sed testatori. Trahitur autẽ hæc substitutio ad fideicõmissum, id est,ac si testator dixisset: filiũ meũ instituo,& rogo eũ, vel fidei eius cõmitto,vt hæreditatẽ adeat,& restituat Sempronio substituto. Aut fit substitutio per hæc verba: Quandocunq; filius meus decesserit, substituo ei Semproniũ:& nõ valet substitutio, si institutus morit̃ post pubertatẽ: quia Sempronius est hîc substitutus instituto,& nõ testatori, quod fieri non potest post pubertatẽ: quia pater nõ potest aliquem substituere filio, nisi sit pupill⁹. Ergo,&c. Vide gl. in verb. ad exẽplũ. §. qua ratione. ĩ. de pupil. sub. Et hæc de directa substitutione sufficiãt. Notabitis autẽ obiter, q̃ sicuti directa institutio hæredis tantũ fit in testamẽto, & in nulla alia vlti-

13 Cõpendiosa substitutio.

Quid sit trahi ad fideicommissum.

ma voluntate,ita quoque directæ substitutiones fiūt tātùm in testamentis.Obliqua autē,siue fideicōmissaria institutio, vel substitutio , etiam in codicillis fieri potest.§.codicillis.
15 cum seq.ī.de codi. Dicitur autē † obliqua,siue fideicommissaria substitutio,quæ fit hoc modo:Instituo Titiū filiū meum hærede,& rogo eum,vt hæreditatē restituat Sempronio, si decesserit Titius sine liberis.de qua latiùs.ī.de fideicō.hær. Vide de substitutionibus gl.in verb.ad exemplum.§.qua ratione.ī.de pup.subst.glo.& doct.in d.c.Rayn.extrà,de testa. doct.in l.j.& l.moribus.ff.de vulg.& pupil.substi.

Obliqua substitutio.

Fideicommissum nō esse substitutionē oēs præter Alex. volūt, qui sit- gidissimis mouentur rationibus veriorq; cō munis sententia proculdubio est. 16

In testamento. Dicit notāter,in testamēto,quia in codicillis & aliis vltimis volūtatibus substitutio directa non valet. *Substituere potest.* Id est,si fortè hæreditas † esset grauata ære alieno adeò,ꝙ hæredes instituti non facilè adirēt eam. Ne ergo post mortē testatoris, eius bona suo nomine vēderētur,quod ignominiosum esset, permissum est testatorib9, tres,vel quatuor hæredū gradus facere:ꝙ si vnus hæreditatē repudiauerit,tū alter adiret,cuius nomine,& non testatoris,bona deinde venderētur.Quòd si nec aliqs ex institutis, siue substitutis,hæreditatē adire velit, pōt testator loco nouissimo seruū suū hæredē instituere,qui velit nolit, cogitur esse hæres,& bona testatoris istius serui nomine vēduntur.

§. *Et si ex disparibus.*

Vt si testator instituerет Titiū in sex vnciis, Caiū in quatuor,& Seiū in duabus, & illos tres sibi inuicē substitueret, nō tamē expressis partibus in substitutione,quæritur,si Titius moriatur ante aditionem, qūo sex vnciæ Titio relictæ. inter Caiū & Seiū reciprocè substitutos,diuidētur? Decidit Imperator,ꝙ Cai9 habebit quatuor vncias, & Sei9 duas,qa in institutione Caius quatuor & Sei9 duas vncias habebāt.

§. *Si seruum.*

Factum huius §.

Hìc est casus istius.§. Quidā instituit seruū alienū hæredē,quē putabat esse liberū, & sui iuris:& si hæres non esset, substituit Mæuiū.Defuncto testatore,seruus institutus iussu domini sui adiuit hæreditatē. Mæuius autē substitutus,quia testator errauit in conditione instituti, petebat hæreditatē iure substitutionis.Quærebatur itaq; ꝗ si hæc verba interpretāda sint,scilicet,si hæres non esset.Et dicit Imperator si testator sciuisset illū hæredē institutū seruum esse, ita fieret interpretatio,id est, si neq; ipse seruus hæres erit,neq; aliū;

Interpretatio horū verb. si hæres nō erit.

ſcilicet dominum ſuum,hęredem effecerit.Si verò teſtator ignorauerit inſtitutum eſſe ſeruum,vt in caſu noſtro, ſic ſit interpretatio:Si hæres non eſſet.i.ſi inſtitutus hæreditatem ſibi,vel ei,cuius iuri poſteà ſubiectus eſſe cœperit (per arrogationē.ſ.vel per redactionē in ſeruitutē)nō acquiſierit, Mæuius hæres eſto.Et quia hic vterq; tam inſtitutus, quā ſubſtitut⁹ habet pro ſe rationē,q̄a dominus inſtituti adiuit hæreditatē ꝓpter ſeruū ſuū inſtitutū:igit̄ argumentat̄ hoc modo cōtra ſubſtitutū:Vulgaris ſubſtitutio poſt aditionem hæreditatis per inſtitutū eſt extincta.l.poſt aditā.C.de impub.& aliis ſubſt.Sed tu es vulgariter ſubſtitutus, & ſeruus meus inſtitutus hæreditatē meo iuſſu adit:ergo ſequit̄, tuā ſubſtitutionē eſſe extinctā:& per cōſequēs te nō poſſe inſtituere petitionē hæreditatis.Ecōtrà ſubſtitutus pro ſe cōtra inſtitutū quoq; habet rationē,& argumentatur hoc modo: Volūtas teſtatoris poti⁹ ſpectāda eſt,quā verba. Sed certū eſt,teſtatorē credidiſſe te liberū hominē inſtituere, & voluiſſe,ſi liber nō eſſes,vt ab hæreditate excludereris: & ſic voluit liberū hominē inſtituere,elegitq; tuam,non dñi tui, perſonā.Sequit̄ ergo,quia liber nō es,& tamē ſub illa cōditione inſtitutus:ꝙ inſtitutio ſtatim nō valuit, & hæreditas ad me pertineat.Cū ergo vterq; pro ſe habeat rationē,diuidit̄ hæreditas.Primò,in duos ſemiſſes,& alter ſemiſsis diuiditur in duos quadrātes.Prim⁹ integer ſemiſsis,& vn⁹ quadrās alterius ſemiſsis dantur Mæuio iure ſubſtitutionis, ita ꝙ nouem vncias habeat.Domino autē inſtituti datur quadrans,propterea ꝙ hæreditatē adiuit.l. ſi paterfamilias. cū ſeq.ff.de hæred.inſtitu.Vide glo.hîc in verbo,in partem.

De pupillari ſubſtitutione. Tit. XVI.

1. *Quare pater poſſit pupillo facere teſtamentum.*

VERS. *Nam moribus.*



Atio,†ꝙ pater filio impuberi pōt teſtamētū facere,eſt,ne impubes decedat inteſtat⁹.Decederet eñ inteſtat⁹, ſi pater ei teſtm̄ nō fecerit:cū null⁹ impubes teſtamētū cōdere poſsit.§.ꝓtereà:q te.fa.poſ. 1 *Introduct de huius ſubſtitutionis ratio.*

*Ad exemplum.*Quia furioſus & pupillus in pleríſque æquiparantur, vt colligitur ex §.pupillus.infrà de inuti.ſtipul.

VERS. *Illud palàm.*

Id est propterea substitutio non est inualida, quòd insti tutio, & substitutio sunt scriptæ in eadem charta, licet pupillo sit periculosum.

§. *Liberis autem suis.*


Pater pupillariter substituere nō potest, nisi sibiipsi condat testamentum, & in eo substituat.

§. *Vel singulis.*

Id est, si testator vult, quòd nullus impuberū decedat sine testamento, potest singulis substituere. Si verò vult, ꝙ legitimo modo sibi inuicem ab intestato succedant, non est necesse singulis substituere, vel tantùm nouissimè, vt hoc modo: Quicunque filiorum meorum nouissimè impubes decesserit, sit ei Titius hæres.

Quibus modis testamenta infirmentur. Tit. XVII.

1 *Testamenta quando dicantur non iure facta, & quando sic.*
2 *Quando, & quomodo testamenta iure facta infirmentur.*
3 *Si testator decedit sine testamento, vocantur proximiores ad successionem.*
4 *Nemo potest facere duo testamenta.*



Vmma istius tituli hæc est, ꝙ testamēta fiūt duobus modis, non iure, & iure. Non† iure
1 fiunt, quæ carent solēnitatibus requisitis, vel quando testator nō habet testamenti factionē actiuā, & tamē fecit testamētū vel hæres institutus non habet testamenti factionem passiuam: vel filius in potestate constitutus, præteritus est, &c. Et illa ipso iure non valent. Iure fiunt, in quibus prædictorum nihil
2 desideratur. Et illa infirmantur † duobus modis. Primùm, ipso iure. Secūdò, per officium iudicis. Ipso iure infirmātur quoq; bifariā. Aut rumpūtur: aut irrita fiūt. Rūpunt primò p agnationē sui hæredis: qđ fit, si post testamētū factū natꝰ fuerit posthumꝰ vel testator aliquē adoptauerit, vel arrogauerit. Secūdò rūpitur per posterius testamētū iure factū. Irrita fiūt, si testator fuerit capite diminutus, vt si arrogatus fuerit. Per officiū iudicis infirmātur testamenta iure facta, quādo proponitur querela inoffi. test. de qua in tit. sequen.
3 *His casibus.* Id est, testator † decedit sine testamēto, & vocantur

Testamenta duobus modis fieri, non iure, & iure.

Testamenta iure facta, quot modis infirmentur.

cantur ad succesSionem ab intestato, qui sunt gradu proximiores: quia tam primum, quàm posterius testamentũ irritum est. Primùm rũpitur per posterius, posterius autem ideo non valet, quia hæres, vel conditio deficit.

§. Sed & si quis.

Hæc secunda institutio non videtur valere: quia cùm hęreditas sit succesSio in vniuersum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de reg. iur. videtur ꝙ in re certa quis nõ posSit esse hęres, tamen deciditur hîc cõtrariũ: quia altera parte detracta, habetur hæres ex certis rebus institutus pro hærede omnium bonorum, ne testator censeatur partim testatus, partim verò intestatus decesSisse. l. j. §. si ex fundo. ff. de hæred. instit.

VERS. *Testamentum secundo loco.*

Licet testator in secũdo testamẽto dicat, quòd primũ testamentum quoq; valeat, nihilominus tamen primũ inualidatur per secundum: quia nemo potest † decedere post se relictis duobus testamentis. Hæres tamen in primo testamento institutus consequitur maiorẽ partẽ hæreditatis, & hoc ex secũdo testamẽto, ꝙ scilicet approbauit suã institutionẽ nomine fideicommisSi. Nã hæres secundi testamenti cogitur esse cõtẽtus sua parte, vel quarta parte hæreditatis & restituere noĩe fideicõmisSi reliquã partem instituto in primo testamẽto. Idẽ enim est ac si testator dixisset in secũdo testamẽto: Titi⁹ hæres esto in certis rebus, & fidei eius cõmitto, vt reliquam partem hæreditatis restituat hæredi. 4 *Duo testamẽta eiuSdem testatoris non posSunt simul stare.*

Capite diminutus. Id est, maxima, vel minima capitis diminutione: vt si paterfamilias fecerit testamentum, & dederit se postea in arrogationem, hoc testamentũ est irritum, quòd per arrogationem fit filiusfamilias, qui regulariter testari non potest, vt suprà diximus.

§. Non tamen.

Regula est, quòd testamentum fit irritum, si testator est capite diminutus. Hæc regula fallit, si testator ante mortem suam est restitutus.

De inofficioso testamento.
Tit. XVIII.

1 *Inofficiosum testa. est, quod contra officiũ pietatis factum est.*
2 *Querela inofficiosi testamenti quid.*
3 *Querela inofficiosi testamenti datur descendentibus, ascen-*

dentibus, & proximis collateralibus.

4 *Quibus ex descendentibus detur querela inofficiosi testamenti, & quibus non.*

5 *Parentes, siue ascendentes, quando possint proponere querelam inofficiosi testamenti.*

6 *An querela inofficiosi testa. habeat locum in liberis emancip.*

7 *Qui & quando collaterales habeant querelam inofficiosi testamenti. & nu. 15.*

8 *Causæ, quibus frater agens de inofficioso testamento potest repelli, sunt tres.*

9 *Querela inofficiosi testamenti datur contra omnes hæredes.*

10 *Querela inofficiosi testamenti incipit post aditam hæreditatem, & durat quinquennium.*


11 *Si filius præteritus medio tempore ante querelam præparatam decesserit, transmittit eam ad descendentes.*

12 *Si filius exhæredatus, vel præteritus in testamento, relicta est legitima, vel minus legitima, aut omnino nihil, quid iuris. & nu. 7.*

13 *Legitima quid dicatur.*

14 *Quot & quibus modis amittatur querela inofficiosi testa.*

16 *Casus, quando quis præstans aduocationem hæredi instituto, nõ amittat querelam inofficiosi testamenti.*



N proximo tit. dictũ est quibus modis testamẽtũ ipso iure infirmet sine facto hominis: in hoc autẽ tit. habes quomodo infirmet, nõ ipso iure, sed officio iudicis, qđ fit p querelã
1 inoffi. testa. Est† autẽ inofficiosum testamẽtũ, qđ cõtra pietatis officiũ factũ est. Dico, contra pietatis officiũ, propter parẽtes, & liberos, qui sibi ipsis debent mutuũ officiũ, & pietatẽ. l. j. ff. de obseq. à lib. & lib. par. & pat. præst. Et sic nota, testamentũ hoc casu nõ impugnari, propterea ꝙ solennitates omissæ sunt, sed tantũ fit querela, ꝙ
2 quis dicit se præteritũ, vel iniustè exhæredatũ. Est † itaque querela inofficiosi testamẽti remediũ subsidiariũ, quo petit quis, vt iudex ex officio suo testamẽtũ rescindat, quasi con
3 tra pietatis officiũ factũ. Datur† autem hæc querela tribus, descendentibus, ascendentibus, & collateralibus proximis

Descendentibus datur, vt filiis, filiabus, nepotibus, neptibus, &c. In his tamẽ distingue, Aut loquimur de liberis naturalibus tãtũ, & subdistingue, Aut tractatur de testamẽto patris: & nõ possunt querelã inofficiosi testamẽti instituere, siue

Inofficiosum testamentum.

Hæc querela est remedium subsidiarium.

Quibus cõpetat.

siue præteriti sint, siue exhæredati:(debētur eis tamē alimēta, ex bonis paternis) q̃a nō sunt in patria potestate, nec sui hæredes, vt colligit ex gl. in §. fi. ī. de nup. Aut tractatur de inofficioso testamēto matris: & tā naturales quā spurij de inofficioso testamēto cōqueri possunt, si sunt præteriti, vel iniustè exhæredati. l. si suspecta. §. de inofficioso. ff. de inof. test. Aut loquimur de liberis naturalibus, & legitimis simul vel legitimis tātū: & distingue, Aut sunt exhæredati, aut præteriti. Primo casu subdistingue. Aut sunt exheredati ex iusta causa ingratitudinis, de quib⁹ ī. & †valet testamētū, nec potest impugnari per querelā inofficiosi testamēti. §. siue igitur. in auth. vt cū de app. cog. col. viij. Aut sine iusta causa à patre exhæredati sunt, vel à matre, vel auo materno præteriti (quæ præteritio ꝓ exhæredatione habetur. §. fi. ī. de ex hære. li.) & habēt querelā inofficiosi testamēti. l. nō putauit. §. sanè. ff. de bo. pos. cōtra tab. §. fi. in fi. cū glo. ī. de exhær. li. Secūdo casu, quādo. s. liberi à patre, vel auo paterno præteriti sunt: & distingue, Aut fuerunt in testatoris potestate: & nō opus habēt querela inofficiosi testamēti, qui testamētū est ipso iure nullū. §. sed qui filiū, cū seq. ī. de exhære. liber. Aut fuerūt emācipati: & iterū nō opus habēt hac querela: quia datur eis à prætore bonorū possessio cōtra ta. §. emancipatos. ī. de exhæreda. libe. Et tantum de descendentibus. 4

Querela ascendentium.

Secūdò datur hæc querela ascendentibus vsque in infinitum contra testamenta inofficiosa liberorum. In his tamen quoq; distingue, Aut sunt†parētes naturales tantùm, aut naturales, & legitimi simul, siue legitimi tantum. Primò casu dic, Aut pater naturalis, vel auus paternus præteritus, vel iniustè exhæredatus est: & non potest proponere querelā inofficiosi testamēti, arg. d. gl. fi. §. fi. ī. de nupt. Aut mater naturalis filij, vel etiā mater spurij præterita, vel iniustè exhæredata est à filio naturali, vel spurio. & potest hāc querelam proponere, arg. d. l. si supecta. §. de inofficioso. ff. de inofficioso testa. Secundo casu, quando scilicet loquimur de parentibus naturalibus, & legitimis simul, vel legitimis tantū: & distingue, Aut liberi, qui testātur sunt in potestate parentū, aut sunt emācipati. Si in potestate parentū sunt, & subdistingue, Aut testātur de peculio aduētitio: & testamētū est ipso iure nullū, nec opus est querela, vt ī. diximus in tit. quibus non est permis. fac. testa. in prin. Aut de castrensi 5

vel

vel quasi castrensi peculio testantur:& iterum subdistingue. Aut loquimur de parētib⁹ à linea paterna, vt patre, auo paterno,&c.& tūc, aut sunt expressè exhæredati, aut prætetiti. Si exhæredati, iterū distingue, Aut exhæredatio contigit propter iustam causam, & valet testamentū filij, nec potest impugnari per querelā inofficiosi testamēti.d.§.siue igitur. in auth.vt cùm de ap.cog.coll.viij. Aut exhæredatio contingit sine iusta causa:& subdistingue, Aut exhæredatus est parens à filio milite in militia constituto:& non habet locum querela.l.de inofficioso.C.de inc ff.testa. Aut est exhæredatus à filio pagano, siue à non milite, & habet locū querela inofficiosi testamenti.auth.presbyteros.C.de epi.& cle. Aut loquimur de parentibus à linea materna:& distingue, Aut quæris de liberis legitimis tantùm:& valet testamentū, siue prçteriti, siue exhçredati sint. Aut quçris de liberis naturalibus,& legitimis simul:& subdistingue, Aut filius exhæredauit illos iustam ob causam:& valet testamētū.d.§.siue igitur.in authē.vt cùm de app.cog.coll.viij. Aut sine iusta causa:& est locus querelæ l.cùm illū. C.de inoff.test.nisi filius
6 sit miles.d.l.de inofficioso.C.e.†Si emancipati liberi de bonis suis quibuscūq; testati fuerint, præterierintq́; parentes, siue exhæredauerint, quæritur an habeat locum querela? Et distingue, Aut loqmur de parētibus à linea paterna: & tunc subdistingue. Aut sunt exhæredati, vel præteriti:& tūc si exhæredati sunt ex iusta causa, valet testamētū, nec pōt impugnari.d.§.siue igitur.in auth.vt cùm de app.&c. Si verò sine causa eos exhæredāt, habēt querelā. Si verò eos prætereunt habent bonorū possessionē cōtra tab.l.Pātonius.ff.si à par. quis manu.fue. Aut loquimur de parētib⁹ à linea materna sine causa præteritis, vel exhæredatis:& dic ꝙ habent querelam inofficiosi testamenti, arg.l.cùm filiū.C.de inoff.testa.
7 Tertiò datur† hçc querela inofficiosi testamēti proximis collateralibus, vt fratribus, sororibus. Sed hoc casu requirūtur duo. Primò, vt illi, qui proponunt illā querelam, sint defuncti fratres, vel sorores, vtrinque coniuncti, vel ad minus consanguinei.id est, ex eodem patre nati. Secundò, quòd sit turpis persona pro eis instituta. Si enim esset honesta persona instituta, nō possent testamentū impugnare.l.fratres.
8 C.eo. Sunt autem tres causæ, propter quas † frater agens de inofficioso testamēto fratris,& turpibus personis institutis,

Querela proximorum collateralium.

repel

repelli poteſt. Prima eſt,ſi frater mortẽ fratri defuncto voluit inferre.Secũda,ſi eũ voluit criminaliter accuſare. Tertia ſi properauit iacturã ſubſtãtiæ eius inferre.§.ingratitudine.in auth.de nup.colla.iiij.Et hæc refer ad ea, quæ ſupra diximꝰ de exh.lib Datur autẽ † hæc querela contra ſcriptos, 9
vel nũcupatos hæredes,directos,vel fideicommiſſarios vniuerſales,quicũq; fuerint,& ſi Imperator, vel Deus inſtitueretur,id eſt ipſa eccleſia.l.Papinianus.§.ſi Imperator, cũ gl. ff.de inoff.teſt.vbi citatur dictũ Auguſtini dicentis.Qui vult Deũ inſtituere hæredẽ,filiũ verò exhæredare,alium quærat pro conſilio,non Auguſtinũ.c.quicunq;.xvij.q.iiij.Et incipit competere † poſt aditã hæreditatẽ(quæ intra ſex menſes, 10
vel annũ,adiri debet(& durat vſq; ad quinquẽniũ.l.ſi quis ſiliũ.in fi.C.eod.Et ſi † filius præteritus vel exhæredatus medio tẽpore ante querelã præparatã deceſſerit,tranſmittit eã 11
ad ſuos deſcẽdẽtes.l.ſcimus.§.in medio.& d.l.ſi quis filiũ, C. e.Ad extraneos verò hæredes non trãſmittitur querela, niſi fuerit præparata,id eſt,niſi filius viuẽs eã inceperit, & præparauit,& poſt præparationẽ mortuus fuerit.l. poſthumus. §.ſi quis.ff.eo.Circa effectus querelæ inofficioſi teſtamenti diſtingue,Aut exhęredatis † ſine iuſta cauſa à patre,vel præ- 12
teritis à matre ſine iuſta cauſa,in teſtamento eſt relicta legitima,aut minus legitima,aut omnino nihil. Primo caſu ſi ſcilicet legitima relicta eſt,coguntur liberi eſſe cõtenti, nec poſſunt teſtamentũ impugnare.Secundo caſu,qñ minus legitima relicta eſt, agitur ad ſupplementum legitimæ.d.l.ſi quis filium.Tertio caſu,quãdo ſcilicet nihil omnino relictũ eſt,diſtingue, Aut quæris de præteritione matris: & adhuc datur querela inofficioſi teſtamenti vſq; ad legitimam. §.fi. iuncta gl.ſup,de exh.lib. Aut quæris de pręteritione patris, & petitur totũ teſtamentum reſcindi:& ſi pronuntiatũ fuerit cõtra teſtamentũ,nec appellatũ, fit actor hæres vniuerſalis,vel bonorũ poſſeſſor.l.omnimodo.§.ſin verò. C.eo.ti. Legata tamen,& fideicõmiſſa ſingularia in teſtamento inofficioſo relicta,præſtari debent.§.ſi verò contigerit.in authen.vt cùm de app.cog.colla.viij.Eſt autem legitima † libe- 13
ris debita triens,id eſt,tertia pars bonorum, ſi ſunt quatuor liberi,vel pauciores.Si verò plures quã quatuor extarẽt, legitima omnium bonorum eſſet ſemiſſis,id eſt dimidia pars bonorũ,quæ pater tẽpore mortis habuit,deducto ære alieno

Auguſtia

Quando competat.

Tranſmittitur.

Vis huius querelæ.

Cõputatio legitimæ.

no, legatis, & sumptibus funerũ. auth. nouissima. C. eod. titu.
14 Repellitur† autẽ quis ab hac querela tribus modis. Primò, si à tempore aditæ hæreditatis tacuit per quinquenium. d. l. si quis filiũ. in fi. C. eo. Secundò, si agnouit testamentum illud præstando aduocationem his qui agunt ex testamento. hoc enim modo videtur testamẽtũ approbare. l. fi. ff. e. Tertiò, si competit aliud remediũ, quàm querela, vt bonorũ possessio contra tabulas, vel condictio ex lege. §. tam autẽ. cũ gl. hic tit. nostro. l. Papinianus. §. si quis impuberi. ff. eo.

Repulsio ab hac querela.

§. *Plerunque*.

Hic nota obiter, quando querela inofficiosi testamenti locum habeat. Et primò, si parentes vtriusque sexus liberos suos sine causa exhæredant, vt hic, in verbo, sine causa. Secundò, si parẽtes à linea materna eos prætereant, quæ præteritio pro exhæredatione habetur.

Hoc colore. Sed hodie hic color, seu hæc ratio, scilicet ꝙ testator nõ sanæ mẽtis fuerit, non habet locum, secundum Bar. l. nam & his. in fin. ff. eo. Ad hoc ergo quòd hæc querela locum habeat, satis est proponere causam exhæredationis, siue præteritionis, non esse veram.

Sublatus antiquus color, quasi nõ sanæ mentis.

15 *Vltra fratres*. Reliqui cognati† vtcunque proximi gradu, contra officium pietatis impugnare nõ possunt. Si vero testamentum per se non valeret, vt quia testator non habuit testamenti factionem actiuam, vel hæres institutus testamenti factionem passiuam, vel alioqui testamenti solennitates omissæ sint, tum quilibet, qui ab intestato succederet, vel interesse aliquod prætenderet, impugnare posset.

§. *Si tutor*.

Tertiò, si actor approbauit testamentũ, præstando aduocationem. Sed hic in text. est limitatio istius regulæ. Hic est
16 casus† istius §. Titius habuit duos filios, Caiũ & Seiũ, Caius erat pubes, & maior, quem pater sine iusta causa exhæredauit. Seio autẽ, qui impubes erat, certã pecuniæ summã legauit, cuius tutelam gessit Caius frater maior exhæredatus. Ille functo testatore, Caius accepit legatum ex eo testamẽto nomine pupilli sui, hoc est, fratris: Soluto autem illo legato, volebat suo proprio nomine contra illud testamentũ querelã inofficiosi testamenti proponere, ꝓptereà, quia sine iusta causa exhæredatus erat: quærebatur an possit agere? Et videbatur ꝙ nõ: quia per acceptionem legati, nomine pupilli fratris

Factum huius §.

fratris sui videtur testamentũ approbasse. Probans aũt testamẽtũ,& deinde agẽs querela,repellitur exceptione.l. nihil. ff.e. Tamen Imper.hîc decidit cõtrariũ,scilicet ꝙ nihilominus filius exhæredatus,tutor impuberis cuius nomine accepit legatũ,adhuc suo proprio nomine etiá quærelá inoff.testamẽti ꝓponere possit. Nec obstat ratio dubitãdi,qa procedit quãdo quis acceptat legatũ tanquã aduocatus,vel procurator ipsius,& sic nomine volũtario:tũc enim testamẽtũ approbaret. Secus aũt quãdo acceptaret legatũ nomine necessario,& tutorio,vel curatorio nomine,vt hîc: tũc enim non videtur testamẽtũ approbare,quia necessitas excusat. Et sic adhuc põt suo nomine querelá inoff. testamẽti proponere.

Amittit. Id est, si nomine pupilli tutor egerit querela inofficiosi testamenti, & victus fuerit, nihilominus tamen potest petere legatũ sibiipsi in eodẽ testamento relictum.

§. *Igitur quartam.*

Hodie tertiam,†vt diximus. Ita autem intellige tertiam legitimam esse,si liberi sunt quatuor, vel pauciores, &c. vt si testator haberet in bonis D C. aureos, omnium filiorum legitima simul est triens,id est, C C. aurei,qui posteà diuidũtur pro rata,ita vt quilibet habeat quinquaginta,& hac legitima parentes liberos suos priuare non possunt. Econtrà autem liberi parentes prohibere non possunt,de reliquis duabus partibus,pro lubito disponere. 17 *Legitima.*

Iure hæreditario. Id est,si pater fecit testamentum, tenetur filiis relinquere legitimam iure institutionis. Si verò codicillos conderet,quocunque titulo relinquere potest. Vide glo.hîc in verbo iure legati. An autem hodie legitima alio titu.relinqui posśit,quàm institutionis, vide quæ notantur in authen.nouiśsima.C.de inoffic.testamen. *Quo titulo legitima relinqui debeat.*

De hæredũ qualitate & differẽtia. Tit. XIX.

1 *Hæredes sunt successores in vniuersum ius defuncti.*

2 *Hæredes sunt triplices,necessarij, sui & necessarij, & extranei,qui definiuntur.num.3.4.*

5 *Liberi emancipati quid iuris hodie habeant in succeśsione.*

6 *Quomodo tempora sint obseruanda in hæreditate,*

7 *Hæres hodie in adeunda hæreditate habet & ius deliberandi, & faciendi inuentarium.*

8 *Hæres extraneus potest adire hæreditatem bifariam,facto, & nuda voluntate.*

De



E institutione & substitutione hæredû suprà dictum est: hic autem titulus diuisionem hæredum complectitur Sunt autem† hæredes successores in vniuersum

1 *Hæredes & quotuplices.* ius defuncti, vt colligitur ex l. hæreditas. ff. de reg. iu. Et sunt† triplices, necessarij, sui & necessarij, & extranei. Necessarius

2 hæres est, seruus proprius: qui ideo necessarius hæres dicitur, quia velit, nolit, statim post mortem testatoris liber fit, & hæres: quæsita tamen post mortẽ defuncti, vel quæ defunctus ei debebat ex naturali obligatione, retinet, nec potest à creditoribus de his molestari, si à iudice separationẽ impetrauerit, antequàm bona hæreditaria attingat. l. j. §. fin. ff. de separa. Sui & necessarij † hæredes sunt, qui sunt in potesta-

3 *Sui & necessarij.* te testatoris, vt filius, filia, nepos, neptis, &c. respectu patris, & aui paterni. Nepos tamen & neptis, tum demum sui hæredes sunt, si nemo eos gradu præcedit, id est, si pater eorum aut decesserit, aut ab auo emancipatus fuerit. Appellantur autem sui hæredes, quia sunt domestici, & viuo patre, quodãmodo domini existimãtur. l. in suis. ff. de li. & posth. Necessarij verò dicuntur, quia ex lege x i i. tab. siue velint, siue nolint, coguntur se immiscere. De iure prætorio tamen habet facultatẽ abstinẽdi, si hæreditas est grauata ære alieno.

4 *Hæredes extranei.* Extranei hæredes† sunt omnes, qui non sunt in potestate testatoris. Hinc est, ꝙ fratres, sorores, &c. & omnes reliqui gradu remotiores; imò & liberi respectu matris, & aui materni, pro extraneis hæredibus habetur. Et illæ duæ species hæredum, sui, & extranei, habent ius deliberandi. Vel si inuentarium fecerint ante aditam hæreditatem, sine periculo hæreditatem defuncti adeunt, hoc est, non tenentur creditoribus vltrà, quàm hæreditas defuncti se extendit.

Emancipati. *Tunc enim nepos.* De iure ciuili emancipati liberi à successione penitus repellebantur, quia erant capite diminuti. De iure autem prætorio admittebantur ad bonorum possessionem contra tabulas, sed per edictum de coniungendis cum

5 *Hodiernũ ius circa emancipatos.* emãcipato liberis (de quo. ff. de cõiũgen. cum emanc. lib.) dispositum erat, ꝙ etiam cum nepotibus ex filio emancipato, ipse quoq; emancipatus admittebatur. Hodie autem † hoc teneas de emancipatis, Si testator condidit testamentum, & in eo præteriit emancipatum, adhuc ius vetus locum habet,

vide

videlicet quòd emancipatus præteritus habet bonorũ poss. cõtra tabulas,de quibus suprà in §.emancipatos.de exhær. liber.Si vero sine testamento decesserit parens,relictis post se liberis emancipatis, & liberis in potestate sua cõstitutis: & hoc casu succedit emãcipatus vnà cum aliis filiis in potestate existẽtibus,ex æquo:quia differentia inter emancipatos & eos,qui sunt in potestate,hodie est sublata per authẽ. cessante succesione.& in corpore vnde sumitur. C.de legi. hæredib.Et ita tenent communiter do.Ioan.& Fab.& Ang. hîc.Bar.l.j.ff.de coniug.cum emanci.liber.glo.in d.Authen. cessante succesione. Et sic habes, quòd hic §.& totus tit.ff. de coniung.cum emanci.liber.hodie per d.Authen.cessante successione.correcti sunt,si testamẽtum non est conditum, condito verò testamento ius vetus firmum manet.

§. *In extraneis.*

Testamenti factio est duplex:Actiua,& Passiua. Actiuam is dicitur habere,qui est talis persona,quæ potest testamentum condere. Passiuam autem is dicitur habere,qui potest hæres institui in testamento. *Testamenti factio duplex.*

Et id duobus temporibus. Quando quæritur † de temporibus,quæ in hæreditate requiruntur,distingue, Aut testator cõdidit testamentũ,aut decessit intestatus Primo casu subdistingue,Aut loquimur de necessario hærede,vel de suo hærede:& requiritur habilitas duobus tẽporibus,scilicet tempore testamẽti,vt possit hæres institui:secũdo, tẽpore mortis testatoris, vt institutio possit habere effectum. Tempus autẽ aditæ hæreditatis hoc casu non attẽditur:quia nullum est mediũ inter tempus mortis testatoris,& tẽpus aditæ hæreditatis,cum in his casibus lex sine facto hominis incontinenti,testatore mortuo, faciat nos hæredes. Aut loquimur in extraneo hærede:& requiruntur tria tẽpora, videlicet,ꝙ institutus sit habilis tempore conditi testamenti. Secundò, tẽpore mortis testatoris. Tertiò, tẽpore aditæ hæreditatis: quia lex extraneos hæredes non facit incontinẽti hęredes, sicuti suos & necessarios,sed tantum quando adierunt. 6 *Tempora in hæreditate obseruanda.*

VERS. *Sed siue is.*

Habes hîc differẽtiam inter suos hæredes & extraneos. Si enim suus hęres ex testamẽto capit hęreditatẽ, dicitur se immiscere bonis hæreditariis.Si autẽ recusauerit,abstinere dicitur. Actus autẽ hęredis extranei,est adire vel repudiare. *Sui & extranei hæredis differentia.*

Prætor succurrit. Per restitutioně in integrū vsq; ad annū xxix. Datur enim quadriennium post tēpus maioris ætatis intra quod læsus in minore ætate potest petere restitutionem in integrum.l.superuacuū.C.de temp.in integ.rest.&c.

§.*Sed nostra.*

7 Hodie † habet hæres vtrunque beneficium, tam ius deliberandi, quàm confectionem inuentarij. Si mauult deliberare, habet à lege annum. Si verò à iudice petierit tempus deliberandi, arbitrabitur iudex quantum tempus sit dandū: non tamen minus det quàm cētum dies. Et si post deliberationem adierit, tenetur omnibus creditoribus in solidum. Si vero mauult inuentarium facere, vltra vires hæreditatis non tenetur, & detrahit Falcidiam à legatis.l.scimus.§.& si præfatam.C.de iure deliberandi.

Hodie vtroq; beneficio, tam deliberationis quam inuentarij esse prædictum hæredem.

§.*Item extraneus.*

8 Summa istius §.hæc est, quod hæres extraneus † potest hæreditatě adire bifariam. Primùm ipso facto, id est, q̄ tractet res hæreditarias tanquam suas, vendendo, locando, donando &c. Secundò, nuda voluntate, verbis tamen declarata, hoc est, q̄ fateatur se hæredem esse. Et occurrit Imperator in hoc §. tacitæ obiectioni: nam si hæres extraneus post aditam hæreditatě inuentario non confecto teneatur creditoribus in solidum, potest quæri, quando hæreditas dicatur adita. Et huic quæstioni Imperator hic respondet.

Duplex beneficium extranei in adeundo.

De Legatis. Tit. XX.

1 *Legatum est donatio à defuncto relicta, ab hærede præstanda,*
2 *Legatum, & donatio causa mortis in quibus differant,*
3 *Quot, & quibus modis fiat legatum.*
4 *Legatum factum in rebus testatoris quando valeat néne.*
5 *Legatum factū in rebus hæredis, perinde valet, ac si esset factum in rebus testatoris.*
6 *Si factum fuerit legatum in re legatarij, legatum non valet, nisi illa res alicui sit oppignerata.*
7 *Quid iuris, si legatum fuerit in re communi.*
8 *Quando valeat legatum rei alienæ.*
9 *Cum dubitatur, testatorem nesciuisse rem legatam alienam fuisse, incumbit probatio legatario.*
10 *Legatum rei non existentis in rerum natura, si speratur res futura, valet: sin minus est cassum.*

11 *Quan*

11 *Quando non constat, rem legatam extare, hæres tenetur de re prosequenda, & restituenda.*
12 *Quæ res legari possint, vel non.*
13 *Tertia legati diuisio.*
14 *A quo, cui, & quando legatum fieri possit. & num. 17.*
15 *Ex legato tres oriuntur actiones, rei vendicatio, actio hypothecaria, & actio personalis ex testamento.*
16 *Quot, & quibus modis hæres connetus à legatario possit liberari.*
17 *Causa lucratiua, & causa onerosa quæ dicantur.*
18 *Deficiente principali legato, deficit quoque accessio.*
19 *Legati diem cedere quid significet, & quot modis dicatur.*
20 *Quod Dialecticis est species, id iurisconsultis est genus.*



VC vsque proposuit Imperator modos, quibus res nostræ fiunt de iure ciuili, partim per vniuersitatem, partim verò sigillatim: ideo hîc inserit materiam legatorum, quæ relicta singularia, siue particularia dicuntur. Est autem legatum †donatio à defuncto relicta, ab hærede præstanda. Dico, donatio, quia in multis æquiparatur donationi mortis causa. Dico, à defuncto relicta ad differentiam donationis inter viuos: Legatum enim non debetur, nisi testamentum morte testatoris confirmatum fuerit. Dico, ab hærede præstanda, ad differentiam donationis mortis causa, quæ plerunque præstatur à defuncto. Differt quoque †legatum à donatione mortis causa, aliis modis. Primò, quia legatum semper ab hærede præstatur, vt hîc in definitione legati: Donatio autem mortis causa à quolibet. Secundò, in donatione causa mortis obligatur donâs, in legato non. Tertiò, si accuso testamentum tanquam inualidum, perdo legatum, non donationē. Quartò, filiusfamiliâs donare potest, legare nō potest. Vide gl. in §. nam cum prudētibus. in verb. ferè. suprà de do. A donatiōe inter viuos differt legatū, quia illa nō potest reuocari, nisi ex certis causis, de quibus in l. fi. C. de reuoc. dona. legatū vero potest vsq; ad mortē legantis semper reuocari. Ambulatoria enim est voluntas defuncti vsq; ad mortē. l. iij. §. non solum & l. iiij. ff. de adi. leg. Differt quoq; legatū ab hæreditate, quia hæreditas est vniuersalis successio in omnibus bonis, & transit ad hæredē cum onere. Legatū verò est singulare quiddā, & trāsit ad legatariū sine aliquo onere, nisi quod interdum detrahitur quarta per legem Falcid

1 *Legatum.*

2 *Discrimen legati & mortis causa.*

Falcidiam.l.si hæreditatē.ff.mandati. Cũ fideicommissis singularibus sunt omnino adæquata legata. De fideicōmissis verò vniuersalibus,idem dic quod de hæreditate.Et hæc de
3 definitione legati sufficiant.Fit autem† legatum sex modis. Primò,in re propria testatoris.Secundò,in re hæredis. Tertiò,in re legatarij.Quartò,in re communi.Quintò,in re aliena.Sextò,in re,quæ non est in rerum natura.

Quot modis fiat legatum.

Primò, quando legatū fit in re propria testatoris,distin-
4 gue,Aut testator† est dominus rei legatæ reuocabiliter,aut irreuocabiliter.Si reuocabiliter,vt maritus in dote & subdistingue,Aut maritus legat dotē extraneo cuidā,& nō vxori: & nō valet legatum suprà quibus alie.licet,vel non, in prin. Aut maritus legat dotē ipsi vxori:& dic, Aut dotē ab vxore prius accepit & vel legatū dotis, quia plenius est legatum, quàm actio de dote:Facilius enim potest vxor dotem suam legatā ex testamēto acquirere, quàm si intētaret actionem de dote. Aut maritus nihil accepit in dotē ab vxore,& tūc si simpliciter,& in genere legat dotē,non valet legatū:est enim inutile,propter incertitudinē.Si verò certā pecuniam,vt cētum aureos,vel certū corpus,vt fundum Tusculanū &c. pro dote legauit,valet legatū.§.sed si vxori.hîc tit.nost. Aut testator est dominus rei irreuocabiliter:& subdistingue: Aut res legata est in bonis testatoris sine onere, aut alteri obligata,aut habet eā in alterius bonis,puta q aliquis ei debet. Primo casu tenetur hæres soluere legatum, siue testator scierit rem legatā suā esse,siue putauerit alienā,vel legatarij. §.si quis rem suā.hîc tit.nost.Secūdo casu,quādo scilicet res legata,erat pignori data,vel alteri obligata:& distīgue, Aut loquimur de rebus, quæ grauatæ vel obligatæ erant priusquàm legarētur aut post legatū alicui obligatæ sunt. Primo casu subdistingue,& tūc,Aut testator legādo sciuit rem legatam pignori datam, vel obligatam esse:& tenetur hæres eā luere, & legatario soluere, etiam si ipsi creditori legauerit. Aut ignorauit rem legatā pignori datā,& subdistingue; aut legauit coniunctę personæ:& tenetur hæres luere.l.prædia. C.de fideicō. Aut legauit omninò extraneo:& non tenetur hæres luere.§.sed & si rem.hîc tit.nost. Aut loquimur de rebus, quæ post testamentum factum alteri obligatæ sunt: & tunc,aut testator vendidit,aut tantum pignori dedit:& subdistingue. Aut vendidit,totam rem: & si constat vendidisse

animo adimendi legatario, cessat legatũ, si verò non animo adimẽdi vendidit, valet legatũ, agiturq; cum hærede, vt vel redimat, vel eius æstimationẽ præstet. Si vero partẽ rei tãtũ vẽdidit testator, pars non vẽdita indistinctè debetur legatario: vẽdita vero pars tum demũ legatario cedit, si nõ animo adimẽdi est vẽdita. §. si rẽ suã legauerit. hîc ti. nostro. Si vero res legata post conditũ testamentũ non est vẽdita, sed tantum pignori data: & tenetur hæres simpliciter luere, & legatario soluere. d. §. si quis rem suã. hîc tit. nost. Tertiò, quãdo scilicet testator haberet rem legatã in bonis alterius, vt puta quia Titius debet ei centũ aureos, potest eam rẽ legare cui vult, etiã ipsi debitori: & si debitori legata fuerit purè, poterit debitor hæredem cõuenire, vt liberet eũ per acceptilationẽ. Si verò ad certũ tẽpus res legata fuerit, hæres intra illud tẽpus non potest debitorẽ cõuenire. §. si quis debitori. hîc tit. nost. Et si legatũ rei propriæ & purè factũ, dominiũ illius rei à morte testatoris fictè trãsit in legatariũ: ab adita vero hæreditate verè. Legatarius tamen potest legatum repudiare, si vult. l. si tibi. §. cum seruus. ff. de lega. j. Et prodest hoc scire propter quæstionẽ, vtrum fructus rei legatæ, à tẽpore mortis testatoris ad legatarium: vel hęredẽ pertineãt.

5 Secũdò, fit legatum † in re hæredis: & huc refer distinctiones, quas de re testatoris posuimus: Vbiq; enim conueniunt excepta ea parte, qua diximus quid iuris sit, si post legatũ factũ res fuerit vendita vel alienata. Nam post legatũ factũ in re hæredis, non valet alienatio rei legatæ ab hærede facta, si modò vult hæres esse ex testamẽto, & testator in ea sẽtẽtia perseuerauerit, etiã si alienauerit animo adimẽdi legatum: quia actus hæredis nõ tollit dispositionẽ defuncti. l. si mihi Sẽpronius. ff. de leg. j. Et in legato rei hæredis nihil refert, siue testator sciuerit, siue ignorauerit rem hæredis esse. §. nõ solũ. cum gl. in verb. hæredis hîc tit. nostro. Sed hoc casu dominiũ rei legatæ nõ trãsit in legatariũ, nisi facta traditione ab hærede. Vide Angel. hîc in §. legatum. versi. & prædicta.

Legatum de re hæredis.

6 Tertiò, fit † legatũ in re legatarij: sed hoc casu distingue, Aut legatur illi res sua, quam habet sine onere: nec est grauata: & omnino non valet legatũ, quia quod prius nostrum est, amplius nostrum fieri non potest, etiam si post legatum factũ eam alienauerit. §. sed si rẽ legatarij. hic tit. nostro. Aut legatur ei res sua propria, pignori tamen alteri data: & valet

Legatum res legatarij.

let legatum,ita quòd hæres eam legatario redimere tenetur.l.si tibi.in princ.ff.de legat.j.

7 *Legatum rei communis.* Quartò fit legatum in re cõmuni:in quo distingue, Aut legator legãdo fundũ cõmunem, dixit: Lego Titio totum fundũ.& valet legatũ in totũ,ita q hæres alterã partẽ fundi luere tenetur,siue legatario eius æstimationẽ præstare. l.Iulianus.in princ.ff.de leg. iij. Aut dicit simpliciter: Lego fundũ communẽ.&. subdistingue,Aut habuit fundum communem cum extraneo:& valet legatũ in ea parte tantùm, quæ testatoris est,etiam si post legatum testator viuens, alteram partẽ quoq; redemit.l.v.§.fi.cum ibi not.ff. de leg.j. Aut habuit fundum cõmunem cum hærede:& tunc aut dixit, Lego meum fundum: & videtur tantùm suum ius,aut suam personam legasse.Aut simpliciter dixit, Lego fundũ communem: & debetur legatario totus fundus. l. cum filius.§.dominus.ff.de leg.ij. Vide Bart.in l.v.§.fi. ff. de leg.j.

8 *Legatum rei alienæ.* Quintò fit legatũ,quãdo quæritur,an legatum rei alienæ valeat,nécne?& distingue,Aut testator sciuit rem legatam esse alienam,aut ignorauit.Primo casu distingue, Aut res legata ante mortẽ testatoris nõ peruenit ad legatariũ: & tunc distingue,Aut dominus rei legatæ post mortẽ testatoris vult vendere illã rem:& tenetur hæres illã rem redimere,& legatario præstare,Aut dominus nõ vult vendere: & tenetur hæres iustam æstimationem legatario soluere.l. nõ dubium.§.fi.ff. de leg.iij. Aut peruenit ad eum ex causa lucratiua,puta donationis, vel legati: & cessat illud legatũ quia duæ causæ lucratiuæ circa eandem rem,& eundem hominẽ,concurrere nõ possunt,vt hîc.§.si res aliena.Aut peruenit ad eũ ex causa onerosa,vt emptionis: & tũc aut emit totam rem:aut tãtũ proprietatẽ,deducto vsufructu. Primo casu potest legatarius agere cõtra hæredem actione ex testamento,qua consequitur pretium rei legatæ.d.§.si res aliena.Secundo casu,quando nudam proprietatem emit,distingue, Aut vsusfructus peruenit posteà quoq; ad legatariũ ex causa onerosa,vt quia emit ab vsufructuario:& iterũ tenetur ei hæres ad pretiũ totius rei.Aut vsusfructus peruenit ad eũ ex causa lucratiua,puta morte,vel capitis diminutione vsufructuarij:& tenetur hæres legatario tantũ ad prętiũ proprietatis,deducto vsufructu.§. si cui fundus. hîc titu. nostro.Secũdo casu quando ignorauit alienam rem esse,&

debita

dubitatur an legatũ valeat:& distinguendũ est, Aut legauit omnino extraneo:& non valet legatũ, vt hîc. §. quod autẽ diximus. Aut legauit cõiunctæ personæ, vt vxori fratris, vel simili, cui alioqui reliquisset legatum:& valet. l. cùm rem alienã. C. de lega. Probatio autem†hoc casu incumbit legatario, videlicet, ꝙ probet testatorem sciuisse rem alienam esse: est enim legatarius actor, & hæres reus. Actore autem non probante, reus, etsi nihil omnino præstiterit, absoluitur, vt hîc, in ver. & verius. l. qui accusa e. C. de edendo. 9

Sextò, quando quæritur vtrum legatũ rei, quæ nõ est in rerũ natura, valeat, nécne, distingue, Aut non†est in rerum natura, nec speratur futura, vt homo mortuus, vel chimera, & nõ valet legatũ. §. sed si talis, hîc tit. nostro. Aut nõ est in rerũ natura, speratur tamẽ futura, vt fructus futuri, fœtus pecorum:& valet legatum. §. ea quoq; res. hîc ti. nostro. Et †nota in dubio, quando. s. non certò cõstat an res legata extet, vel non, hæredem teneri de prosequẽda, & restituenda re legata:& si persecutio requirit magnos sumptus, pertinebunt illi sumptus ad hæredẽ. Si verò res legata nõ longè abfuerit, satis est hæredẽ soluere in eo loco, vbi est legatũ. l. cum seruus. cũ ibi not. ff. de lega. j. Et†sic habes ex prædictis quæ res possint legari, nempe res priuatorũ, quæ dominio nostro subiici possunt. Poteris itaq; facilè cõcludere, quæ res nõ possint legari. Quando enim cõstat quid legari possit, statim cõcluditur quid legari nõ possit. Cõtrariorũ enim eadẽ est disciplina. l. j. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris. Infert ergo, quòd res, quæ non sunt nostro commercio, vt sacræ, sanctæ, religiosæ, liber homo, & similes vt res publicæ, vniuersitatis, cõmunes legari nõ possunt, licet sint in rerum natura. §. sed si talis: hîc titu. nostro. Omnes autẽ res, quæ legari possunt, legantur, aut purè, aut sub conditione, aut in diẽ, aut ex die, de quibus suo loco dicemus. Tertia†diuisio, ꝙ legatur aut ex testamẽto, aut ab intestato. ¶Ex testamento legatur duobus modis: aut in testamẽtis, aut in codicillis. In testamentis requirũtur septem testes, in codicillis quinq;. l. iij. §. & si quid tale. cum gl. in verb. legatorũ. C. cõmu. de leg. Ab intestato olim legari nõ poterat. §. prætereà. in fi. de fideicom. hære. Quia antẽ fideicõmissa particularia olim ab intestato fieri poterãt, dicto §. prætereà. & legata hodie æquiparata sunt illis fideicõmissis. §. sed non

10 *Legatum quãdo res non est in rerum natura.*

11

12 *Quæ nequeant legari.*

Tertia diuisio legati.

vsq;.hîc tit.nostro.sequitur q etiã legata ab intestato relin qui possint.Ita colligit Io.de pla.in d.§.prætereà.Potest au
14 tẽ†legatũ relinquere quilibet, qui habet testamẽti factionẽ actiuã.l.ij.ff.de leg.j.Et legari potest illis,qui testamenti factionẽ passiuã habent.Vide §.legari.hic in titu.nostro.cũ gl.in verb.testamẽti.qui explicat,qui nõ habẽt testamenti factionẽ passiuã.Et potest legatũ fieri ante hęredis institutionẽ,inter medias hæredũ institutiones,& quocunq; tempore testamẽti,modò tamen hæredes instituantur: quia ex hæredis institutione testamẽtũ vires capit.§. ante hæredis. hic tit.nostro.Et legatur in testamẽtis,& codicillis.l.ij.§.& si quid tale.cum gl.in ver.legatorũ.C.cõmu. de leg. Causa efficiens legati est is,qui habet testamenti factionẽ actiuã. l.ij.ff.de leg.j.Causa materialis est res,quę nostro dominio subiici potest,de qua s.in prima diuisione.Causa finalis est, vt transferatur dominiũ rei legatæ in legatariũ. Effect⁹ est

Qui possint legare.

15 †parere tres actiones, rei vendicationẽ, actionẽ hypothecariã,& actionẽ personalem ex testamẽto, & quoq; exceptionẽ.Sed circa istas actiões distingue, Aut legata est res testatoris,aut aliena.Si res testatoris legata est purè,distingue,Aut legauit debitori suo liberationẽ: & habet legatarius exceptionem contra hæredẽ petentem debitum. Aut legauit alij,qui nihil debebat:& dic,Aut est legatum generis,siue quãtitatis,vt si legaret equum in genere,vel decem modios frumẽti,&c.& dantur duæ actiones tantùm, hypothecaria,& actio personalis ex testamẽto,nõ autẽ rei vendicatio:quia certa res hoc casu per legatariu vẽdicari non potest.Aut legauit aliquid in specie,quod est indiuiduũ: vt lego Titio illud vas vini,vel Stichum,si modò tãtùm vnus Stichus est,secus si plures sunt:vel fundum Tusculanum: & dantur tres actiones,rei vendicatio,hypothecaria,& actio personalis.Rei vẽdicatio ideo datur,quia statim post mortem testatoris dominiũ rei legatę transit in legatariũ fictè, post aditã hæreditatẽ verè.Hypothecaria verò ideo datur, quia omnes res defuncti sunt legatario hypothecatæ,quãdiu legatũ solutum nõ fuerit.Personalis autẽ actio ex testamento ideo datur contra hæredẽ,quia hæres creditoribus & legatariis obligat⁹ est ex quasi cõtractu.§. hæres quoq; ĩ.de obli.quæ ex quasi cont.nas.Illæ tamẽ tres actiones nõ dantur simul legatario,sed vnam illarũ elegit.l. cùm filius.

Quæ actiones pro legato cõpetant.

§.va

§.variis.ff.de leg.i.Aut res aliena hæredis,siue legatarij,legata est:non datur legatario rei vendicatio, quia testator nõ erat dominus:quare etiã dominiũ neq; fictè, neq; verè in legatariũ transferre potuit.Datur igitur vel hypothecaria,vel actio personalis ex testamento. Et hæ actiones intentandæ sunt post aditam hæreditatẽ,nõ autẽ,ante, & per eas legatarius consequitur ab hærede rem legatam.Hæres 16
tamẽ†istis actionibus conuentus à legatario, liberari potest multis modis.Primò,si res legata sine facto hæredis periret:vt si domus legata sine culpa hæredis combureretur, vel seruus legatus decederet.§.si res legata. hîc tit. nostro. Secundò,liberatur per transformationẽ rei legatæ. l. lana. ff.de leg.iij.vt si lana legata esset,vestis,quæ viuente testatore inde fit,non debetur:quia vestis non potuit reduci ad rudẽ materiam,& lana desinit esse lana, postquã vestis est inde facta.Massa tamen auri & argenti legata, postea scyphi ex ea facti exigi possut: quia aurum nõ desinit esse aurum,sed potest reduci ad rudẽ materiã.d.l.lana. cũ ibi not. ff.de leg.iij.Tertiò,liberatur hæres,si legatarius rẽ alioqui ex causa lucratiua nactus esset.§.si res aliena.hic ti.nostro.

Quibus modis à superioribus actionib. hæres liberetur.

Diximus suprà,†quẽlibet legare posse,qui habet testamen 17
ti factionẽ actiuam:ita quoq; cuilibet legari potest, qui habet testamenti factionẽ passiuam.Qui autẽ sint illi,vide in §.legari.cum gl.in ver.testamẽti.hic titu.nostro. Et potest legatũ fieri ante hæredis institutionem, inter medias hæredum institutiones,& quocunq; tempore testamẽti, modò tamẽ hæres instituatur. Quibus modis legatum fiat caducum.vide l.vnicam.§.& cum triplici.C.de cad.tollẽ.Et quibus modis adimantur legata,videbimus infrà ti. proximo.

Legatum caducũ,remissiuè.

VERS. *Sed quod deest.*

Id est,id qđ veteri iure erat in fideicõmissis,& deficiebat in legatis,hodie additũ est legatis:& ecõtra, qđ erat in legatis,& deficiebat in fideicõmissis, hodie quoq; accesit ad fideicõmissa.Defuit autẽ in fideicõmissis,ꝙ fideicõmissari⁹ post mortẽ testatoris nõ habebat tres actiones,sicuti legatari⁹.In legatis verò defuit respectu fideicõmissorũ.Primò ꝙ in fideicõmissis poterat relinq alicui post mortẽ hæredis siue legatarij,in legatis aũt nõ.§.post mortẽ.hic tit. nostro.Secũdò,ꝙ fideicõmissa fiebãt ab intestato,legata verò nõ fiebãt in testamento.§.prætereà.ĵ.de fideic.hær. Tertiò,

Perequatio legatorum & fideicomm.

fideicommissarius singularis poterat rogari, vt rem relictā restitueret alteri,legatarius autē nō itē, vt infrà de singul. reb.per fideicommiss.relict.in princ.Hodie idem est ius circa omnia in legatis & fideicommissis singularibus.

§. *Non solum.*

Tale legatum. Adeò quòd etiam pœna nō debetur, quæ est adiecta tali legato,vt hoc modo: Hæres meus det post mortem meam Titio templum:& si non dederit, det ei nomine pœnæ mille aureos: hoc casu neutrū legatum valet.

Concurrere non posse. Id est, simul:diuersis tamen temporibus concurrere possunt,de quo est casus in l. existimo. & Doctor.ibi.ff.de verborum oblig.

§. *Si res aliena.*

17 *Duas lucratiuas causas.* Causa lucratiua† dicitur, quando aliquid gratis,remuneratione,vel mutua præstatione nobis obuenit,vt ex donatione,legato,fideicōmisso singulari,&c. Causa onerosa verò appellatur,cùm aliquid ita accipimus,vt vicissim alia re quadam acceptum rependamus, vt est emptio,itē permutatio.Vide Bart. in l. ita stipulatus. in vlti.parte.ver.& erit solutio ff.de verb.oblig.

Causa lucratiua & onerosa.

Agere potest. Scilicet ad rem ipsam: quia res & pretium rei non sunt eadem,sed diuersa.l. fundum Cornelianum.in prin.ff.de noua.Ergo si legatarius pretiū, siue æstimationē rei in duobus testamentis legatæ,ex vno testamēto consecutus est,nihilominus tamē potest ipsam rem ex altero testamento consequi.Secus verò si rem ipsam ex primo testamento cōsecutus fuisset:tum enim nō posset agere ad pretiū ipsius rei,cuius factus erat dominus in causa lucratiua.

§. *Si eadem res.*

Viuo testatore. Dicit notanter,si viuo testatore decesserit collegatarius:qa si mortuo testatore alter decesserit, pertineret legatum ad hæredē eius,iure transmissiuo.l. vnica.§. cū igitur.cum glo.in ver.cedere.C.de cad.tol. Licet regula sit,ꝙ bonū argumentū sit à contractibus ad vltimas voluntates,& econtrà.Hæc tamen regula fallit in casu. §. nostri. Nam eadē res duobus legata in vltimis voluntatibus inter eos diuiditur,nec prior excludit posteriorē.Secꝰ est in contractibus.vbi præuētio locū habet.Si enim eadē res vēdita est duobꝰ,is acquirit dominiū,cui primo est tradita:nec alter emptor potest eā vēdicare,licèt prior cōtraxerit.l. quoties

Argumētum à contractibus ad vltimas volūtates.

ties duobus.C.de rei vendicatione,& infrà.

§. *Si cui fundus.*

Hic eſt caſus huius §.Quidam teſtator legauit cuidã fun dũ alienũ ſciens,cuius proprietatẽ deducto vſufructu, legatarius viuo teſtatore emit, vſusfructus autem poſtea quoq; ex cauſa lucratiua,vt morte,vel capitis diminutione vſufructuarij peruenit ad legatariũ,ita q̃ viuo teſtatore plenum dominium iſtius fundi legatarius nactus eſt. Iam quæritur vtrum legatarius mortuo teſtatore proprietatem & vſumfructum ſimul poſſit ab hærede petere actione ex teſtamento? Et deciditur quòd æſtimatio proprietatis tantùm debebitur,quòd vſusfructus peruenit ad eum ex cauſa lucratiua.

§. *Si quis debitori.*

Si nihil plus. Vt ſi mihi deberet centum in diem, puta, & poſt quinquenniũ ſoluat,& legauit mihi illud idẽ debitum purè,valet legatum:& plus eſt in legato, quàm in debito. Creditor enim legatarius accepit ex teſtamẽtis illos centũ ſtatim,quos alioqui ſine legato poſt quinquenniũ tantùm accepiſſet,& interim caruiſſet illo lucro, quod cõſequitur ex illis centum purè ſolutis. Illud ergo lucrum, quod debitor conſequitur ex pecunia in diem debita,& purè ſoluta,& propter legatum,cõmodum repræſentationis dicitur. Hinc eſt quod dicimus,plus dat,qui citò,vel ante tempus dat,arg. §.plus autem.in verſic.qua enim ratione.ĩ.de actio.

VERS. *Quòd ſi viuo teſtatore.*

Poteſt tamẽ quæri,quid ſi debitor in diem, vel ſub conditione,legauit ſuo creditori illud debitũ purè, & priuſquàm teſtator decederet,conditio extitit,ſiue dies venit, ita quòd illud debitũ purè debeatur,vtrum etiã tale legatũ adhuc valeat? Et videtur q̃ non, quia legatum in eum caſum peruenit,à quo nõ potuit incipere.Dies enim ſiue conditio extitit,ita quòd vltrà non in diẽ, neq; ſub conditione debetur, & in legato non plus eſt,quàm in debito:& hoc modo ceſſat cõmodum repræſentationis. Tamẽ Imperator hic decidit contrarium,videlicet,q̃ valet tale legatum. Et eſt ratio, quia legatũ ab initio valet,& potuit habere locum cõmodũ repræſentationis,id eſt,potuit fieri, q̃ debitor ante diem, vel conditionis euẽtũ moreretur:& ſatis eſt hoc caſu, quòd creditor quoque habeat actionem ex teſtamento.

Nõ tenetur hæres. Id eſt,ad æſtimationẽ manumiſſi:qa ſer-

uus p manumißionẽ factus est liber:& liberi hominis nulla est æstimatio.l.ij.§.cũ in eadẽ naue.ff.ad le.Rho.de iact.

§. *Si quis ancillas.*

Si ancilla cum natis legata fuerit. Duo sunt legata, vt hic in glos.in ver.cedunt.Similiter si serui ordinarij cũ vicariis legati fuerint,quoque duo sunt legata per se.Quare si ancilla vel serui ordinarij defecerint,nati ex ancilla,& serui vicarij nihilominus debentur.Secus tñ esset,si seruus cũ peculio,& fundus cũ instrumẽtis legaretur.hoc enim casu seruo extincto,& fundo alienato,peculiũ serui,& instrumẽta fundi non debẽtur.Et est ratio,quia hoc posteriori casu peculiũ,& instrumẽta,accessiones sunt legati principalis,serui.s.& fundi:
18 deficiẽte† autem principali legato,deficit quoque accessio. Sed illa ratio cessat in priori casu,vt in ancilla,&c.quia nati ex ancilla nõ habentur pro accessione,propter dignitatem hominis.l.iustißimè.in prin.ff.de ædi.edic. Sicuti etiam alioqui dicitur,ꝙ partus ancillæ in fructu non est:quia absurdum esset,hominẽ in fructu vel accessione esse,cùm omnes fructus gratia hominis creati sint.§.partis.ff.de rer.diui.

§. *Si periculum.*

Seruus. Id est,cuius periculum legatum est. Hic est casus istius §.in vers.quòd si post mortem testatoris.Quidam legauit cuidam peculiũ serui sui,& decessit post mortem testatoris,ante aditam hæreditatem auctum est peculium legatum,quæritur cui accedat hoc augmentum, an legatario, vel hæredi? Et distinguit, Aut peculium est legatum ipsi seruo in testamento manumisso,& accessit ei omne,quod ante aditam hæreditatem adiectum est : quia eius legati dies ab adita hæreditate,& non ante cedit,cùm etiam libertatẽ nõ prius consequatur,quàm hæreditas sit adita. Aut peculiũ legatum est extraneo:& non accedit illi augmentũ ante aditam hæreditatem post mortem testatoris acquisitũ , quòd eius legati dies à tẽpore mortis testatoris cedit:& eo tempore etiam debetur legatum extraneo. Quare si quid post mortẽ testatoris accessit,hæredi,& non legatario accessit.
19 *Cedere diem.* Legati diem † cedere significat diem adesse, quo incipit legatũ deberi.l.cedere diem.ff. de ver.sign.Dicimus autẽ diẽ in legatis cedere tribus modis. Primò,ad transmißionẽ ad hæredẽ legatarij.Secũdò , quo ad obligationẽ. Tertiò,quo ad dominij transitionẽ,siue petitionem. Primo

Cedere diem,quid sit.

casu

casu quando scilicet quæritur de cessione diei, quo ad transmissionẽ,& distingue. Aut legatũ est purum, aut in diem, aut sub conditione. Si est purũ, siue in diẽ certũ:& cedit dies legati à tpe mortis testatoris, id est, si legatarius etiam si post mortẽ testatoris fuerit mortuus, ante euentũ, tñ illius diei incœpti, nihil transmittit ad suum hæredẽ. Si verò est conditionale, vt hoc modo lego Titio centũ aureos, si factus fuerit consul.&c.& ante euentum conditionis nihil transmittit ad hæredes, cùm dies illius legati ante conditionis euẽtum non cedit. Secũdo casu, quãdo scilicet quæritur de cessione diei, quo ad obligationem, id est, quando hæres dicatur legatario obligatus. Et rñde, ante aditã hæreditatem diẽ cedere nõ posse, quia tum nulla extat persona, quæ possit conueniri. Illa enim quasi obligatio hæredis tũ demũ incipit, postquã hæreditatẽ adiuit. §. hæres. ĩ. de obli. quæ ex quasi contrac.na. Itaq; post aditã hæreditatẽ cedit dies legati quo ad obligationẽ, Distingue in hoc casu. Aut legatũ est purum: & statim obligatur hæres post aditã hæreditatem regulariter. Aut legatũ est cõditionale, vel in diem certum: & cedit dies legati adueniente conditione, vel die. Tertio casu, quando quæritur de cessione diei, quo ad petitionem, siue dñij trãslationẽ:& distingue. Aut legatum est purũ, siue in diẽ certũ: & cedit dies à tpe mortis testatoris fictè: ab adita verò, verè, id est, ꝙ tũ demũ legatarius rẽ legatã tanquã suã petere potest. Si verò in diẽ, vel sub conditione relictũ est, nõ cedit dies legati quo ad dominij translationẽ, nisi adueniẽte cõditione, vel die, vide Bar. in l. vnica. §.& cùm lex. C. de ca. tol.

Rebus peculiaribus. Vt puta, si in peculio fuissent pecora, fœtus illorũ quoq; cedũt extraneo legatario, q a contingit ex rebus peculiaribus. Secus aũt si ex donatione aliqd peculio accesserit, post mortẽ testatoris ante aditã hæreditatem.

§. *Si generaliter seruum.*

Vt si testator haberet plures seruos,& legaret Titio seruum in genere, non exprimendo nomen: eligit legatarius, ita vt eligat nec optimum, nec pessimum, sed mediocrem. Secus est in contractibus: si enim res in genere promittitur; electio promissoris est, non stipulatoris: nam imputet sibi stipulator cur verba expressius nõ dixerit, iuxta l. quicquid astringendæ. ff. de verb. obli. Nota ex hoc textu, Iurisconsultis † genus esse, quod Dialecticis est species: quando enim quis 20

Legatum in genere.

Genus quid iurisconsultis.

quis legat alicui seruum vel hominem, legatum generis dicitur. Et in hoc legato, quia non constat de quo seruo vel homine testator senserit, habet legatarius electionem: ita tamen eligere debet, vt nec optimum, nec pessimum, sed mediocrem eligat. l. legato generaliter. ff. de leg. j. Si generaliter, id est, in genere subalterno, vel infimo, tum in superioribus nō valet legatum: vt si quis legaret animal, corpus, substantiam, vel eius quiddam, legatū inutile esset propter generalitatem, hæres enim præstando muscam liberaretur. Vide gl. in verb. electio. §. si generaliter, hîc titu. nostro.

§. *Incertis autem personis.*

Repeti non posse. Id est, licet ciuiliter hæres non esset, tamen naturaliter debeat: & licet obligatio naturalis non pariat actionē, ad petendam scilicet rem, si tamen res illa fuerit soluta, repeti non potest. Conditio constituitur per si: vt cùm dico, lego Titio centum, si filiā suam filio meo dederit in vxorē. Modus autē cōstituitur per vt, vt cùm dico, Lego tibi, centū, vt literis incumbas. Causa constituitur per quia: vt cùm dico. Quia filium meum instituisti, lego tibi decem. Demonstratio verò fit ostēdendo aliquid quod est, vel non est, vt hoc modo: Stichum seruum meum vernam do lego. Conditio autē, & modus, si defecerint, vitiantur legata regulariter: falsa enim demonstratio & causa non nocent.

Conditio. *Modus.* *Causa.* *Demonstratio.*

§. *An seruos hæredis.*

Purè inutiliter. Id est, propter confusionē hæreditatis & legati: quia hæreditas & legatū cōcurrerēt circa eādē personam, vt hæres & legatarius esset idē in effectu: dn̄o enim acquiritur quicquid seruus acquirit. Si enim hoc casu domin⁹ hæres, & seruus eius legatarius esset, is dominus sibiipsi solueret legatū, quod deberet seruo suo, quod esset absurdum.

Quia diutius testator. Propter regulam Catonianā, quæ habet, Legatum, quod ab initio non valuit, ex postfacto nō potest conualescere.

VERS. *Sub conditione verò.*

Vt hoc modo. Si seruus hæredis mei eo tempore, quo incipit deberi legatum, manumissus fuerit, vel alia ratione de potestate hæredis exierit, det ei hæres meus centum: valet legatum tanquā conditionale, in conditionis euentum.

Ex diuerso. Quæritur tamen, q̄ si seruus fuerit hæres institutus, & dominus eius in eo testamento legatarius, an

valeat

valeat legatum? Et videtur ꝙ non, ꝙ hæreditas & legatum videntur concurrere circa eundẽ hominem. Tamen deciditur cõtrarium ꝙ post mortem testatoris domino serui non statim debetur nomine serui sui hæredis instituti, sicut supe riori casu, legatum cùm requiratur vt seruus ipse iussu domini eam adeat, & ante actualem aditionem domino nihil debetur de hæreditate. Quare hoc legatum potest valere: quia fieri potest, quòd ante aditam hæreditatem seruus alte. ri vendatur, vel manumittatur, ita ꝙ priori domino legatario, hæreditas per illum seruum non debeatur. Sed hæreditas vel à seruo manumisso, vel ab alio, in cuius potestate fuerit, peti potest. Si verò seruus in eadem persona manserit, euanescit legatum domino factum, ne scilicet hæreditas & legatum concurrant circa vnã & eandem personam.


Quibus casibus. Scilicet, si seruus hæres institutus ante aditam hæreditatem iussu prioris domini manumissus, vel alter venditus esset, & sic è potestate domini prioris, qui legatarius erat, exierit.

§. *Pœnæ nomine.*

Quæ impossibilia. Vt si quis ita legaret: Si Stichus Sempronium interfecerit, habebit ex testamento meo centum aureos: si verò non interfecerit, nihil habebit.

De Ademptione legatorum. Tit. XXI.

1 *Legata reuocare cuique est liberum, sicut & legare.*
2 *Ademptio legatorum quid sit.*
3 *Quot, & quibus modis fiat ademptio legati.*
4 *Translatio fit quatuor modis.*



Icuti nemo † cogit in testamẽto alicui 1 quid legare, sic quoq; nemo potest cogi in testamento, vel codicillis legata non reuocare, siue adimere: cum testantiũ voluntates vsq; ad mortem sint ambulatoriæ, & mutabiles. l. iiij. ff. de adimen. leg. Cùm ergo proximo titulo de cõstituendis legatis dictũ sit, meritò quoq; subiũgitur hîc, quib⁹ modis illa adimãtur. Est itaq; † legatorũ adẽptio nihil aliud, q̃ 2 relictorum per contrariã volũtatem propter pœnitentiam testatoris, pura siue cõditionalis reuocatio. Reuocatio, genus est istius definitionis. Dico, per contrariã volũtatẽ: quia requiritur quòd contraria mens testatoris depræhẽdatur, siue

Causa huius tituli.

Ademptio legatorum.

siue fiat cōtrariis verbis, siue præsumpta volūtate, de quib° infrà. Dico, propter pœnitentiā: quia per vtrunq; videtur testator rē legatā adimere. Si tñ alienauerit, & constat quod eū legati nō pœnituerit, valet legatū, non obstāte alienatione. §. si rē suā legauerit. sup. de leg. Dico, pura siue cōditionalis: quia adēptio pōt fieri purè, & sub cōditione. l. datum. C. de leg. Et si sub conditione fit, existēte cōditione ademptū est legatū.

3 Fit autē adēptio † illa tribus modis. Primò, in eodē testamento, quo legatū relictū est. Secundò, in alio testamento, Tertiò, nuda voluntate. Et primo casu distingue, Aut testator expressis verbis adimit legatū in eodē testamēto: & videtur nunquam fuisse relictū. l. si ita sit scriptū. ff. de leg. j. Aut deleuit, siue cancellauit legatum, aut cōscidit testamentū. Si deleuit, siue cancellauit testamētū, distingue, Aut cācellauit ante consummationē testamēti, & ademptū est legatū, siue consultò, siue inconsultò deleuerit. l. j. §. sed si leg. ff. de iis quæ in test. del. Aut post consummationē testamēti deleuit: & subdistingue, aut deleuit cōsultò: & debetur quidē legatū, hæres tamen habet exceptionē cōtra legatariū petentem. Aut inconsultò deleuit: & potest nihilominus petere legatum legatarius. l. j. §. sed consultò. & ibi Bar. ff. de his, quæ in testa. delen. Si verò legatū in testamēto est discissum, distingue. Aut testator ipse cōscidit: & nō potest legatarius agere. Aut alius, inuito testatore, conscidit, & pōt agere legatarius d. §. sed consultò. His tamen casibus legatario incūbit onus, vt probet testatorē incōsultò cācellasse, vel legatū eo inuito esse cōscissum. §. & verius. sup. de leg. Secundò, quādo scilicet legatū admitur in alio testamento, distingue. Aut ademitur in testamento perfecto: & ademptū videtur ipso iure sine facto hominis. l. si iure. ff. de leg. iij. Aut fit ademptio in testamento imperfecto, vel codicillis secundū quosdam: & tum debetur quidē legatū: adhuc tamen hæres ipso iure potest se defendere contra legatariū petentem per exceptionem, secundū gl. in d. l. datum. C. de lega. Tertio casu, quando scilicet legatum adimitur nuda voluntate, distingue. Aut expressè constat de nuda voluntate testatoris: vt si rē legatam alteri donauerit, animo adimendi: & legatum est ademptum. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. Aut non expressè constat de eius voluntate, sed tantùm præsumptione colligitur: & tum aut præsumptio sumitur ex grauissimis, & capit

Modi quibus fiat.

capitalibus inimicitiis inter testatorem & legatarium:& videtur ademptum legatum non ipso iure, sed ope exceptionis, si in illis capitalibus inimicitiis vsq; ad morte testatoris perseuerauerint. Si verò redierint in gratiam, & pœnituerit testatorem offensæ, relictum legatum reintegratur. l. iiij. ff. de adim. leg. Et in summa, si testamentum est inualidum, aut initio, vel ex postfacto inualidatur quibuscunque modis, regulariter omnia legata sunt adēpta, excepto eo casu, quando infirmatur testamentum, vt propterea, quòd liberi, vel parentes sine iusta causa sunt exhæredati, tum enim nihilominus debentur legata. §. si verò contigerit. in Auth. vt cùm de appella. cog. collat. viij. Et potest adimi totum legatum, etiam si plus fuerit adēptum quàm legatum: vel etiam pars rei legatæ adimi potest, vt reliqua tantùm debeatur. Exemplum: Si quis centum legauerit, potest quinquaginta adimere. Nulli autem potest legatum adimi, nisi ei, cui relictum est. Quare si filio vel seruo res fuerit legata, & patri vel domino adempta, ademptio non valet. l. legatum nulli. ff. de adimen. leg. Ita quoque adimere nemo potest, nisi is, qui reliquit. l. generaliter. §. hoc tamen. C. de reuocan. dona. quare ademptio hæredis nihil valeret.

Effectus ademptionis est, q res legata simpliciter adempta remaneret penes hæredē, cum omni onere suo. l. si adimendo. & ibi Bart. ff. de adimē. leg. Fit autem † translatio legati quatuor modis. 4 Primò, à persona in personam. vt cùm *Trāslatio* dico. Centū florenos, quos Titio legaui, lego Seio. Secundò, *legati.* ab eo, qui dare iussus est, transfertur vt alius det. Tertiò, fit translatio de re ad rē: vt cùm vna res pro alia legatur, vt pro fundo, decem floreni. Quartò, de tempore præsenti in conditionis alicuius euentum, vt cùm id, quod purè datum est, transfertur sub conditionē. l translatio. ff. de adimen. leg.

De lege Falcidia. Tit. XXII.

1 *Lex Falcidia est, quæ prohibet vltra dodrantem legare.*
2 *Defalcatio quartæ partis à legatis quando, & quibus detur. numero 3.*
4 *Quare hæc lex dicta sit Falcidia.*
5 *In quibus lex Falcidia habet locum.*
6 *Ante defalcationem deducitur omne æs alienum.*
7 *In quibus legatis lex Falcidia non admittatur.*

M Pro

Lege ij. xij.tab.vti quisq; sua res legasset, ita ius erat l. verbis legis.de verb. signific.

Quæ libertas hac coangustata est.

Cui falcidia competat.

Falcidia vbi locum habeat.

Obseruatio in Falcid.

In quibus legatis falcidia locũ nõ habeat.



Roximo Titulo dictum est, quibus modis legata alicui in totum adimantur: hîc autẽ habes modũ, per quẽ adimitur tãtùm pro parte. Fit autem †hîc modus per legẽ Falcidiam, qua scilicet cõtra Ius vetus dispositum est, ne quis vltra dodrantem, id est, nouem vncias legaret. Et si totam hæreditatẽ legatis testator absumeret, habet hæres facultatem per hãc legẽ falcidiã, quartam partẽ à legatis de-
2 falcãdi, vel abscindendĩ. Habet itaque †hæc sectio vel defalcatio locum, quando testator omnino nihil reliquit hęredi, & potest integrã quartam à legatis defalcare, si verò hęredi aliquid relictum fuerit, non tamen quarta, defalcat per legẽ Falcidiam, quod deest quartæ. Exemplum. Vt si quis habeat in bonis cccc. & de iis legaret ccclxxx. poterit hæres scriptus defalcare octaginta, vt quartã suam habeat integram.
3 Datur autẽ †hæc defalcatio hæredi instituto, hæredi hęredis instituti, & quoq; hæredi ab intestato: quod fit in præsentia quinque testiũ. l. vltima. C. quãdo dies legati cedit. Et habet
4 nomen hæc †lex à Falcidio authore, vel est metaphora sumpta à falce. Sicuti enim falx fœnũ, ita quoq; lex Falcidia le-
5 gata resecat, vt hic in gl. j. Habet autẽ †hæc lex locũ. Primò in legatis, vt hic. Secũdò in fideicõmissis particularibus. l. ij. C. ad l. Falci. Tertiò, in mortis causa donatione. l. si quis quadringentorum, §. si enim. C. eo. Quartò, in donatione inter viuos, quæ morte cõfirmatur, vt est donatio inter virum &
6 vxorem. l. in donationibus. C. eo. Et priusquàm †datur hoc beneficium, deducitur omne æs alienum, etiam id, quod testator hæredi debebat, modò hæres fecerit inuẽtariũ, & testator nõ prohibuerit, licet per confusionẽ vtriusq; bonorũ factũ sit indebitũ. Secũdò, deducitur funeris impẽsa. Tertiò, gratia seruorũ manumissorũ. Quartò, id, quod ad inuẽtarij cõfectionẽ expressum est. l. scimus. §. in computatione. C. de
7 iure delib. Sunt †tamen quædã legata, à quibus nihil omnino potest defalcare hæres, vtcunq; tota hæreditas sit absumpta legatis, vt primò à legatis in militis testamẽto relictis, qui testatur in expeditione. l. in testamẽto. C. eod. Secũd., si legãtur instrumenta. Tertiò, si dos legatur vxori: quia suam rem repetere videtur. l. si prædiorũ. C. eo. Quartò si libertates legatæ fuerint. secundum gl. in §. non licebit. in Auth. de trien. & semis. col. iij. Quintò, in legitima filiis relicta. l. scimus.

mus.§.ſancimus la j.C.de inoffi.teſt.Sextò in legatis relictis ad pias cauſas, vt pro redemptione captiuorum.§.ſi autem hæredes.in Authen.de trien.& ſemiſ. Alios caſus,in quibus lex Falcidia ceſſat,vide in glo.fin.hîc tit.noſtro.

§. *Quantitas autem.*

Mortis tempore. Id eſt,tantùm conſideratur quid teſtator tempore mortis ſuæ habuerit, & ab illo poteſt detrahi falcidia.Si autem poſt mortem teſtatoris,ante aditam hæreditatem aliquid eius bonis acceſſerit, illa acceſſio non reputatur ad bona hæreditaria, nec ab ea poteſt detrahi falcidia: ſed vltra quartam,quæ defalcatur,illa acceſsio quoque hæredibus cedit,in qua legatarij nihil iuris habent. *Quæ bona ſubiaceant falcidiæ.*

VERS. *Ex diuerſo.*

Is,qui habebat centum in bonis, & poſt mortẽ eius ante aditã hæreditatẽ,quarta pars,id eſt xxv. caſu ab hæreditate defecerint, vtrum hæres inſtitutus adhuc in reliquo poſsit detrahere quartã? Et reſpõdetur hic ſimpliciter,quòd non: quia hic conſideratur tempus mortis teſtatoris ſui. *In falcidia tẽpus mortis teſtatoris eſſe præcipuum.*

Decreuerint bona. Id eſt,xxv.aurei perierint.

*Solida legata.*Id eſt,nõ poteſt detrahi quarta à lxxv,aureis reſtãtibus.Et ſic dico breuiter,q̃cquid poſt mortẽ teſtatoris ante aditã hæreditatem:hoc caſu hæreditati vel accedit vel decedit,nõ ad legatariũ ſpectat,quantũ attinet ad quartam.

Nec ea res. Occurrit tacitæ obiectioni.

Quæ res efficit. Id eſt,licet de rigore iuris hæres inſtitutus hoc caſu, quãdo ſcilicet quarta deficit in eo quod ſupereſt, nihil poſsit defalcare,tamen poteſt legatariũ cogere,ſi modò vult legata ex teſtamento legatorum petere,vt aliquam portionẽ ex æquitate hæredi remittat.Si enim nihil admitteret legatarius, hæres non adiret hæreditatẽ:qua non adita teſtamentum non valeret,nec etiam legata deberentur.

§. *Cùm autem ratio.*


Hic eſt caſus iſtius.§. Si teſtator cccc.florenos habet in bonis,& legat cccc.detrahit hęres quartam partem,hoc eſt, c.Si verò ccc.& L.detrahit hęres ab illo legato tãtùm quinquaginta,& ſic octauam partem hæreditatis: quia alteram octauam partem,hoc eſt, L.prius habuit ex inſtitutione,& ita tantum detrahit, vt ſuam legitimam ſuppleat. Si verò ccccc. legauerit,cùm habeat in bonis tantùm cccc. primùm detrahit hæres quintam partem à legatis,hoc eſt, c.aureos, *Exempla detrahẽdæ Falcidiæ.*

 in

in quibus scilicet legata excedebãt hæreditatem post illam detractionẽ, à reliquis trecentis nihilominus detrahit quartam partem, puta lxxv.

De fideicommissariis hæreditatibus. Tit. XXIII.

1 *Fideicommissi definitio, definitionisque expositio.*
2 *Fideicommissum duplex est, vniuersale, & singulare.*
3 *Fideicommissum introductum est, vt personæ quæ iure directo hæredes institui non poterant, obliquè instituerentur.*
4 *Hæres directus potest cogi ad aditionem, & restitutionem hæreditatis.*
5 *Restitutio hæreditatis potest fieri inter præsentes & absentes.*
6 *Super fideicommissis duo sunt lata senatusconsulta, alterum Pegasianinum, alterum Trebellianum.*
7 *Quando fideicommissarius non tenetur hæredi directo de quarta parte hæreditatis.*
8 *Quarta pars debetur sex modis, quæ ordine enumerantur.*
9 *Stipulatio emptæ & venditæ hæreditatis quæ dicatur.*
10 *Hæres directus quot modis possit habere quartam partem, & quando à creditoribus possit conueniri.*
11 *Iusiurandum quid sit, & quotuplex.*



SVperioribus Titulis hoc tantùm actum est, vt intelligatur quibus modis iure directo ex testamẽto res nostræ fiant: hîc autem audietur ratio, qua per mediã personã, inter testatorem scilicet, & eum, ad quẽ hæreditas peruenit, rerum dominia consequátur, per fideicõmissum scili-
1 cet. Est autem fideicommissum, †institutio hæredis directi, cum hoc modo, vt adeat hæreditatem, & eam restituat tertio cuidam à testatore nominato, retenta quarta omnium bonorum, si libet. Dico, hæredis directi, vt cum hoc modo, quia quędam personæ sunt, quæ in testamento non possunt hæredes institui iure directo, nec etiã aliquid eis legari potest, quales sunt spurij, dispositũ ergo est, vt instituatur alius hæres, qui potest institui, & posteà illi fideicõmissario restituat, vt hîc, in prin. tit. nost. Dico, retẽta quarta: quia sicuti per leg. Falcid. potest hæres retinere quartã, si vltra dodrantem legatum est, sic quoq; per senatusconsultũ Treb. introductum est, hæredem directum posse retinere quartã hæredita

Fideicommissum.

Fideicommissũ quotuplex.

ditatis.Est autē † duplex,vniuersale,& singulare. Singulare 2 est,quando hæredis fidei committitur singulas res, hoc est, domum,fundum, alicui restituere:& hoc est adæquatum legatis. Vniuersale verò est,quando hæres instituitur,& fidei eius committitur,vt tota,vel partē hæreditatis,tertio alicui restituat,qui fideicommissarius appellatur. & potest vtrūq; tacitè vel expresſè fieri. Expresſè,vt cùm testator dicit:Titius hæres meus esto, & rogo vt quàm primùm adeas hæreditatem,eámque restituas Seio.Tacitè verò fit hoc modo:si pater filium & filiā simul instituerit,& adiecerit:Mando tibi filia,ne condas testamentū,si sine liberis decesseris.Per hoc mandatum videtur fidei filiæ committere, vt hæreditatem fratri restituat.l.qui filium.ff.ad Senatuscons.Trebel.

Causa impulsiua†fideicōmissi hęc est,ꝙ cùm essent quę- 3 dam personæ,vt diximus, quæ directo iure hæredes institui non poterāt,introductū est,vt instituātur obliquè,& sic per fideicōmissum. Effectus est,restitui totā hæreditatem,deducta quarta per hæredē directū fideicōmissario. §.in primis. hîc tit.nost. Et hîc nō refert cuius cōditionis sit hæres directus,modò sit capax:nec etiam refert,siue institutus sit, siue ab intestato succedat.l.j.§.hoc autem.cum simil.ff.ad Treb. Et si † nolit directus hæres adire hæreditatē, cōpelli potest 4 ad aditionē,& restitutionē.l.si eius.§.si necessarij ff.ad Senatuscons.Trebel.Et valet illa†restitutio,siue inter præsentes: 5 siue inter absentes fiat.Si inter præsentes, tunc potest fieri, aut re,aut verbis.Re fit,si hæres directus patitur res hæreditarias à fideicommissario possideri,animo restituendi.Verbis fit, vt si ei promittat se velle restituere. Inter absentes autem potest fieri restitutio,siue per nūtium,vel per literas indicet se velle restituere:& statim cum cōstat de mēte hæredis directi,censentur omnia bona hæreditaria esse in bonis fideicōmissarij,vtcunque possessionē nondū nactus sit.l. restituta.& l.facta.ff.ad Senatuscō.Treb. Et si posteà fuerit impeditus,habebit rei vendicationem.Restitutione autem, siue re,verbis,literis siue per nuntiū facta, trāseunt omnes actiones & obligationes in fideicōmissarium,ita vt cōueniri possint omnes, qui defuncto obligati fuerant.l.quamuis. ff.ad Senatusc. Trebel.Super fideicōmissis†autem erant lata duo Senatusconsulta,vnum Pegasianicum, alterum verò 6 Trebellianicum. In Pegasiano inerant primò quòd hæres

Fideicommissi introducēdi causa.

Restitutione facta quæ transeant in fideicōmissarium

directus retinebat quartã in restitutione.§.sed qa hæredes. hîc tit.nost.Secũdò,ꝙ hæres directus propter quartã,quam retinuit, solus ferebat omnia onera hæreditaria, nisi inter eos interuenisset stipulatio de communicandis oneribus.§. post quod.hîc tit.nost.Tertiò,interueniebant stipulationes emptæ & venditæ hæreditatis.§.ergo.hîc tit.nost. Quartò, quòd hæres directus nolẽs adire, cogebatur adire omnibus oneribus in fideicõmissarium trãslatis.d.§.ergo hîc tit.nost. Sed ab hoc Senatusconsulto, & quoq; à Pegasianicis stipulationibus est recessum,& statur illi,quod per Senatuscõsultũ Trebellianicũ introductũ est : videlicet, ꝙ hæres institutus cogitur adire hæreditatẽ,eámq; posteà fideicõmissario restituere,ita tamẽ quòd quartam partẽ retinere posśit,siue illa quarta sit ei à testatore relicta,siue non relicta. Secundò,ꝙ hoc casu diuiduntur actiones,quæ contra defunctũ dari potuissent(modò nõ sint pœnales)quia illæ cõtra hæredes nõ dãtur.§.nõ autem.ĩ. de perpe.& tẽpo.act.pro rata portione vtriusq;, nisi hęres directus totã hæreditatẽ restituisset fideicommissario.Eo enim casu competunt fideicommissario,& contra eũ omnes actiones.§.sed quia stipulationes.in fi.hîc

Senatusconsultum Trebellianum.

7 tit.nost. Sunt tamen † quidã casus,in quibus hæres directus cogitur restituere hæreditatem fideicõmissario,nec tamen retinet quartam. Primò, si coactus est adire.l.nam quod.§. qui compulsus.ff.de Senat.Treb. Secundò,si testator miles erat l.Marcellus autem.§.quod autem.ff.ad Senat.Trebel.

Quãdo nequeat hæres retinere quartã.

§. *Posteà diuus.*

Confirmatio fideicommissorum per Augustum, qui disposuit quòd essent necesśitatis,non voluntatis.

§. *Restituta.*

Qui recipit. Transfert hæres directus in fideicõmissarium actiones vtiles, ipse verò retinet directas,quæ ab eius ośsibus separari non possunt, vt no.in l.quis ergo.ff.de pecul.

Quas actiones hæres transferat in fideicommiss.

§. *Sed quia hæredes.*

8 Nota hîc obiter ex gl.in ver.perinde.ꝙ quarta † debetur sex modis. Prima debetur liberis in bonis ascendentium, & ascendentibus in bonis descendentiũ, quæ dicitur legitima. iure naturali debita.Hodie tamẽ tertiã habẽt, vt s.diximus de inoffi.test.Secũda,quæ debetur hæredibus, quãdo testator vltra dodrantem legauit, quæ dicitur quarta Falcidiæ, de qua suprà de leg.Fal.Tertia,est Trebellianica,quæ datur

Quartæ variæ species.

hær

hęredi directo in restitutione hęreditatis,de qua loquimur hîc. Quarta,quæ datˉ filio arrogato à patre adoptiuo sine iusta causa emancipato,vel exhæredato.§.cùm autē impubes.& §.sed & si decedens.suprà de adop.Quinta est, q̄ datˉ cōcubinæ,quæ eo animo apud quēdam vixit, vt duceretur in vxorē,quæ posteà si fuerit expulsa, debetˉ ei quarta pars bonorum illius,quia eam expul.§. qui verò legem in Auth. vt lic.mat.vel aui e.collat. viij.Sexta,quando diues maritus decedit,relinquens post se vxorem inopem & indotatā, retinet ipsa quartam omnium bonorum, si tamen cùm tres vel pauciores liberi extarēt: si verò plures, succedit vnà cū liberis ex æquis portionibus. Authen.præterea.C. vnde vir & vxor.vide glo.in c.Raynutius.extrà de testamen.

§. *Ergo si quidem.*

*Emptæ & venditæ.*Stipulatio emptæ† & vēditæ hæreditatis hæc erat,q͂ emptor & venditor stipulabantur, si quid ad venditionem perueniret post cōtractum ex re vendita, emptori restitueret,& econtrà,emptor promitteret q͂ dāna,quæ haberet venditor restituere vellet,vt gl.in l.venditor.in ver.interposita.ff.de hæred.vel actio.vēn. Ita quoq; hoc casu stipulabatur,quòd si quid ex hęreditate perueniret ad hæredem directum,restitueret fideicommissario,& ecōtrà fideicommissarius promitteret omnia damna restituere,quæ inde essent futura hæredi directo. 9

§. *Sed quia stipulationes.*

Vel repetere solutum. Id est, restitutum, si restituit per errorem totam hæreditatem,deceptus ignorantia facti,repetere potest,vt quia restituit D c.aureos putans restare C c. ex quibus possit habere quartam. Si hoc casu est deceptus, id est,q͂ C c.non restant,sed tota hæreditas cōtinet D c. aureos,potest repetere quartam hæreditatis fideicommissario indebitè solutam.Secus autem esset , si ignorantia iuris esset deceptus, vt quia nesciuisset se posse retinere quartā, tum omnino non habet locum repetitio : quia ignorantia iuris non excusat.l.regula.ff.de iuris & facti igno.

§. *Nihil autem.*

Sicuti fideicommissarius vniuersalis potest cogere hæredem directum,vt restituat hæreditatem,ita quoque is, qui in parte est institutus,cogi potest vt adeat, & eam partem restituat ex asse,id est,tota hæreditate.

§. *Si quis vna.*

10 Hæc est mens istius.§. Hæres institutus † potest habere quartā duobus modis:aut in re,vt in fūdo,&c. vel in quātitate certa,vt in centū aureis ex dispositione testatoris:aut in nulla re certa,sed tātū ex hæreditate capit quartā.Primo casu,quādo.ſ.habet quartā in re certa,distingue,Aut habet in re certa totā quātitatē,vel etiā plus quarta:& habetur ꝓ legatario, nec potest cōueniri à creditoribus, sed transfert restituēdo omnes actiones in fideicōmissariū.Aut non habet in re certa integrā quartā:& tūc si est cōtētus illo relicto,nec agit ad supplemētū quartæ, iterū habet pro legatario,nec potest cōueniri à creditoribus.Si verò agit ad supplemētum quartæ ex Senatusc.Trebel.tunc tenetur pro ea parte creditoribus respōdere. Secūdo verò casu, quando.ſ. nō est relicta certa & expressa res nomine quartæ, sed ipse simpliciter retinet quartā,& tenetur pro illa quarta quoq; respōdere creditoribus:quia hoc casu habetur vt cohæres, & nō vt legatarius:ideóq; ad onera hæreditaria obligatur.

Debita quomodo partienda sint inter heredē & fideicōmiss.

Pro dodrante. Veluti si alicui deberētur LXXX. aurei ex hęreditate quadam, tunc creditori tenetur fideicōmissarius pro LX.& hæres directus pro XX.Et est ratio, quia vterque tenetur,cōsiderata proportione partis,quæ ad eum peruenit:ad fideicōmissariū autē perueniūt tres partes hæreditatis,ad directum verò hæredem vna: ergo tres partes debiti fideicommissarius pręstare debet, & hęres directus vnam.

Et secum deliberare. Occurrit tacitę obiectioni: posset enim obiici,Si in re certa hęredis scripti relicta continetur maxima pars hęreditatis, & ipse nihilominus restituendo minimam partem fideicommissario,per hoc transferre debet omnes actiones in eum,videtur iniquum esse,&c.Huic respōdet Imperator,videlicet fideicommissarium delibera re posse,vtrum expediat hęreditatem sibi restitui nécne:& sic non potest cogi,vt recipiat hæreditatem restitutam.

Præterea.

Plures gradus posse fieri in fideicōmisso.

Vt id rursum. Sicuti in institutionibus directis potest testator plures gradus hæredum facere substituēdo,ita quoque in fideicommissis fieri potest:hæres enim directus rogari potest,vt restituat fideicommissario hæreditatem, & is iterum rogari potest,vt alij restituat,& sic deinceps.

§. *Et quia prima.*

Hæc

Hæc est summa istius §. Si testator instituit hæredem, & rogat eũ adire hæreditatẽ, & restituere Caio, nec tamẽ extat testamentũ scriptũ, nec tot testes, quibus probari posit fideicõmissum, si hoc casu hæres institutus negaret fideicõmissum, potest ei fideicõmissarius hæres deferre iusiurãdũ, quod tenetur præstare: si autẽ præstare recusauerit, & post negationem, exceptionẽ opposuerit, scilicet esse quidẽ fideicommissum relictum, sed in testamento inualido, ideo nõ valere fideicõmissum: hæc exceptio nihil prodesset propter mendacium præcedens. Si autẽ primũ fuisset cõfessus, & opposuisset posteà illam exceptionem, releuasset eum.

Iusiurandum, est † affirmatio, vel negatio, mediante religione: vel, est remedium, quo deciduntur lites, deficientibus probationibus. II *De iureiurando quædam.*

Et est triplex.
- Veritatis, est quando quis simpliciter sic esse, vel non esse iurat: & sic subdiuiditur in
  - Conuentionale iuramentum, qđ & voluntarium, siue extraiudiciale appellatũ est, quod quis parti defert extra iudicium.
  - Iudiciale, qđ pars parti defert in iudicio, iudice approbante: & hoc iuramentum habet locum, quãdo de iure Saxonum res conscientiæ alicuius committitur.
  - Necessarium, quod in defectũ probationis iudex defert.
- Credulitatis, quod & iuramentum calũniæ dicitur, est quando quis iurat sic esse, vel non esse.
- Affectionis, qđ & iuramẽtum in litem appellatur, est quando res, de qua agitur, iuxta affectum iurãtis taxatur, vt quãdo quis iurat se malle carere centũ aureis, quàm illa re, licet tanti vendi non posit. *Iuramentum in litem.*

De singulis rebus per fideicommissum relictis. Tit. XXIIII.

1 *Fideicommissa singularia hodie sunt legatis adæquata.*
2 *Libertas duplex est, directa, & fideicommissaria.*

QVia hodie † fideicommissa singularia sunt adæquata legatis, poteris huc referre quæ suprà de legatis dicta sunt. I

§. *Libertas.*

2 Libertas† est duplex, directa & fideicõmissaria. Directa est, quæ fit in verbis directis, vt si testator sic dicat: Titi⁹ seruus me⁹ liber esto. vel ita Titio seruo meo libertatẽ lego. Istis casib⁹ statim post mortẽ testatoris fit seruus ipso iure liber, & libert⁹ defũcti testatoris, nõ autẽ hæredis ipsius. §. qui autẽ. versi. at is. hîc titu. nostro. Fideicõmissaria libertas est, quæ fit his verbis: Titius hæres meus esto, & rogo eum vt post mortẽ meã Stichũ seruũ meũ manumittat. Hic Stichus nõ statim fit liber ipso iure, sed requiritur factũ homi nis, hoc est, manumissio hæredis, ideóq; hæredis libertus fieret, non testatoris, dicto. §. qui autem hîc titu. nostro.

De Codicillis. Tit. XXV.

1 *Codicillus est testamentum imperfectum, quo sine solennitatibus aliquid cuipiam relinquitur.*

2 *Testamentum & codicilli quomodo differant, & in quibus conueniant. nu. 3.*

4 *Codicilli fiũt duobus modis, cum testamẽto, & sine testamento.*

5 *Codicillos facere possunt, qui & testamentum.*

6 *Si testamenta, in quibus codicilli confirmantur, sunt inualida, infirmantur quoque codicilli.*

7 *Res in codicillis relictæ possunt peti, vel condictione ex lege, vel actione vtili ex testamento.*

8 *Codicilli infirmantur iisdem modis, quibus testamenta præterquam agna. ne posthumi.*



Ictũ est hacten⁹ de testamẽtis solẽnibus & pfectis, ratione solẽnitatũ: in hoc autẽ titulo dicet' de testamẽtis imperfectis, q̃ 1 dicũtur codicilli. Est† igitur codicillus testamentũ imperfectũ, quo sine solẽnitatibus dictis p fideicõmissum aliquid relinquitur. Dico imperfectũ, ad differẽtiã testamentorũ perfectorũ, in quibus requiruntur solẽnitates, vt septẽ testes. l. fi. §. fi. C. de codi. Dico, per fideicõmissum: 2 quia in codicillis nõ potest quis directè hæres institui, sicut in testamento. Et si directè fiat institutio, nihilominus traditur ad fideicõmissum. §. codicillis hîc tit. nostro. l. Scæuola. ff. ad sena. Trc. Differũt† tamen testamẽta & codicilli in alijs quoq; casibus. Primò, per secundũ testamẽtũ perfectũ rump

Codicilli.

Discrimen codicillorũ & testamen.

rũpitur primũ.§.ſed & ſi quis.ſup.quib.mo.teſt.infir.ſed per ſecũdũ codicillũ primus non rũpitur,niſi expreſsè caueatur. l.cũ ꝓponatis.C.eo.Secũdò,ꝑ arrogationẽ poſthumi rumpitur teſtamẽtũ.§.rũpitur.ſup.quib.mod.teſt.infir. Sed codicilli,ſi ab inteſtato facti fuerint,per agnationẽ poſthumi non rũpũtur.l.ſi quis.ff.de iure codicil.Tertiò,in teſtamẽto non poſſunt eſſe teſtes,niſi rogati.l.hac cõſultiſſima.C.de teſta. In codicillis autẽ etiã caſu adueniente teſtes eſſe poſſunt.d. l.ſi §.fi.C.eod.Quartò,in teſtamentis tantùm maſculi teſtes eſſe poſſunt.§.teſtes autẽ.ſup.de teſt.ord.In codicillis autem etiam fœminæ adhiberi poſſunt.gloſ.in l.qui teſtamenti.§. mulier.ff.de teſta.Conueniunt autem † etiam in hoc, quòd 3
quis poteſt cõdere teſtamentum cum ſcriptura,vel ſine ſcriptura.§.ſed cum paulatim,& §.ſed hæc.ſup.de teſt.Ita quoque codicilli in ſcriptis,vel ſine ſcriptis fieri poſſunt, modò fiãt in præſentia quinq; teſtiũ,ſecũdũ gl.hîc prin.tit. noſtro.

In quibus conueniãt.

Fiunt autem † codicilli duobus modis,cum teſtamento,& 4
ſine teſtamento. Quando fiunt cũ teſtamento, confirmantur aut in futurum, aut in præteritum,aut de præſenti, per clauſulam codicillarem.l.conficiuntur.in prin.ff.de iure codicil.In futurũ confirmantur,quãdo codicillos præcedit teſtamentum,in quo teſtator ita dixit: Quicquid in codicillis per me fiendis dixero,valere volo.In præteritum cõfirmantur,quando teſtator in teſtamẽto ſequenti dicit, Codicillos quos feci,ſeruari volo.l.ſiue in initio.C.de codicillis.De præſenti per clauſulam codicillarem ita confirmãtur codicilli, vt ſi teſtator condiderit teſtamẽtum adhibitis ſex teſtibus, vel adhibitis ſeptem teſtibus,inter quos tamẽ ſunt qui non ſunt omni exceptione maiores,vt infames,bãniti, & adiiceret illam clauſulam, Si hoc meum teſtamentum non poteſt valere vt teſtamentum,valeat vt codicillus.l.fi.§. illud quoque.C.eo.Vide gl.hîc in ver.confirmatos. Sine teſtamentis autem fiunt codicilli,quãdo quis decedit inteſtatus,& conuocatis quinq; tẽſtib',declarat corã eis ſuam volũtatẽ, inſtituẽdo hæredẽ fideicõmiſſariũ.l.ſi quis.in prin.ff.de iure. co.

Conficiendorum codicillorum modi.

Cauſæ efficientes † codicillorũ ſunt perſonæ,quæ habent 5
de iure teſtamẽti factionẽ actiuam.l.diui §.codicillos. ff.de iure codicil.Quæ autẽ illæ ꝑſonæ ſint,vide ſup.in ti.qui teſt. fa.poſ.vel nõ.Et illis relinqui in codicillis poteſt, qui habẽt teſtamenti factionem paſſiuam.de quibus vide gloſ.in §.legari

gari.suprà de legato. Causa finalis est, quòd ibi ꝓpter defectum septem testium quis non possit condere testamētum solenne: potest tamen condere codicillos, si habeat quinque testes, ne intestatus decedat, vt colligitur ex principio tituli nostri. Circa effectus codicillorum distingue. Aut codicilli confirmātur in testamento, aut fiūt ab intestato. Primo casu hæredes in testamento instituti directè tenentur adire hæreditatem, & restituere ei, cui in codicillis relicta est: possunt tamen retinere quartam ex senatuscon. Treb.
6 l.ij.§.fi.ff.de iu.codic. Et si † testamenta, in quibus codicilli confirmātur, sunt inualida, vt quia hæres directus ex eis hæreditatem adire non potest, infirmantur quoque codicilli. Secundò sunt facti codicilli ab intestato: hoc casu videtur directè instituti illi, qui alioqui ab intestato succederent, & rogati seruare quæ in codicillis disposita sunt, licet re ipsa instituti non sint. l. conficiuntur. cum glos. in verb. possunt. & l. si quis eum. & ibi Bar. ff. de iure codic. Quare etiam adire tenentur, & fideicommissario restituere, retenta quarta Trebellianica, vt colligitur ex d. glos. in ver. possunt. Et po-
7 titur † res in codicillis relicta, vel condictione ex lege: vt l. vnica. ff. de condict. ex leg. vel actione vtili ex testamento, cùm codicilli ad instar testamentorum sint inducti. l. ij. §. j. ff. de iure codic. Vide gloss. hîc, in verbo relinquitur. Infir-
8 mantur † autem codicilli illis ipsis modis, quibus testamenta, quos vide suprà quib. mod. testam. infirm. In hoc tamen fallit, quòd agnatione posthumi codicilli ab intestato facti, non rumpuntur. l. si quis cùm in princip. ff. de iure codicillorum.

Qua actione ius res codicillorum petend.

Quomodo infirmentur.

Conditionem. Vt si testator in codicillis diceret, Titius sit hæres meus, si factus fuerit Consul. non valeret, quia est directa adiectio & institutio.

Substituo. Vt hoc modo: Instituo Titium hæredē meum, & si hæres non erit, substituo ei Caium.

SECVNDI LIBRI INSTITUTIONUM Imperialium, Finis.

ENARRATIONES D. DOCTORIS MELchioris Kling, in librum tertium Institutionum.

De hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur. Titulus I.

1 *Repetitio, atque adeò argumentū superiorū duorum librorum.*
2 *Quis dicatur intestatus decedere.*
3 *Decedenti ab intestato succedunt legitimi hæredes.*
4 *De successione bonorum hæreditariorum duo habentur iura, ciuile, & Saxonicum.*



OMne Ius, †quo vtimur, à Iustiniano in 1 §.fi.sup.de iu.nat.gēt.& ci.ita diuisū est, *Epilogus* q̄ vel ad p̄sonas, vel ad res, vel ad actio *præcedentium duorum lib.* nes pertineat: personarū tractatio in primo libro absoluta est. Diuidit enim p̄sonas primū in liberas & seruiles: deinde in eas, quæ sunt alieni iuris, vt serui, & filiifa. & eas quæ sunt sui iuris, vt paterfa. Et illæ quæ sunt sui iuris, aut sunt sub tutela, vt minores XIIII. an. aut sub cura, vt minores XXV. an. aut neq; sub tute. neq; sub cura, vt maiores XXV. an. Deinde in secūdo libro suscepit tractationē rerū, & ea quoq; diuisit hoc modo. Quòd rerū dominia consequimur dupliciter, aut de iure gētiū, aut de iure ciuili. Iure gētiū, per occupationē, inuentionē, procreationem, alluuionē, &c. de quibus. sup. de rer. diui. cum seq. De iure verò ciuili quoq; bifariam consequimur. Aut sigillatim, vt vsucapione, præscriptione, legato, fideicōmisso singulari. Aut per vniuersitatē, vt ex successione, quæ fit duobus modis aut ex testamento, de quo à tit. de testa vsq; ad fi.ij.li. Aut ab intestato, de quo in præsenti ti. tractabitur. Dicitur aūt†is intestatus 2 decedere, qui aut omnino testamētū non fecit, aut fecit quidē, sed nō iure, aut iure fecit, sed id postea ruptū, irritúmve factū est, aut nemo ex eo hæres, extitit, vt hîc in prin.ti. nostri. Dico in definitione, qui omnino nō fecit testamētū: propter eos, qui nolūt testari, aut q. volūt, sed nō possunt, vt impuberes, furiosi, p̄digi, &c. l.j. in prin. ff. de suis & legi. hære. *Intestatus*

Dico

Dico aût nõ iure fecit:propter illa testaměta, quæ quidem facta sunt, sed sine solennitatibus iuris, vt quia non sunt adhibiti testes. Dico ruptum est propter testamenta, quæ per agnationẽ sui hæredis rũpuntur, quod fit, si post testamentũ factum, testator quẽ adoptauerit, vel posthumus natus fuerit. §. rumpitur. sup. quib. mo. test. infir. Dico, irritum factum: quia testamentũ, etiam iure factum, per capitis diminutionem testatoris, fit irritum. §. alio autẽ modo. sup. quib. mo. testa. infir. Dico, nemo hæres extitit: propterea ꝙ testamentum vires capit ex hæredis institutione, & eius aditione. §. ante hæredis. sup. de leg. l. j. in fi. cum glo. ff. de vulg. & pupil.
3 subst. Quare † prædicti omnes dicuntur intestati decedere, & eo casu vocantur ad successionem defuncti legitimi hæredes, in qua successione dic, Aut loquimur de successione in bonis hæreditariis, siue allodialibus, aut loquimur de suc-
4 cessione in bonis Feudalibus. Primo † casu dic. aut quæris de successione secundũ ius ciuile, aut secundũ ius Saxonum.

DE SVCCESSIONE IN BONIS HÆREditariis, siue allodialibus secundum ius ciuile.

1 *Secundum ius ciuile triplices sunt hæredes, descendentes, ascendentes, & collaterales.*

2 *Quinque sunt species filiorum, naturales & legitimi, legitimi tantum, naturales tantum, spurij & incestuosi.*

3 *Naturales & legitimi liberi succedunt vtrique parenti ab intestato indistinctè.*

4 *Filij legitimi tantùm succedunt in bonis paternis.*

5 *Filij naturales tantùm quando & quibus succedant.*

6 *Spurij bonis maternis succedunt vnà cum legitimis, sed si mater fuerit illustris persona, & habuerit legitimos liberos non.*

7 *Nati ex incestuoso coitu, neque ad successionem matris, neque patris admittuntur.*

8 *Natis ex adulterio de iure ciuili non debentur à parentibus alimenta sed de æquitate canonum sic.*

9 *Deficientibus descendentibus, succedunt ascendentes vtriusque sexus secundum graduum prærogatiuam.*

10 *Quinque sunt parentum species sicut & filiorum.*

11 *Mortuis parentibus vocantur ad successionẽ aui & auiæ vtriusque parentis.*

12 *Fratres, & sorores vtrinque coniuncti, succedunt cum parẽtibus defuncto in capita, & filij præmortuorum fratrum in stirpes.*

Mater

13 *Mater vidua quando ſuccedat filio, & quando non.*
14 *Matres filiis adoptiuis ſuccedere non poſſunt.*
15 *Patres adoptiui quando ſuccedant filiis adoptiuis vel non.*
16 *Parentes naturales tantùm, eodem modo ſuccedunt ſuis liberis, quo liberi parentibus.*
17 *Patres ſpuriis ſuccedere non poſſunt, ſed matres ſic.*
18 *Deficientibus deſcendentibus, & aſcendētibus ſuccedunt fratres & ſorores vtrinque coniuncti: ſi verò nec illi fuerint, conſanguinei, & vterini.*
19 *Fratres legitimi ſibi inuicem non ſuccedunt.*
20 *Naturales fratres, ſiue ſint legitimati, ſiue non, ſibi inuicem ſuccedunt exceptis legitimatis per curiam aut reſcriptum principis, qui non ſuccedunt legitimè natis.*
21 *Fratres ſpurij, etiam vterini, ſuccedunt ſibi non inuicem.*
22 *Non extantibus deſcendētibus, neque aſcendētibus, neque collateralibus, ſuccedunt remotiores gradu, qui ſunt proximi.*
23 *Succeſſio in deſcendentibus & aſcendentibus durat perpetuò, in collateralibus verò vſque ad decimum gradum.*
24 *Qui repelluntur in ſucceſſione.*

DE ſucceſſione in bonis hæreditariis ſecundũ ius ciuile primùm dicemus. Secundùm quod † habetur triplex ratio hæredũ. Prima eſt deſcendētũ, vt filiorũ, filiarum, nepotum, neptum, &c. qui ſui hæredes dicuntur, & excludunt omnes alios. §. inteſtatorũ. hîc ti. noſtro. Nec refert ſiue in poteſtate parentũ, ſiue emãcipati fuerint. §. ſi quis igitur. in authen. de hær. ab inteſt. ven. col. ix. Secunda, ſi defuerint deſcendentes, habetur ratio aſcendentiũ, vt parentum vtriuſq; ſexus, ſecundum graduũ prærogatiuã, vt ſcilicet pater præferatur auo. d. §. ſi q. igitur. Tertiò, habetur ratio collateralium. d. §. ſi quis igitur. l. ij. in eo. tit. in auth. col. ix. Circa deſcendentes diſtinguendũ eſt. Sunt enim † quinq; ſpecies filiorũ, ſiue deſcendentiũ. Vide gl. in c. tanta eſt vis. in verb. repellẽdus. extrà, qui fil. ſint legit. & ſimilem gl. in c. liberi. xxij. q. iiij. in verb. liberi. Primò, ſunt naturales & legitimi, ex iuſtis nuptiis procreati. Secundò legitimi tantùm, vt adoptiui. Tertiò, naturales tantùm, vt ex concubina, vel duabus liberis perſonis, extra matrimoniũ nati. Quartò, ſpurij, qui habent incertũ patrem, & ex ſcorto publico nati ſunt. Quintò, ex inceſtuoſo & prohibito coitu nati, de quibus omnibus. ſup. de pa. pot. diximus. Et hîc primũ de ſucceſſione naturaliũ & legit-

1 *Prima ſucceſſio eſt deſcendentium.*

2 *Quinq; ſpecies deſcendentium.*

3 legitimorum liberorum dicemus. Naturales & †legitimi liberi succedunt parentibus tam paternis, quam maternis, ab intestato indistinctè, siue masculi sint, siue fœminæ, siue in potestate parentum fuerint, siue emancipati. §. nullã. authẽ. de hæred. ab intest. venient. col. ix. Et quod dicitur de filiis, & filiabus, idem dic de nepotibus & neptibus, pronepotibus & proneptibus: succedunt enim nepotes, & pronepotes in bonis aui, & auiæ cum patruis & auunculis, amitis & materteris in stirpẽ (id est, eã partẽ accipiũt, quã parens eorum accepisset, siue vnus sit, siue plures) & non in capita, cùm filij repræsentẽt patrẽ, & censeãtur eadẽ persona cum eo. d. §. si quis igitur. in auth. de hær. ab inte. venien. col. ix. Hoc tamen est intelligendũ cũ quodã temperamento, quia filij vocãtur ad hæreditatem patris in capita, nepotes, & vlteriores gradu, in stirpem: Et est ratio quia ipsi nepotes patris locum intrãt. §. si quis igitur. auth. de hær. ab intest. venien. col. ix.

Naturales & legitimi.

Succedere in stirpem.

Circa secundam speciem, quando scilicet quæritur de legitimis tantum, hoc est, de adoptiuis, dic † quod succedant tan-
4 tum in linea paterna, & non materna. Distingue tamẽ. Aut sunt adoptati patresfamilias, qui scilicet nullos habent parẽtes à linea paterna. Aut sunt adoptati filiifamilias, id est, qui habent patrẽ vel auum paternum. Primo casu subdistingue. Aut manserunt in patris adoptiui potestate, nec sunt emancipati: & idẽ iuris est, quod in naturalibus & legitimis. §. intestatorum. hîc titu. nostro. Aut sunt emancipati: & tunc aut sunt emancipati iustam ob causam, & habentur pro extraneis, nec succedunt. §. cùm autem impubes. cũ seq. sup. de adop. Aut sine iusta causa sunt emancipati: & restituũtur eis omnia bona, quæ nomine ipsorum pater adoptiuus accepit: & propterea quoque quarta pars bonorum, ipsius patris, etiam viuo patre d. §. cùm autem impubes. sup. de adopt. Secundo casu, quando scilicet filiusfamiliãs adoptatus est, distingue. Aut est adoptatus ab auo, & succedit ei ad instar naturalium, legitimorum. §. sed hodie. sup. de adopt. Aut est adoptatus ab extraneo, vt fratre vel reliquis vlterioribus gradu, & tunc aut is decedit testatus, & tantum consequitur filius adoptiuus ex eius testamento, quantum ei fuerit relictum. Aut decedit intestatus: & subdistingue. Aut filius adoptiuus est ab eo emancipatus, & nihil cõsequitur, quia sublatum est per emancipationem ius filiationis. §. minus. hîc tit.

Legitimi tantum.

tit.nostro. Aut mansit in eius potestate,& succedit vt filius. Leùm in adoptiuis. §.sed ne articulum. C.de adoptionibus.

Tertio casu,quando scilicet tractatur de successione naturalium tãtum:& distingue,Aut loquimur†de succesione in bonis maternis:& tunc aut mater fecit testamẽtum,nec eos instituit hæredes. & possunt agere cõtra testamentũ matris quærela inofficiosi testamẽti,etiã si legitimi hęredes fuerint instituti, secũdum gl.in verb,cũ legitimis l.si qua illustris.in §.fi.C.ad Senat.Orfi. Aut nõ cõdidit testamẽtũ, sed decesit intestata:& succedunt simul naturales cũ legitimis, si extãt, modò mater non sit illustris persona.d.l.si qua illustris.§.fi. C.ad Senat.Orfi. Aut loquimur de succesione in bonis paternis;& tunc aut pater naturalis decedit testatus, aut intestatus.Primò casu distingue,Aut reliquit post se vnà cum filiis naturalibus,etiã legitimos liberos, aut parẽtes,aut vxorem indotatã pauperẽ. Si liberos reliquit legitimos vnà cũ naturalibus,in testamẽto potest naturalibus relinquere vnã vnciã,quã habebũt cum matre.§.cõsideremus.cũ similibus. in auth.de triẽ.& semisse.coll.iij.Si verò vnà cũ naturalibus parentes post se reliquit,potest filiis naturalibus in testamẽto relinquere quantũ vult,modò parẽtes retineãt legitimã, id est,tertiam partẽ bonorũ.auth.licet.§.ꝙ si parentes.C.de naturalib.libe. Si autẽ reliquit defunctus,qui locuples fuit, vnà cum liberis naturalibus,etiã vxorẽ pauperẽ,& indotatam:& potest similiter naturalibus relinquere quantũ vult. vxori tamen debetur quarta iuxta dispositionem,auth. prætereà.C.vnde vir & vxor.Aut pater naturalis decedit sine legitimis liberis,parẽtibus,& vxore: & potest naturalibus liberis totã substantiã,suam in testamẽto relinquere.d.auth. licet.§.ꝙ si parentes.C.de natu.liber. Secundo casu,quando scilicet pater naturalis decedit intestatus:& tunc aut extant naturales & legitimi liberi vnà cum naturalibus tantùm:& naturales non succedunt,sed aluntur à legitimis, secundum substantiæ mensurã,à bono viro,id est,iudice,arbitratã.§.si quis igitur habẽs,cum simil.in auth.quibus modis natural. effic.sui,coll.vij. Aut non extãt naturales & legitimi,neque etiàm vxor;&c, & tunc aut pater naturalis habuit simul plures concubinas, & ex eis liberos; & nihil omnino debetur eis,propter odium effusæ libidinis.§.si verò effusa.in authẽ. quibus modis naturales effic.sui. Aut habuit eodem tẽpore

Naturales tãtum.

tantùm vnam concubinam,& ex ea liberos:& debentur eis vnà cum matre duæ vnciæ hæreditatis,id est,sexta pars.§.si quis auté defunctus. cum simili.in auth.quibus modis natu. effic.sui.& d.authen.licet.§.ab intestato.C.de natu.liber. Et quæ de filiis, & filiabus naturalibus dicuntur, eadem dico quoque de nepotibus, & neptibus, & pronepotibus. §.de nepotibus.in auth.quibus modis natu.effic.sui.

Spurij & vulgò quæsiti.

6 Quartò,de spuriis & vulgò quęsitis dic.Aut quæritur † de successione paterna,& non admittũtur ad successionẽ, cum patrẽ demonstrare non possint.l.vulgo.j.de statu ho.§ vulgo.infrà de successio.cog.Aut quęritur de successione in bonis maternis,vt matris,& aui materni:& distingue. Aut mater fuit illustris persona: & tunc si habuit simul cum spuriis etiã legitimos liberos,& spurij neq; ex testamẽto neque ab intestato succedunt.l.si qua illustris persona. §.sancimus. C. ad S.C.Orf. Aut non habuit legitimos liberos:& succedunt spurij ex testamẽto,& etiã ab intestato,secũdum Doct.post gl.d.l.si qua illustris.Si verò mater nõ fuit illustris persona, tunc succedũt ei:& auiæ,& auo materno ex testamẽto,& ab intestato,etiã vnà cum legitimis.§.nouissimè.j.ad S.C.Orfi. §.vulgò.infrà de succesio.cogn.l.j.§.sed & vulgo.ff.ad S.C. Tert.l.hac parte.& l.Modestinus.ff.vnde cognati.Et si in testamẽtis fuerint à matribus pręteriti,datur eis querela inofficiosi testa.l.si suspecta.§.de inofficioso.ff.de inoffi.testa.

Incestuosi siue nepharij.

7 Quintò,Nati ex † incestuoso & nefario cõcubitu,neque ad succesionẽ patris, neque matris admittũtur quales sunt nati ex patre & filia,fratre & sorore,&c.Item ex † adulterio
8 nati, quibus de rigore iuris ciuilis ne alimẽta quidem à parẽtibus debentur,cum sint omni substãtia patẽtum indigni, nec nomen habeãt filiorũ.§.fi.auth.quib.mod.natu.effi.sui. coll.vij.ibi,nec est alendus à parẽtibus.Auth.ex complexu. & in corpore vnde sumitur.C.de neph. & incestu.nupt. De æquitate tamen canonica debentur eis alimenta.c.cùm haberet.& ibi pulchra gl.in ver.secundum facultates.extrà, de eo,qui dux.in matri.quam per adul.pol.in fi. Et huic textui etiã standũ esse statuo de iure ciuili, propter naturalẽ æquitatẽ,quam Canones semper ob oculos habẽt.Et est pulcherrima ratio:nam educatio liberorum est iuris naturæ, atque originẽ habet ex instinctu naturæ. c.ius naturæ.j. dist.adeò quidẽ,vt si parẽtes liberis indigẽtibus alimẽta negarẽt:homici

micidij poſſunt accuſari.l.necare.ff.de libe.agnoſcend.

DE SVCCESSIONE aſcendentium.

Deficientibus †deſcẽdentibus,qui ſui hæredes dicuntur, 9
vocātur ad ſucceſsionẽ aſcendẽtes vtriuſque ſexus ſecũdum
graduum prærogatiuã.Hîc autẽ memineris tot eſſe ſpecies
aſcẽdentiũ,ſiue parẽtum, quot dicimus eſſe deſcẽdentiũ:filij
enim & parẽtes ſunt correlatiua, & correlatiuorũ eſt eadẽ
natura.l.ſi.cũ gl.C.de indic.vid.toll. Dic ergo†quinque eſſe 10
ſpecies parentum.naturales & legitimos, legitimos tantùm *Species aſcendẽtiũ.*
parentes ſpuriorũ,naturales tãtùm & parẽtes inceſtuoſorũ.

Primùm dicemus de legitimis & naturalibus parentibus *Parentes legitimi & naturales.*
ſimul:in quibus diſtingue.Aut ſoli aſcẽdentes extant:& ſuc-
cedunt ex æquo, ſalua gradus prærogatiua:ꝙ ſcilicet extan
tibus patre & matre, diuiditur inter eos hæreditas filij de-
functi excluſis auis. Mortuis†verò patre & matre vocantur 11
aui & auiæ vtriuſque parẽtis, & datur auis paternis dimidia
pars,& auis maternis altera dimidia, etiã ſi ſint diſpares nu
mero.Nec hic ſexus attẽditur, nec etiã vtrum defunctus in
poteſtate fuerit,vel emãcipatus,auth.defuncto.C.ad Senat.
Tertu.§.ſi igitur defunctus.cum ſeq.in authẽ. de hæredi.ab
inteſt.venien.coll.ix.Aut extant vnà cum deſcẽdẽtibus fra
tres & ſorores, & liberi fratrum vel ſororũ præmortuarum:
& diſtingue.Aut ſunt fratres & ſorores cõſanguinei,ſiue vte
rini tantum,& excludũtur ab aſcendentibus. Aut ſunt†fra- 12
tres & ſorores vtrinq; coniũcti:& tũc aut quærimꝰ de patre,
& ſuccedũt pariter,pater, fratres,& ſorores defuncto in ca-
pita,fratris verò vel ſororis præmortuarũ filij in ſtirpes.§.j.
in auth.vt filij fratrum ſucce.colla.ix.d.§.ſi verò cum aſcen-
dentibus.in authen.de hæred.ab inteſt.venien.Et idem iuris
eſt in matre, ſi ſupereſt viuente marito ſuo. Aut quærimus
†de matre,quæ vidua eſt:& tunc aut manſit vidua,nec con- 13
uolauit ad ſecundas nuptias,& idem iuris eſt,quod in patre. *Mater.*
Aut ſecũdò nupſit intra tempus luctus,& intra annum,& fit
infamis:quo caſu diſtingue. Aut infamia non remittitur vi-
uente filio:& omnino non ſuccedit.§.j.cum ſimil.in auth.de
nupt.colla.iiij, Aut infamia remittitur: & non ſuccedit niſi
omnibus filiis mortuis,& ſic tantum nouiſsimo ſuccedit ſe-
cundũ gl.in §.Et quoniam mater.in verb.in virilem,in auth.
de nupt,colla.iiij, Aut ſecundò nubit,& poſt annum:& tunc

aut quærimus de bonis defuncti filij castrensibus, quasi castrensibus, vel aduētitiis:& succedit mater ab intestato, vnà cũ liberis suis, hoc est, fratribus & sororibus defuncti, pleno iure, id est, quo ad proprietatẽ, & vsumfructũ. Aut quærimus de bonis, quę defunctus à patre suo acquisiuit, hoc est, de bonis profectitiis:& tunc aut fecit testamentũ, & instituit matrem hę edem:& succedit mater ex testamento pleno iure. Aut decessit intestatus, & scilicet quo ad suam partem consequitur mater in illis bonis tantùm vsumfructum. §. hinc nos. & §. & quoniam mater, in authen. de nupt.

Parentes legitimi tantum. Secundo casu, quando scilicet loquimur de parentibus legitimis tãtum, id est, adoptiuis, distingue, Aut loquimur † de matribus:& non succedũt liberis adoptiuis, quia fœminę re

14 gulariter adoptare nõ possunt §. fœminę. suprà de adop. Aut

15 loquimur † de partibus adoptiuis:& tunc aut arrogatus est paterfamiliâs, & subdistingue. Aut fuit ante arrogationem à patre naturali emãcipatus, ita ꝙ pater naturalis, etiã durãte adoptione, adhuc viueret:& succedit pater naturalis cũ matre fratribus, & sororibus, fratrúmq; filiis, eo modo, quo ĩ. diximus, excluso adoptiuo patre, qua hodie in successionibus emãcipatio non attenditur. §. si verò. in Authẽ. de hære. ab intest. veniẽ. coll. ix. cum si. & adoptatio, tanquã res inter alios acta, patri naturali nõ potest ius suũ auferre per vulgaria. Aut pater naturalis, & auus paternus filij arrogati ante arrogationẽ sunt mortui:& tunc aut mater extat naturalis & legitima, &c. & excludit patrẽ adoptiuum. l. ij. §. obiicitur. cum seq. ff. ad Senatusc. Tert. secundũ Paul. de Cast. in Auth. defuncto. C. ad Senatusc. Tertu. Aut non extat mater, sed fratres, & sorores quinq; coniuncti, & succedũt vnà cum patre adoptiuo, secundũ gl. in d. §. mortuo. in verb. aliæ personæ. in fin. ĩ. de acquisi. per arrogat. Si autẽ fratres & sorores quoq; non extãt, succedit pater adoptiuus. In solidũ. d. §. mortuo. ĩ. de acquisit. per arrogat. Aut adoptatus est filiusfamiliâs: & distingue. Aut est adoptatus ab auo paterno, vel materno: & soluitur ius patriæ potestatis patris naturalis etiã sine emancipatione, & transfertur in auum adoptantem. §. si verò pater naturalis. suprà de adop. Quare etiam filio adoptiuo succedit excluso patre naturali, per rationes, quæ colligi possunt ex l. cum in adoptiuis. §. si verò pater naturalis, C. de adopt. §. sed & si pater. suprà quib. mod. ius patriæ potest. sol.

Aut

Aut filiusfa.adoptatus est ab extraneo,& manet ius patriæ potestatis patris naturalis firmum,ita quòd ei succedat.d.l. cùm in adoptiuis.C.de adop.§.sed hodie.suprà de adopt.

Naturales†parentes tantùm, succedunt quoque liberis suis naturalibus eo modo,quo liberi ipsis: & sicuti parentes naturales debent liberis suppeditare alimenta, ita vicissim liberi parētibus alimenta præstare debent §.de nepotibus. in Authen.quib.mod.natu.effic.sui.colla.vij. Dic ergo,aut decedente filio naturali quærimus de iure patris, matre mortua: & tunc,aut filius decedit testatus:& potest patrem instituere hæredē in omnibus bonis,si vult,nisi habeat descendētes:si verò nolit eū in omnibus bonis instituere, poterit in parte bonorū,&c.Aut decessit intestat⁹, & succedit pater in duabus vnciis,id est,in sexta parte hæreditatis,per iura s.de liber.nat.allegata. Aut quærimus de iure matris: & tunc aut filius cōdidit testamentū,nec ei reliqt legitimā, id est,tertiā partē: & potest mater testamentū impugnare per querelā inofficiosi testamēti.argu.l.si suspecta.§. de inofficioso.ff.de inoffi.test. Aut decessit intestatus: & tūc aut mater est sola,& succedit ei in vniuersum.§.fin.j. ad Senat. Tertul.Aut mater non est sola,sed extant pater, fratres,& sorores defuncti, & vtrinq; coniuncti, & succedit pater in duabus vnciis,id est,in sexta parte, mater verò, & fratres in reliquo,vt Sali.in Auth.defuncta.C.ad Senat.Tertul. 16 *Parentes naturales tantum.*

Quando de parentibus superiorū vel vulgò conceptorum quæritur,distingue. Aut quæritur†de linea paterna:& nō succedunt,quia spurij incertos patres habēt nec possunt eos demonstrare. Aut quæritur de linea materna:& tūc,aut spurius fecit testamentū,& matri nō reliqt legitimā:& potest mater testamentū impugnare per querelā inofficiosi testamenti.d.l.si suspecta.§.de inofficioso.ff. de inoffic.testa. Aut decedit intestatus,& deuoluit hæreditatem simpliciter ad matrē.d.§.fi. infrà ad Senat. Tertul. Et quæ diximus de patribus & matribus,tū quoque refer ad auos,& auias. 17 *Parentes spuriorum*

De incestuosis parentibus quærendum non est,cùm ibi nulla sit successio, nec appellatio parentum & filiorum.§. in vlti.in Authent.quibus modis natural.effic.sui. Authen. ex complexu.C.de incest.nupt. *Parentes incestuosorum.*

DE SVCCESSIONE collateralium.

18 Tertiò, si quis† decesserit, & neque descendentes, neque ascendẽtes post se reliquerit, vocãtur ad successionem fratres & sorores vtrinque cõiuncti in capita, fratrúmq; & sororũ liberi in stirpes. Memineris autẽ & hic quoq; tot esse fratrũ species, quot diximus esse filiorũ & parentum, quare de singulis dicemus. Et primùm de fratribus naturalibus & legitimis simul. Circa fratres naturales & legitimos simul distingue, Aut extãt fratres & sorores vtrinq; cõiuncti cum liberis fratrũ, & sororũ defunctorũ: & succedunt fratres, sororésque defuncto ab intestato in capita, liberi verò defunctorum fratrum, vnà cum eis in stirpẽ, exclusis fratribus cõsanguineis & vterinis Authen. cessante. C. de leg. hæred. §. si igitur defunctus. in Auth. de hære. ab intest. venien. colla. ix. Aut non extãt fratres vtrinque coniũcti, sed consanguinei, vel vterini tãtùm liberíque ex fratre cõsanguineo vel vterino: & succedunt defuncto eo modo quo iam diximus, exclusis patruis, & auũculis defuncti, licet eiusdẽ gradus sint. auth. post fratres. cum simi. C. de legi. hær. ita tamen quòd consanguinei in bonis paternis, vterini verò in bonis maternis præferantur. l. de emancipatis. §. penul. C. de legi. hæred.

Fratres naturales et legitimi.

19 Quãdo quæritur† de legitimis fratribus tãtùm, dic, quòd sibi inuicem non succedunt: patribus enim tantùm, & non familiæ. nec cognatis fratrum succedere possunt. l. cùm in adoptiuis. §. neque enim ex veteri. C. de adoptio.

Fratres legitimi.

20 De naturalibus fratribus tantũ ita respõde, Aut sunt† legitimati. & distingue, Aut legitimatio facta est p subsequens matrimoniũ: & succedũt omnibus fratribus ex eo matrimonio editis, nec excludũtur à legitimè natis. §. tribus. cum seq. Et ibi Bart. in auth. quib. mod. natur. effi. sui. Aut legitimatio facta est per dationem Curiæ, vel per rescriptum Principis: & tũc aut quærimus de successione fratrũ legitimè natorũ, & nõ succedũt eis, quia solius fratris, & nullus vltrà, propter illam legitimationem successores facti sunt. §. filium verò. in auten. quib. mo. nat. effi. sui. Aut quærimus de successione naturalium fratrũ legitimatorũ inter se: & succedere possunt ab intestato. arg. l. ij. & l. si spurius. ff. vnde cognati. Aut non sunt legitimati: & succedũt sibi inuicẽ. d. l. ij. & d. l. si spurius. ff. vnde cognati. Et in iis seruatur quoque illa regula, quod fratres & sorores vtrinq; coniũcti, excludũt eos, qui sunt con-

Fratres naturales.

21 iuncti ex altero parente tantum. Fratres vulgò† quæsiti, qui tan

tantùm vterini ſunt, ſuccedunt ſibi inuicem ab inteſtato, cùm ſint cognati. d. l. ij. & d. l. ſi ſpurius. ff. vnde cognati.

De inceſtuoſis fratribus quærendum non eſt, cùm inter eos nulla ſit ſucceſsio, nec alicuius iuris participatio, per ſuprà allegata iura.

Quando autem † nec aſcẽdentes, neq; deſcendentes neq; etiã fratres & ſorores, vel fratrũ & ſororũ liberi, ſed remotiores gradu extãt, tunc vocãtur ad ſucceſsionẽ omnes, qui ſunt gradu ꝓximiores: & habet tũc locũ regula, Qui prior eſt gradu, potior eſt iure. Et ſi plures eiuſdem gradus extiterint, vocantur ſimul in capita, id eſt, ſecundũ perſonarum numerum. Neq; hoc caſu attẽditur, vtrũ illæ perſonæ, vnde originem cognatio traxit, fuerint fratres vtrinq; cõiuncti, vel ex altero parente tantùm, cùm hæc vinculorũ coniunctio tantùm in ſucceſsione fratrũ & ſororum, eorúmque liberis, & non in vlterioribus gradibus ſpectetur. Nec etiam diſtinguitur, vtrũ maſculi ſint, vel fœminæ emãcipati, néc-ne. §. ſi verò neque fratre. in authen. de hæred. ab inteſt. venien. Hinc ſequitur, patruum, auunculũ, amitam, matertera eſſe eiuſdẽ iuris. Item patruum magnum, item auunculũ magnum, amitam magnam, materteram magnam quoque eſſe eiuſdem iuris. Item ſequitur, amitam, ſiue materteram ex vno parente tantùm, excludere amitã, & materterã magnã, &c. ex vtroq; parente. Itẽ amitam magnã, vel materterã magnã excludere filios patrui magni, ſiue auunculi magni, & liberos amitæ, ſiue materteræ ex vno parẽte tãtùm, excludere nepotes auunculi ex vtroq; parẽte. Itẽ ſequitur, auunculũ ſiue materterã ex altero parente tãtùm propiores eſſe filiis patrui ex vtroque genere. Durat aũt ſucceſsio in aſcẽdentibus & deſcẽdentibus vſq; in infinitũ, neq; præfigitur certus graduũ ordo. In collateralibus autẽ durat vſq; ad decimũ gradũ, ſecũdum gl. in §. ſi. & ibi Doct. infrà de ſucceſsio. cog. & ſi in decimo gradu nemo extiterit, hæreditas vacat, & cedit fiſco. l. i. C. de bon. vacan. lib. x. Repelluntur autem † à ſucceſsionibus, primò diminuti capitis diminutione maxima, & media. §. quod autẽ. ĩ. de capi. dimin. ſed hoc caſu hæreditas defertur aliis cognatis. Secũdò, ſi parẽs damnatus eſſet crimine perduellionis, deſinerẽt liberi eius ſui hæredes eſſe. §. interdũ. hic titulo noſtro. Tertiò is, qui duxit vxorem contra decreta iuris, repellitur à ſucceſsione illius

22 *De ſucceſſione remotiorum gradu.*

Quatenus extendantur ſucceſſiones.

23 *Ex omnibus prædictis qui repellitur à ſucceſſionibus.*

illius vxoris.l.ij.ff.de iis quib.vt indig.Quartò,is cuius negligētia,& culpa testator defunctus est.Quintò,qui nō vindicauerūt iure necem defuncti.l.hæredem.ff.de iis,quib.vt indig.hoc tamen casu subuenitur hæredibus. Primò,si iudicis iniquitate occidens absolutus fuerit.Secūdò, si hæredes fuerint minores xxv.ann.Tertiò,si authorē reperire nō potuerūt.l.propter veneni.§.vlti.ff.ad Sena. Syl.l. minoribus. C.de iis,qui.vt indig.Sūt & alij modi,ꝓpter quos à successione quis repellitur,quos vide per totum tit.C.& ff.de iis, qui.vt indig. Istis autē casibus omnibus habet locū regula. Quod aufertᷣ indigno,applicatur fisco.l. Papinianus.§. meminisse.ff.de inof.test. Et tantū de successionibus in bonis hæreditariis de iure ciuili,nunc dicemus de iure Saxonum.

De succesſione ſecundum ius Saxonum.

1 *Militi defuncto,si habuit vxorem,succedunt vxor, proximus, senior,agnatus,& hæredes.*
2 *Quæ debeantur vxori militis defuncti.*
3 *Donatio propter nup,quid sit,& in quibus rebus constituatur.*
4 *Sponsalitia largitas est donatio,quam erogat vir militaris in vxorem antequàm cum ea ad prandium discubuerit.*
5 *Sponsalitia largitas in quibus rebus possit constitui.*
6 *Vtensilia,quæ nobilibus mulieribus post mortem viri competunt quæ dicantur.*
7 *Domestica cibaria quæ sint,& quando vxoribus debeantur.*
8 *Mulieres accipientes tertiam partem bonorum,non possunt accipere alia mulieribus debita.*
9 *Proximo agnato viri militaris defuncti debētur res expeditoriæ*
10 *Res expeditoriæ quæ sint,& quomodo diuidantur.*
11 *Res expeditoriæ quomodo,quando,& à quibus instruantur.*
12 *Ad hæredem pertinent omnia alia, quæ non vxori defuncti vel proximo agnato debentur.*
13 *Res hæreditariæ quando debeant peti,& quotuplices sint.*
14 *Militi decedenti sine vxore succedunt proximus agnatus.& hæres.*
15 *Decedēte viro non militari,tota hæreditas peruenit ad hæredes*
16 *Mulieribus quomodo,& à quibus succedatur.*

AD hoc,vt rationē succedēdi de iure Saxonū intelligas dic breuib⁹,Aut decedit masculus,aut fœmina. Si masculus distingue,Aut est miles,siue equestris ordinis, id est,

Vnon

Vuon Rittes art. Aut nō miles, vt ciuis, rusticus. Si miles est, dic, Aut habuit vxorē, aut nō habuit vxorē. Primo† casu di- 1
uidunt bona, excepto feudo, inter tres, inter vxorē, ꝓximū agnatū, seniorē, & hæredes. Vxori debētur† donatio ꝓpter 2
nuptias, quæ & spōsalitium appellatur, *Leibzucht.* Vtensilia, *die Geraed.* Tertiò, spōsalitia largitas, *die Morgengabe,* & cibaria domestica. *Mußtheyl.* Et hæc omnia capit mulier sine onere: nō enim tenetur satisfacere creditoribus. Donatio 3
†ꝓpter nuptias, siue dotalitiū, quæ Germanicè, *Leibzucht, oder Leibgeding.* vocatur, secundū glo. *Vueichbildt,* Artic. xxij. dicitur propriè remuneratio, quam maritus in bonis suis, vxori in recōpēsationem dotis cōstituit: & de hac s. de dona. diximus. Cōstituitur autē, aut in reb⁹ mobilibus, aut in rebus immobilibus. In reb⁹ mobilibus cōstituitur sine hæredū cōsensu. In rebus immobilibus cōstitui nō potest sine hæredū consensu. Et si res fuerit feudalis, requiritur cōsensus domini. *Landtrecht.* lib. j. artic. xxi. & artic. lj. Sed contentio est, quid propriè veniat hoc casu appellatione hæredū. Quidā intelligunt tātùm illorū hæredū cōsensum requiri, qui habent querelā inofficiosi testamēti: quales sunt ascendētes, descendentes. Quidā verò extendūt etiā ad alios hæredes collaterales. Pēdet itaq; vis ex eo, quid propriè significet nomen hæres, à lege prolatū: hoc autem nō est materia nostra. Sed in donatione propter nuptias, habet mulier tantū vsumfructū, secundum gl. *Lehenrecht.* artic. xxxj. lib. j.

Sponsalitia† largitas, quæ Germanicè, *Morgengabe,* voca- 4
tur, est donatio, quam erogat vir militaris in vxorem, ante quàm cū ea ad prādiū discubuerit, *Landtrecht.* lib. j. arti. xx. Et dicitur quoq; interdū largè loquēdo dos. d. artic. xx. Potest tamē fieri quādocunq; viro placuerit, secūdū glossam. *Vueichbildt.* artic. xxj. Poterit autem† maritus donare vxori 5
nomine sponsalitiæ largitatis, sine consensu hæredum, seruum, impuberem ancillā inermem, sepes, ædificia, carpēta nondū absoluta, & pecora pascualia *Landtrecht.* lib. j. artic. xx. Item poterit ei dare equos, qui ad labores rusticos nōdū coaptati sunt, & gregatim pascuntur (non tamen intellige de equab⁹, *Von Stuotpferden.* Itē, vaccas, captas, & porcos. *Landtrecht.* lib. j. artic. xxiiij. & lib. ij. artic. xxj. & hęc nō debentur, nisi expressè constituta fuerint. Si autem fuerint constituta, poterit mulier exigere, sicut vtensilia, & quoq;

cibaria domestica. Dic autẽ in spõsalitia largitate vtẽsilib⁹ & cibariis domesticis: aut mulier statim post tricesimũ sepa rat se à liberis suis: & potest statim illa tria capere. Aut nõ statim separat se à liberis: & tũc, aut liberi sunt cũ matre in bonis: & matri adhuc liberũ est, quãdocũq; voluerit, illa exi gere, sine aliquo impedimẽto, siue filius ducat vxorẽ, siue nõ. Aut mater est cũ filiis in bonis: & tũc si fili⁹ duxerit vxo rẽ, & mortuus fuerit, ꝑfert vxor filij ipsi matri in spõsalitia largitate, vtẽsilibus, & quoq; cibariis domesticis, nõ obstã te, ꝙ mater sua nondũ acceperit. *Landtrecth.* lib. j. articu. xx.

6 Vtẽsilia† *Die geraede.* vocãtur, supellex, & res domesticę, ad quemcunq; vsum quæsitæ, secundũ gl. in ptinc. *Vueichb.* arti. xxiij. Et hæc nõ cõstituuntur per pacta inter maritũ & vxorẽ, sed ex legis prouisione debentur vxoribus nobiliũ post mortẽ maritorum suorũ. Et eò multa pertinent, vt an seres, oues, cistæ colũnatæ, *mit angehenlzten lidden*, lecti, pul uinaria, linteamina, mẽsalia, manutergia, pelues, cãdelabra balneamina, linũ, vestes muliebres, & multa alia. De quib⁹ vide *Landtrecht.* l. j. art. xxiiij. Et *Lehenrecht.* c. lvj. in glo. ver. *Auffdaßir eygenlich vuisset.* Et *Vueichbildt.* artic. xxij. in text. & gl. Et de vtẽsilibus mulier hoc casu nõ tenetᷣ parare lectũ hæredi, sicuti alioqui ꝓxima cognata post mortẽ mulieris sine filio decedentis, tenetur marito mẽsam, & lectũ &c. de vtẽsilibus instruere: quia nobilis mulier tenetur lectũ dare ad res expeditorias. *Zũ herge vuedir.* *Lãdtrecht.* lib. j. art. xxij.

7 Domestica† cibaria sunt, quæ parata sunt ad quotidianũ victum illius anni, & supersunt post tricesimũ in quibusvis ædib⁹ siue curiis ipsius mariti. Et huc pertinet caro, lac, pẽ næ, farcimina, casei, butyrũ, sal, adeps, mel, pisces, vinũ, cer uisia, & alia potus gña. Itẽ siligo, legumina & multa alia, quæ omnia diuidit mulier cũ hæredibus. *Landtrecht.* li. j. ar. xxii.

Sed in his dic, ꝙ secũdũ ius municipale, *nach Vueichbildt-recht*, mulier diuidit in his tãtũmodò ædib⁹ & curiis, in qb⁹ habet ius aliquod, vt quod ad eã pertinet iure dotalitij. In aliis verò, ædibus, in quibus ius dotalitij nõ habet, nõ diui dit cibaria cũ hæredibus, sed ex eis tãtùm victũ habet, do nec donatio propter nuptias siue dotalitiũ fuerit restitutũ. Et hoc verũ, vt diximus secũdũ ius municipale *nach Vueich bildt recht.* vt *Vueichbildt.* art. xxxiiij. Sed illa differentia plerũ que nõ seruatur. Et quæ s. diximus circa spõsalitiã largita-

tem

tem de matre in bonis filiorum,&c.tu quoque extende ad vtẽsilia,& cibaria domestica.Et in his tribus,scilicet spõsalitia largitate,vtensilibus,& cibariis domesticis,habet mulier plenũ ius,tã vsumfructũ,quã proprietatem,sine onere, ideóq; ad suos hæredes posteà ab intestato deuoluit,vel viuens pro lubito de illis disponit. *Landt.*lib.iij.arti. xxxviij.
Debẽtur aũt† illa mulieribus,si alioqui iure hæreditario nihil accipiũt.Est enim in quibusdã regionibus cõsuetudo, ꝙ mulieres accipiũt tertiã partẽ bonorũ iure hæredirario,& tũ habẽt electionẽ accipiẽdi vel tertiã partẽ,vel alia mulieribus debita.Si tertiã partẽ elegerint,habẽt eã cum onere ita quòd tenentur satisfacere creditoribus vt hæredes.Electis aliis,habent ea sine onere,secundum glo.fi. *Landt.*arti. xxiiij.Et tãtũ de iis quæ pertinent ad relictã viri militaris. 8

Proximo† agnato , *Dem nechsten schwertmagen* viri militaris defuncti,debentur res expeditoriæ, quas vulgo vocant *Herge weidt.*Dicũtur autẽ† res expeditoriæ,præparamẽta ad expeditionẽ exercitus pertinentia, secundum glo. fin.art.xxvij. *Landt.*Lib.i.Dico autem breuibus,Aut defunctus relinqt post se plures filios masculos: & subdistingue. Aut sunt puberes:& diuidunt inter se æqualiter res expeditorias,ita tamen vt senior retineat gladiũ, in argumentum tutelæ & curæ.Aut filii sunt impuberes:& accepit senior agnatus res expeditorias,quas retinet vsq; ad annos pubertatis filiorũ.Interim autẽ tutor eorũ est, & tẽpore pubertatis adueniente, restituit filiis cum omnibus, quæ percepit, nisi probauerit res in eorũ vtilitatẽ versas, *Landt.* lib.i.art. xxiii.Si verò nulli extãt filii,sed plures agnati eiusdem gradus:tu illi diuidunt res expeditorias,ita tñ vt senior gladiũ retineat. *Landt.*lib.i.art.xxii.Et hoc casu senior diuidit, iunior aũt eligit. *Landt.*lib.iii.art.xxix. Si autẽ neq; filii, neq; agnati extiterint post tricesimũ,præsentãtur res expeditoriæ iudici,siue præconi,qui eas retinet per annũ & diẽ,quo elapso,in suos vsus conuertere poterit,nisi is,cui debebantur,iusto impedimẽto fuerit impeditus, vt si fuerit captiuꝰ, vel in seruitio imperii cõstitutus, *Landt.*lib.i.art.xxviii.Idẽ dic de vtensilibus & cibariis domesticis. Pertinẽt autẽ† ad res expeditorias,gladius defuncti cũ validiori equo instructo,meliora arma pro vno equite instruẽdo, quæ tpe mortis defunctus possedit,lectꝰ paratus , mẽsale, duæ pelues cũ 9 10 11
manu

manutergio,& alia ad expeditionẽ militarẽ ptinentia, quæ oĩa vidua defuncti præstare tenetur,si modo extẽt. Si veró nõ extiterint in bonis defuncti,neq; vidua, neque hæredes, ipsa cõparare,vel æstimationẽ præstare cogi possunt. Ideo si illæ res viuente viro venditæ fuissent,& sic pretiũ in locũ eorũ successisset,tã masculi, q̃ fœminæ agnati vel cognati, *Spillmagen* in iis ex æquo tãquam in rebus hæreditariis succederent. *Landt*.lib.j.art.xxij.Præterea si viuẽte marito quæ dã illarũ rerũ loco pignoris obligatæ fuissent,neq; vidua,neque hæredes redimere tenerentur,sed is, cui de iure deberetur,poterit,si velit,redimere. *Landt*.lib.j.arti.xxiij.

12 Hæredi †autẽ debentur res hæreditariæ.Et dicuntur res hæreditariæ,quæ ad donationẽ propter nuptias,sponsalitiã largitatem,vtensilia,cibaria domestica, & res expeditorias

13 non pertinent. *Landt*.lib.j.art.xxiiij.Petuntur † autẽ statim post tricesimũ:& si tum nemo extiterit,qui petat, deferuntur iudici,siue præconi,qui eas retinet per annũ &diem,hoc est,per annum & sex integras septimanas, intra quod tempus si hæredes non extiterint,conuertet iudex in vsus proprios. *Landtrecht*.lib.j.art.xxviij. Sunt autem res hæreditariæ duplices. Aut enim sunt mobiles,aut immobiles.In mobilibus procedit quod iam dictum est de iudice, quia in eis habet locũ annalis præscriptio.d.arti.xxviij.lib.j. Immobiles aũt peti possunt vsq; ad terminũ xxx.anno.anni, & dierum. *Landt*.lib.j.art.xxix.Et solent numerari inter res hæreditarias,omnes fundi,& liberæ proprietates, omne aurũ & argentũ,siue sit rude,& sic in massa,siue in pecunia numerata,omnes annui reditus,dimidia cibariorũ domesticorum equi, equæ,& pulli equarũ,qui quæ̃ue in curribus siue aratris possunt esse vsui,boues,siue sint castrati,siue nõ, omnia animalia masculini sexus,vt arietes,hirci,porci saginati, vel lus,ephippia,fræna,& alia multa,quæ supra enumerata non sunt.De quibus vide tex.& gl. *Weichb*.art.xxvj.Et ab his deducuntur primum merces familiæ,& ministrorũ, vsq; in diẽ obitus,defuncti.Mercenariis quoque vsque in diẽ tricesimũ prouideatur,vt circũspiciãt,si alicubi recipiãtur. *Lãdtrech*.li. arti.xxij. Et veniũt huiusmodi res ad hæredem cum onere, hoc est,ꝙ ipse tenetur satisfacere creditoribus.Quæ autem actiones de iure Saxonũ ad hæredẽ sint transitoriæ,& quæ non,vide. *Landt*. lib.j.art.vj.& lib.iij.articu.xxj.Quæ autem sit

sit ratio succedēdi, quo ad personas hæredū, infrà dicemus.

Si vero decedit †vir militaris, vxorem non habens, fit di 14
uisio bonorum inter duos, inter proximum agnatum & hæredē. Proximo agnato debentur res expeditoriæ secundum distinctionem proximè traditam Hæredi autem omnia alia, quæ post restitutionem rerum expeditoriarum extiterint. *Landr.* lib. j. art. xxvij. Et tātum de successionibus in bonis hæreditariis viri militaris. De feudo infrà dicemus.

Aut decedit †vir non militaris: & non habet locum diui- 15
sio, de qua suprà: quia omnia, quæ extant, ad hæredes suos masculos, siue fœminas, pertinent. *Landr.* lib. j. art. xxvij. Et hæredes tenentur vxori restituere donationem propter nuptias si constituta est, secundum dotis quantitatē. Si autem neque dos numerata, neque donatio propter nuptias constituta fuisset, succederet vxor inops, secundum ea, quæ habentur. C. vnde vir & vxor, de quo vide *Vueichb.* ar. xxij. in gloss. in ver, nota, Et tantum de successione in bonis virorum.

Aut decedit †mulier: & dico, Aut est nobilis: & subdistin- 16
gue, Aut habet maritum: & diuiduntur eius bona inter tres, inter maritum, proximas cognatas, & hæredes, siue sint masculi, siue fœminæ. Marito debentur res mobiles, proximis cognatis vtensilia. in quibus dic, Aut habet filias: & tunc si quædam maritatæ sunt, quæ suā partē à matre acceperūt: & nō diuidūt vtensilia cū aliis, quæ adhuc sunt in domo matris. Filij aūt, q clerici sunt, cū sororibus diuidunt vtensilia, nisi habeant præbēdas. Et est ratio, quia clerici neq; Feudū, neq; res expeditorias capiūt, cùm illa debeantur militibus: ipsi autē nō militāt: ideo in recōpensatione admittūtur ad vtēsilia. *Landr.* lib. j. art. v. Aut nō habet filias, & tamen proximæ cognatæ vtensilia diuidūt, & tenētur recipiētes vtensilia marito defunctæ parare lectum, quemadmodum vxore viuente parabatur. Item mensam cū mensali, sedile cū puluinari. *Landr.* lib, iij, art. xxviij. Hæredi autē debentur res hæreditariæ. *Landr.* lib. j. art. xxvij. & art. xxxj. Aut mulier militaris non habet maritū: & transmittit vtensilia ad proximiorē cognatā, reliqua omnia ad hæredes. Aut decedit mulier ciuis vel rustica, & tunc si maritū habet, diuiduntur eius bona inter duos, inter maritū, & hæredes. Maritus retinet res mobiles, hæredes autē res immobiles, & hæreditarias. Si maritum non habet, omnia pertinēt ad hæredes. *Landr.* lib. j. art. xxvij.

xxvij.ſumpto arg.à contrario ſenſu. Vtenſilia enim de iure ſcripto ad proximam cognatam de iure non tranſmittit, licet in multis locis de conſuetudine quoque vtenſilia debeātur. Et tantum de diuiſione rerum, quas defuncti poſt ſe relinquunt: nunc de ordine ſuccedentium dicemus.

DE ORDINE SVCCEDENTium, de iure Saxonum.

1 *Tot ſunt ordines ſuccedentium, quot de iure ciuili.*

2 *Deſcendentes in ſuc eſsione omnibus aliis præferuntur.*

3 *Deficientibus deſcendentibus ſoli aſcendentes ſuccedunt, excluſis collateralibus.*

4 *Collaterales quando, & quomodo ſibi ſuccedant.*

1 TRES ſunt †ordines ſuccedentiū de iure Saxonū, ſicuti quoq; de iure cōmuni diximus, Deſcendentiū, Aſcendentiū, & Collateraliū.
2 In deſcendentibus†ius Saxonū planè concordat cū iure ciuili, cum & in eo deſcēdētes primum locū habeant, omnibus aliis aſcendentibus, & collateralibus excluſis filij, & filiæ in capita, nepotes & neptes cū patruis & auunculis in ſtirpes ſuccedentes. *Landt.* li.j. art.v. & arti.xvij. Et exigitur hoc iure quoq; collatio eorū, quæ viuis parentibus quis acceperit. *Landt.* lib.j.art.xiij.

Secundus ordo eſt aſcendentium, in quibus ius Saxonum à iure communi recedit. Nam de iure communi fratres & ſorores vtrinque coniuncti, vnà cum parentibus, ad hære-
3 ditatem defuncti vocantur, vt ſuprà diximus. De iure†autem Saxo. quandiu pater extiterit, tandiu linea collateralium penitus excluditur. Ideo diuiditur hæreditas defuncti inter patrem & matrem in capita, fratribus, & ſororibus excluſis. *Landt.* lib.j.art.xvij.

Collateralis. Tertius ordo eſt collateraliū, in quo ſunt tres alij ordines. Primus eſt fratrū, & ſororum vtrinq; coniunctorū. Secūdus, fratrū, & ſororum ex vno parente. Tertius eſt aliorū, quorūcūq; qui ꝓximiori gradu agnationis, ſiue cognationis defuncti erāt, de quibus ſingulis dicemus. Fratres igi-
4 tur† & ſorores vtrinq; cōiūcti, defuncto, nō extātibus patre & matre, ſuccedūt, & excludūt primum auos & auias defuncti: vt colligitur ex d.art.xvij.lib.ij.ſumpto arg.à contrario ſenſu: ibi enim nulla fit mentio aui & auiæ, ſed tantùm patris & matris. Et addit text. Qui ſi non extiterint fratres, & ſorores

sorores defuncti vocãtur: ita colligit gl. ibi. Et in hoc quoq; recedit à iure cõmuni, cùm vel auũ & auiá admittat cũ fratribus & sororibus, vt suprà diximus. Secundò excludunt fratres consanguineos, & vterinos tantùm, quia illi sunt in gradu remotiores, vt colligitur ex artic. iij. *Landt.* lib. j. & est tex. *Landt.* lib. ij. art. xx. Tertio excludunt liberos fratrum & sororum suarũ: quia ius repræsentationis de iure Saxonum non habet locum in collateralibus, sicuti ex d. art. xvij. patet vbi dicit tex. Quando ad hæreditatem soror non pertinet, neque frater, omnes, qui se in vno gradu existere probauerint cognationis, æquã in his percipiant portionẽ. Et probatur ex d. art. xx. lib. ij. Et in hoc quoque recedit à iure cõi. Secundus ordo in collateralibus est fratrũ & sororũ consanguineorum, siue vterinorum tantum. Et cum eis vocantur liberi fratrũ & sororũ ex vtroq; parente. *Landt.* lib. ij. arti. xx. & gloss. art. iij. lib. j. Et cum his fortè possent vocari auus & auia. Postremò, quando neq; descendẽtes extãt, qui primum locũ habent, neq; ascendentes proximi, qui secundũ locum habent, neque etiã fratres & sorores vtrinque cõiuncti, qui tertiũ locũ habent, neq; etiã fratres & sorores ex altero parente tantum, siue liberi fratrũ & sororum ex vtroque parẽte, qui quartũ locum habent, extant: cùm procedit regula iuris Saxonum, *Vuann sich ein herb verschuuestert oder ver bruedert, die sich gleich mnahe Zu der sip Ziehen moegen, die nemen gleich theyl daran, es sei man oder vueib.* De quo in dicto artic. xvij. lib. j. Et prædicta procedunt in naturalibus & legitimis liberis, parentibus & fratribus. Quod enim attinet ad successionem naturaliũ, spuriorũ, incestuosorũ, & similiũ, seruatur ius cõmune. Et tãtũ de successionibus in bonis allodialibus, siue hæreditariis: nunc de successione Feudi dicemus.

DE SVCCESSIONIBVS IN bonis feudalibus.

1 *Vasallus non potest in vltima voluntate de feudo disponere.*
2 *In feuda succedunt tantum masculi exclusis fœminis & ex illis natis.*
3 *Descendentibus non extantibus succedunt collaterales, si feudum est paternum, secus si est nouum.*
4 *Ascendentes in feuda descendentibus nũquam succedere possunt.*
5 *Sui hæredes qui sint, & quotuplices.*
6 *Legitimatio fit tripliciter, per dationem curiæ, per rescriptum*

prine

principis, per subsequens matrimonium.

7 *Crimen perduellionis dicitur, quando quis hostili animo arma contra principem vel Rempub. mouet.*

8 *In capita, & in stirpes, succedere quid sit.*

9 *An filius emancipatus à patre naturali, & postea ab extraneo adoptatus, qui & ipse eum emancipauit, possit patri naturali succedere.*

10 *Quot, & quibus modis prætor det filiis emancipatis bonorum possessionem.*

1 HÆc successio in feudis propriè ad causam intestati pertinet: quia †vasallus in vltima voluntate de feudo disponere non potest. c. vnico. in prin. de success. feud. In feudi autem successione duo sunt ordines: primus est descendentium, secundus collateralium.

2 In descendentibus dic, Aut sunt †fœminæ, siue masculi ex fœminis, vt nepotes ex filiabus: & ad illos de feudo nihil omnino pertinet, nisi speciali pacto, siue inuestitura id acquisitum sit, c. vnico. de natu. success. feu. Aut sunt masculi: & illi omnibus aliis præferuntur, secundum ea, quæ suprà quoq; in bonis allodialibus, siue hæreditariis dicta sunt, hoc est, quòd filij defuncti succedunt æqualiter, nepotes autem ex filio loco patris sui, non distinguendo, vtrum feudū nouum siue paternum fuerit. d. c. vnico. in princip. de success. feud. & d. c. vnico. de natur. success. feudi.

Descendētes in successiōe feudorum.

II. DE SVCCESSIONE collateralium.

3 Secundus ordo est collateraliū, qui †admittūtur, descēdētibus non extātibus: & in his distingue, Aut feudū est nouū, aut paternū. Si nouū est: & nō admittūtur collaterales, sed reuertitur ad dominū, descēdētibus nō extantibus, nisi p inuestiturā ordinatū fuerit, vt frater fratri succedat. ca. vnico. de benefi. fra. c. vnico. de feu. March. Dicitur aūt feudū nouum, quod de nouo acquisitū est, & nō prouētū ab ascendētibus. Si verò parētū fuerit, quod scilicet aliquis ex superioribus, siue ascēdentibus acquisiuit. Et vocantur primò, fratres defuncti, cum fratrū præmortuorū filiis, qui scilicet in locum patrum suorū succedunt. c. vnico. versic, his verò, de success. frat. Quibus deficiētibus, habet locum regula, qui prior est gradu, potior est iure. d. cap. vnico. in fin. de success. feud. Et prædicta omnia procedunt in filiis, nepotibus, fratribus natura

Collaterales in successiōe feudorum.

turalib',& legitimis simul,id est,q vere in matrimonio nati sunt.Naturales enim,spurij,& similes,nihil iuris in feudo habẽt.Imò & si filius naturalis legitimatus fuerit,tñ adhuc nõ est capax feudi.§.naturales.si de feu.fue.cõt.inter do.& agn. vasſ.Durat autẽ hæc successio in feudis vsque in infinitũ,hoc est,quãdiu aliquis extiterit natus primo acquirẽte.d.c.vnico.de natu.suc.feu. Ascẽdentes† autẽ per lineã directã,vt pater,auus,&c.descẽdentibus non succedũt. Nã si feudũ est paternũ,descẽdẽtes id cõmuniter nancisci nõ possunt, quãdiu extãt ascẽdentes,& sic cessat in paterno feudo.Si autẽ fuerit nouũ feudum,ex natura eius succedũt tantũ descẽdentes, & nulli alij.d.c.vnico.de nat.succe.feu.Nota quoque obiter,ꝙ inter ius cõmune,& ius Saxonũ,quod ad ordines succedentiũ in feudo ptinet,nulla est differẽtia,licet sit quędã diuersitas in simultanea inuestitura. Sed hoc nihil iã ad propositũ.

Filius legitimatus feudi incapax. 4

ENARRATIO *Textus.*

Aut non iure. Æquiparãtur enim, testamẽtũ nõ fieri,vel fieri quidẽ,sed non ordine iuris. l.quoties. ff.qui satisd.cog.

Ruptum. Vt per agnationẽ sui hæredis:quod fit si post testamentũ cõditum posthumus nascitur,vel filius arrogatur.

Irritum. Vt si testator se in adoptionem dederit.

Aut si nemo ex eo heres. Fundamentum enim,& caput testamenti, est hæredis institutio & hæreditatis ex eo aditio.

Præcipua testamẽti.

Ad suos autem hæredes. Id est,descendentes.Sui autem hęredes sunt triplices,naturales & legitimi, legitimi tantum, & naturales legitimati.

§. *Intestatorum.*

Hic §.cũ sequẽtibus vsque ad §.emãcipati.cõtinet definitionem,diuisionem,& ordinẽ suorũ hæredum. Dicũtur† autem sui hæredes,qui fuerunt in potestate morientis.Et sunt triplices,naturales & legitimi,legitimi tantùm,& naturales legitimati.Legitimatio fit† tribus modis:per dationẽ curię, per rescriptum principis, & per subsequens matrimonium. Deinde in §.ita demum,est limitatio ad definitionem : non enim omnes,qui in potestate sunt moriẽtis, æquè succedũt, sed hi tantùm,quos nemo gradu præcedit.

5 *Sui hæredes.* 6 *Legitimatio.*

Veluti emancipatione, Hoc hodie sublatum est:quia in successionibus non attenditur emancipatio.§.j.in auth.de hær. ab intest.venien.colla,ix.

Ius enim postliminij.) Captiuitas enim efficit ꝙ ius succe-

O dendi

dendi in suspenso est, propterea q̀ patria potestas suspenditur. §. si ab hostibus.i.quib.mod.ius patriæ potesta.sol. Tamen si reuersus fuerit ab hostibus, admittitur ad successionẽ per ius postliminij, quod fingit eum semper domi fuisse.

7 *Perduellionis crimen.* Crimẽ†perduellionis dicitur, quãdo quis hostili animo arma contra principem, vel rempub.mo uet.l.fi.ff.ad l. Iul.maie. Et dicitur perduellionis, quasi hostilis, cùm perduelles hostes appellẽtur.l.quos nos. ff.de verb. signi. Alios casus vide in glo.in verb.quo ad nostram.

Crimen perduellionis.

§. *Cùm filius filiáve.*

Hactenus dixit de successione suorum hæredũ, qui sunt in pari gradu, vt filius filiáve, &c.hîc autẽ dicit de successione eorum, qui sunt dispares in gradu, vt si quis decederet relictis post se filiis & filiabus superstitibus, & quoque simul nepotibus ex filio præmortuo.

8 *Non in capita, sed in stirpes.* Successio†in capita propriè dicitur fieri, quando hæreditas diuiditur secundum personarum numerum. In stirpes fieri dicitur, quãdo plures tantùm accipiunt, quantum vnus: vt si extarent duo filij, & tres nepotes ex filio præmortuo, diuideretur hæreditas defuncti in tres partes, quarum quælibet filiorum vnam haberet, & tertia pars inter nepotes defuncti filij diuiditur.

Succedere in stirpes & capita quid sit.

§. *Cùm autem quæritur.*

Hic est casus istius.§. Quidã habuit filiũ, & ex eo nepotẽ: filium autẽ iustis ex causis exhæredauit, & extraneum hæredem instituit: posteà filius exhęredatus moritur, & hęres institutus nõ vult adire hæreditatẽ, vel fortè etiã moritur, ita q̀ testamẽtum est destitutum, & res peruenerũt ad causam intestati, idémq; est, ac si testamentũ nõ esset cõditum. Hoc ergo casu quæritur vtrũ nepos & filio exhæredato, eo scilicet exhæredato, mortuo, & testamẽto destituto, sit auo suus hæres, nécne? Et distingue, Aut viuo auo ille nepos vel cõceptus, vel natus est: & fit suus hęres, quia auus decessit intestatus. Aut est cõceptus & natus post mortẽ aui: & suus hæres auo nõ efficitur quia nullo cognationis iure auum attigit.

Neposquã do incipiat fieri suus.

VERS. *Vnde liberi.*

Hæc bonorum possessio datur liberis emancipatis, si parens eorum decesserit intestatus: si verò fecit testamentum, & eos præteriit, dat prætor eis bonorum possessionem, contra tabu.§.emancipato.suprà de exhær.liber.

Bon.poss. vnde liberi & contra tabulas.

§. At

§. *At ij, qui.*

Hic eſt caſus iſtius.§.Si pater † naturalis filiũ ſuum,quem 9
in poteſtate habebat,emancipauerit, & emãcipatus poſteà in adoptionem extraneo ſe dederit, quæritur vtrum etiam patri naturali ſuccedat? Et diſtingue,Aut mãſit in adoptiua familia:& non ſuccedit patri naturali iure iſto,Aut eſt à patre adoptiuo quoq; emãcipatus:& ſubdiſtingue. Aut emancipatus eſt viuo patre naturali: & ſuccedit patri naturali de iure prætorio. Aut eſt emancipatus poſt mortem patris naturalis:& neque naturali,neq; etiam adoptiuo ſuccedit.Sed hæc omnia hodie ſunt ſublata per ius Authẽticorum, quod diſponit, in ſucceſsionibus ab inteſtato non attendi neque emancipationem,neque patriam poteſtatem.

VERS. *Quod ideo placuit.*

Id eſt, ſi filius adoptiuus poſt mortẽ patris naturalis à patre adoptiuo emancipatus patri naturali ſuccederet, ſequeretur quòd in poteſtate & voluntate patris adoptiui eſſet, vtrũ liberi defuncti vel eius agnati ſuccederẽt.Nam ſi pater adoptiuus filium adoptiuũ emanciparet,ſuccederet filius,& non agnati:ſi autẽ non emanciparet,nõ ſuccederet filius,ſed reliqui agnati. Et ſic penderet ſucceſsio ex alieno arbitrio, quod fieri non debet.l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſti.

§. *Eadem hæc obſeruantur.*

Id eſt, Prætor † dat liberis emancipatis bono.poſ.duobus 10
modis. Primò,ſi in teſtamento præteriti ſunt,dat eis bonorum poſſeſsionem contra tab. Si verò ab inteſtato quis deceſſerit,dat eis bonorũ poſſeſsionẽ vnde liberi. Sicuti autẽ non ſuccurrit prætor liberis emancipatis in adoptiua familia exiſtentibus ab inteſtato,ſic quoque nõ ſuccurrit eis per bon.poſſ.contra tabu.in teſtamento præteriti fuerint.

Emãcipatis quibus caſibus cõpetat bono poſſeſ.

§. *Admonendi tamen.*

Alia tamen parte vocari. Id eſt,licet liberi naturales & legitimi à patre naturali emãcipati,& tẽpore mortis eius exiſtẽtes in adoptiua familia,nõ vocẽtur per bonorũ poſſeſsionẽ vnde liberi,vocãtur tamen per bonorũ poſſeſsionẽ,vnde cognati;ſuis ſcilicet hæredibus & agnatis non exiſtentibus.

§. *Item vetuſtas.*

In hoc §.habes triplex Ius. Primum,quòd tantùm liberi ex filiis vocabantur inter ſuos heredes,nepotes autẽ & neptes ex filiabus,non inter ſuos hæredes, ſed inter cognatos

vocabantur. Secundum ius erat,quo disponebatur illam differentiam inter nepotes esse tollendam, hac tamen ratione, vt nepotes & neptes ex filiabus admittantur vnà cum nepotibus ex filiis, ad eam partem, quam mater eorum accepisset,cum diminutione tamē tertiæ partis. Tertium ius, & nouissimum est,quòd nulla habetur ratio sexus, sed nepotes ex filiabus æquè vocantur,vt nepotes ex filiis.

De legitima agnatorum successione. Tit. I I.

1 *Discrimen agnatorum & cognatorum à lege, & non à natura introductum.*

2 *De successione agnatorum quinque habentur iura, media iuris prudentia,ius prætorium,ius duodecim tabular. Constitutio Iustiniani, & ius authenticorum.*

3 *Successorium edictum est,quod,proximo ordine deficiente, sequentem ordinem vocat.*



IVre veteri tres erant gradus hęredum. Primò sui hæredes. Secūdò agnati,hoc est,iūcti per masculos, qui vocabantur secundo loco, suis hæredibus,scilicet deficientibus. Tertiò deficiētibus suis hæredibus & agnatis,vocabātur cognati. Hic autē titulus loquitur de secūdo gradu,de agnatis scilicet, qui dicuntur † legitimi hæredes, quasi à lege,& non à natura introducti. Est autē totus titulus per ius auth. correctus,vt §.j.in auth.de hæred.ab in test.venien.

Totus hic titu. per ius nouellariū correctus.

VERS. *Item si quis ex cæteris,*

Hodie filius adoptiuus, quo ad consanguineos patris sui adoptiui,habetur pro extraneo,ideóque nulli ex familia succedit excepto patre.

§. *Cæterùm inter masculos.*

2 Hic §.continet† quatuor iura.Primò ponit mediam iuris prudentiā,qua restricta erat successio agnatorū,ita vt agnatæ,id est fœminæ nobis iunctæ per masculos, vltra sorores non succederēt.Secūdò ponit ius prætoriū,quo disponebatur agnatas fœminas,vltra sorores admitti per bo.pos. Vnde cognati, id est,tertio loco. Tertiò ponit leg.duod.tab.quæ vocabat pariter ad successionē tam agnatos,quā cognatos, etiā vltra sorores. Quartū ius est Cōstitutio Iustiniani,qui illā successionē reduxit ad leg.duod.tab.& disposuit,omnes agna

Enarratio omniū iuriū, quæ de successione agnatorum dispo suerunt.

agnatos per virilem ſexū, etiā vltra ſorores, ad ſucceſsionē admitti. Tu adde quintū ius Authēticorum & nouiſsimum, quo cauetur tam maſculos, quàm fœminas indiſtinctè admittēdo ad ſucceſsionē, ſublata omni differētia agnationis & cognationis, vt in tit.de hæred.ab inceſt.venien.colla.ix.

§. *Hoc etiam addendum.*

Ius vetus poſt ſuos hæredes vocabat tantum agnatos, filios autem & filias ſororum non vocabat, quia erant cognati, & ſic tertio loco. Imperator autem in hoc §. & hoc ipſum ius emendat, diſponens filios ſororū, licet ſint cognati, quoque ad ſucceſsionem vocandos.

§. *Placebat autem.*

Succeſsionem. Id eſt ſucceſſorū edictū, quod† ꝓpriè dicitur qn̄ vnus ordo ſuccedentiū deficit, vel recuſat hæreditatē adire, & ſequēs ordo vocatur. Exēpli cauſa: Sui hęredes ſunt primi ordinis, q ſi abſtinuerint ab hæreditate, vocātur agnati, agnatis quoq; recuſantibus vocātur cognati: & hoc dicit de ordine in ordinē. Deinde eo quoq; vtimur de pſona in perſonā, vt ſi filiꝰ recuſat, admittit nepos, ex ſucceſſorio edicto. Itē ſi frater vel ſoror recuſant, admittunt liberi ex eis, & alię pſonæ eiuſdē ordinis. Olim autē ꝓximo agnato recuſante, ſequēs in ordine nō admittebat, ſed vocabātur cognati, excluſis reliquis agnatis: qđ poſtea Prætores corrigētes, diſpoſuerūt agnatos remotiores gradu, vnà cum cognatis admittēdos. Quia aūt & hæc correctio inſufficiēs videbatur Iuſtiniano, ſuſtulit eā, diſponēs ſucceſſoriū edictū de perſona in pſonā in agnatis ſequētibus, ꝓximo recuſante locū habere. Et hoc inde colligit, Deficiēte ꝓximo agnato, qui pupilli tutor eſſe debebat, vocat ſequēs agnatus ad tutelā, excluſis cognatis: ergo deficiēte ꝓximo agnato, qui debebat vocari ad hęreditatē, vocatur ſequēs agnatus, excluſis cognatis. Tenet cōſequētia. Quia vbi eſt onꝰ, ibi quoq; debet eſſe cōmodū, ſed penes agnatos etiā remotiores onꝰ eſt, tutelę. ſ. ergo etiā cōmodū. i. ſucceſsio penes eos eſſe debet: excluſis cognatis. 3 *Succeſſorium edictum.*

Succeſsionem non eſſe. Scilicet ſi proxmior agnatus recuſabat hæreditatem adire, non admittebatur alius agnatus ex eodem ordine, ſed cognati vocabantur.

§. *Ad legitimam.*

Videtur quòd pater, qui filiū emācipauit, ei nō poſsit ſuccedere, quia pater eſt agnatus filij, &c. Agnatio autē etiam

minima capitis diminutione tollitur.§. ſed agnationis.ʃ.de leg.agnat.tutel.Emancipatio autem eſt minima capitis di minutio.§.minima.ʃ.de cap.diminu. Ergo &c. Sed ad hoc reſponde,quòd tex.in d.§.ſed agnationis. non dicit ſimpliciter agnationem tolli per capitis diminutionẽ, ſed vtitur verbo,pleru
mq;,propter patrem & fratrem,qui etiam iure veteri emãcipatis ſuccedebãt. Sed de hoc hodie nõ eſt quærendum,cùm emancipatio in ſucceſsionibus nihil officiat.

Contracta fiducia. Id eſt,etiam ſi pater in emancipatione filij non dixerit, Reſeruo mihi in bonis eius ius ſuccedendi,nihilominus tamen ſuccedit, quia ſemper præſumitur dictum eſſe.

De Senatuſconſulto Tertulliano. Tit.III.

1 *Mater quando, & quomodo ſuccedat liberis.*
2 *Quinque ſunt iura de ſucceßione matris diſponentia.*

Quomodo mater admittatur ad liberorũ ſucceßionẽ.



Via agnati in ſucceſsione præferebantur cognatis,vt dictũ eſt,& mater eſt cognata filij, videbat quoq; quòd exiſtentibus agnatis,ad ſucceſsionem filij non ſit admittẽda:ideo in hoc titulo ponitur ſpeciale beneficium matri
1 bus cõceſſum. Primò vt † excludãt agnatos. Deinde ſi tantũ ſorores defuncti extiterint cũ matre, mater habebit dimidiã,& ſorores omnes alterã dimidiã.Si verò vnà cũ matre fratres & ſorores ſuperſtites extabãt, fiebat ſecundũ illud ius ſucceſsio in matrẽ, fratres & ſorores in capita. Quomodo autẽ mater hodie ſuccedat filio, vide
2 quę ſuprà diximus. In hoc † titulo habes quinq; iura. Primò ius XII. Tabu. quod vſq; adeò excludebat fœminas,q; etiã agnatos matribus præferret. Secundum eſt ius prætoriũ, quod vocabat matres tertio loco per bonorũ poſſeſsionẽ vnde cognati. Tertiũ eſt cõſtitutio Claudij, quæ tribuebat matribus ſucceſsionem in bonis illorum liberorum, qui in acie principis perierant. Quartũ eſt Senatuſc. Tertullianũ, quo diſponebatur, matrẽ ingenuã,quæ ter,& matrẽ libertinã,quæ quater peperiſſet,ad ſucceſsionẽ defunctorũ filiorum aut filiarum admittendam. Quintum eſt cõſtitutio Iuſtiniani,quæ matrem admittit in ſucceſsione filij, excluſis agnatis,cũ diſtinctione tamẽ, quæ eſt in §. ſed cùm anteà. vtcunque tandem defunctum vel defunctam pepererit.

Quot iura de matris ſucceßione diſpoſuerint.

De

De S.C.Orficiano. Tit. IIII.



IN tit.præcedēti dictū est de successione matrum in bonis liberorū,in hoc autem tit.qui bus modis liberi vicissim succedāt matribus tractatur.Cū autem cōmunis regula de iure antiquo fuerit,q̄ in successionibus primo loco vocabantur sui hæredes,secundo agnati,tertio cognati, & matres,ac filij sint inter se cognati,& non agnati, sequitur illos duos titulos,de S.C.Tertulliano, de S.C. Orficiano,fuisse fallentias ab illa regula,& casus speciales.

Ex lege xij.tabu. Agnatorum.Ratio est,quia lex XII.tab. tantùm respiciebat agnationem, quæ minima capitis diminutione,hoc est,emancipatione, vel adoptione tolli poterat,nouum autem ius, vt S. C. respicit tantùm cognationē, & sic iura sanguinis,quæ capitis diminutione minima tolli non possunt.§.fi.supra,de legit.agnat.tut.

De Successione cognatorum. Tit. V.

HIc titulus continet tertium ordinem hæredū iuris veteris,successionem scilicet cognatorum deficientibus suis hæredibus & agnatis.

De gradibus cognatorum. Tit. VI.

1 *Consanguinitas quæ sit,vnde dicta,& quis eius vsus.*
2 *Arbor quare sit excogitata,& quotuplex.*
3 *Arbor ciuilis est,quæ spectat ad successiones & tutelas.*
4 *Arbor ciuilis & canonica in quibus conueniant, & in quibus differant.nume.5.*
6. *Quæ ad typū arboris ciui.intelligendū sint cognitu necessaria.*
7 *De arbore ciuili tres traduntur regulæ.*
8 *Ratio,quare numerādo grad⁹ vna persona semper soleat demi.*
9 *Quando in successionibus arbor ciuilis requiratur.*
10 *Arbor canonica est duplex,consanguinitatis & affinitatis.*
11 *Arboris canonicæ tres sunt regulæ.*
12 *Matrimonia vsq; ad quartum gradū inclusiuè sunt prohibita.*
13 *Sobrini sunt duplices,propiores & remotiores.*



COnsanguinitas est†vinculum personarū ab eodem stipite descendentium,carnali propagatione contractum.Et dicitur cōsanguinitas, quasi sanguinis vnitas.Et habetur ei⁹ ratio circa successiones,tutelas,& matrimonia. In successionib⁹ enim & 1 *Cōsanguinitas.*

tutelis plerunque proximi sunt potioris iuris,& excludunt remotiores. Econtrà autem in matrimoniis contrahendis vlteriores gradu sunt tutiores,& proximi repelluntur. Di-
2 scretio autem illorum ex arbore depicta deprehenditur. Est†enim arbor primùm excogitata,vt esset primum quasi quædam demonstratio ad oculum,secundum quam personarũ distantiæ mutuo inter se discernerẽtur.§. agnationis.

Duplex arbor. hîc titu.nostro.Estque duplex,arbor ciuilis,& arbor canonica.Arbor canonica est, quæ spectat ad matrimonia.c.ad sedem.xxxv.q.v.de qua suprà dictum est in tit.de nupt.

3 Arbor†ciuilis,est quę spectat ad successiones & tutelas.

Quo spectet ciuilis. l.Iuriscõsultus.in prin.ff.de gra.affi.Et licet illæ duæ arbores in quibusdã differãt,in quibusdã tamẽ quoq; conueniũt.

In quibus conueniant ciuilis & canonica. 4 Primũ†enim conueniũt in eo,ꝙ vtraq; arbor habet lineas & gradus.Quid autẽ sit linea,item quid sit gradus,dictũ est §.in ti.de nup. Secundò cõueniunt arbor iuris ciuilis & arbor canonica,ꝙ vtriusq; est eadem regula in ascendẽtibus & descendẽtibus, vtroq; enim iure pater & mater in linea ascendentiũ.filius & filia in linea descendentiũ sunt in primo gradu:& sic deinceps.Quia in ascendentibus & descendentibus potest primus gradus constitui etiam in iure ciui-
5 li.l.j.in prin.ff.de grad.affi. Differt†tamen arbor ciuilis ab

Earũdem discrimina arbore canonica,quia in arbore ciuili in collateralibus nõ cõstituitur primus gradus.d.l.j.in prin.ff.de grad.affi. de iure verò canonico cõstitui pôt.d.c.ad sedẽ.xxxv.q.v.vt frater & soror sunt proximi collaterales,& tamẽ de iure ciuili in secũdo gradu sunt: de iure verò canonico sunt in primo gradu.Et ratio istius differẽtiæ sumitur ex regula iuris ciuilis,quæ dicit: Quod vnaquæq; persona adiecta constituit nouum gradũ.§.hactenus.hîc titu.nost. Ideo quia ego sum patri meo in primo gradu, si nascitur posteà alius ex eodẽ patre soror vel frater, ex generationẽ istius causãt nouus gradus,& per cõsequẽs appellatur secũdus. Ius verò canonicũ hoc nõ cõsiderauit,sed tãtùm illud ꝙ duo fratres, aut duæ sorores tribuunt initium transuersali lineæ, & ideo in primo gradu illius lineæ eos cõstituit. Secunda differentia est,ꝙ in iure ciuili traditur regula,ꝙ in linea transuersali, sola persona adiecta facit nouum gradum,vt diximus:quia ius ciuile numerat gradus quo ad successiones & tutelas: successio verò,& tutela deferuntur de vna persona ad aliã:

meritò

meritò ergo quælibet persona in collateralibus constituit nouũ gradũ. Sed in iure canonico regula est. Quòd ad causandũ nouum gradũ requirũtur duæ personæ. Et est ratio, quia ius canonicum numerat gradus ratione matrimonii: sicuti ergo nuptiæ requirunt duas personas, sic quoq; duæ personæ simul de iure canonico constituunt vnum gradũ. d.c.ad sedẽ.xxxv.q.v.vt frater & soror de iure canonico cõstituunt primum gradum, cõsobrini & patrueles secundũ, sobrini tertium, filii sobrinorum quartum gradum. 6

Arboris explicatio.

Priusquã † tradamus regulas, hoc obseruari oportet, cellulam vacuam, quæ scilicet continet imaginem, nec habet proprium nomẽ, vocari Petrutium, & haberi in linea ascendentiũ respectu superioris, pro filio, & in linea descendentium pro patre, respectu verò fratris & sororis, pro fratre & sorore, &c. Omnes verò cellulæ sumũt nomẽ à Petrutio illo, exceptis illis, quæ per genitiuum exprimuntur, quales sunt fratris filius, sororis nepos. Fingitur enim Petrutius quasi persona quædam, cui ceteræ in cellulis nominatis cognatæ & agnatæ sunt. Secũdò, obseruabis in ascendentibus & descẽdentibus poni vtrunq; sexũ in eadem cellula, vt patrẽ, matrẽ, auũ, auiam, filiũ, filiã, nepotẽ, neptẽ: & in lateralibus cõsanguinitatẽ esse separatã, ita ꝙ agnati, id est, iũcti per masculos, sunt in dextro latere arboris, & cognati iũcti per fœminas in sinistro latere. Tertiò, notabis arbores habere cõmuniter duplices numeros in singulis cellulis, superiores & inferiores. Superiores denotãt gradus secundũ arborẽ canonicã, Inferiores verò secundum arborẽ ciuilem.

De Ascendentibus & Descendentibus. Regula I.

Quot sunt † personæ, de quibus quæritur, computatis intermediis, vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Exempli causa, Quãdo quæritur quoto gradu distat abauus à Petrutio, numerantur quinq; personæ, deme vnam, & remanent quatuor, tot ergo gradib⁹ inter se distãt. Ita quoq; si quæritur, quoto gradu distet fili⁹ ab abnepote, habebis quatuor personas, deme vnã, & efficitur tertius gradus. Itẽ quando quæritur, quoto gradu distet pronepos à proauo, numerabuntur sex personæ (& in illa numeratione põt præteriri Petrutius, si placet, si verò nõ placuerit numerare, habetur ꝓ patre, & cellula patris pro auo, cellula verò aui ꝓ proauo) deme vnam, & remanẽt quinq; sunt ergo in quinto gradu. 7

8 Adduntǂauté rationé à ſimili,ꝙ in aſcédentibus & deſcendentibus vna perſona ſemper abūdat:quia ſicuti vna colūmna non cōſtituit feneſtrā,ita vna perſona nō cōſtituit gradum:duæ auté columnæ cōiunctę cōſtituunt vnā feneſtrā, & tertia adiecta duas,quarta tres,ſic quoque duæ perſonæ vnum gradū,tres duos gradus,& quatuor tres conſtituunt.

Ratio à ſimili ſumpta.

Vſus verbi ſtipes hic.

Tot ſunt gradus,quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto. Eſt autē ſtipes ea perſona,à qua cæteræ omnes, de quib⁹ quæritur,deſcēdunt,& originem trahunt:vt frater & ſoror ſunt in ſecundo gradu, quia numera cum eis ſtipitem, hoc eſt, patrem,& habes tres perſonas,deme nunc ſtipitem, & remanét duæ,quæ cōſtituunt ſecundum gradum. Itē quando quæritur quoto gradu diſtent inter ſe patrueles & conſobrini,numerādo habes quinq; perſonas cum ſtipite, deme ſtipitem,& efficies quartum gradum. Sic ſobrini diſtant à ſe mutuò ſex gradibus,filij ſobrinorum octo gradibus: tot enim vbique perſonas habebis,ſi ſtipitem ademeris.

De collateralibus,in linea inæquali. Reg. III.

Eadem eſt regula hîc,quæ fuit ſ.in linea æquali, nempe, Quot ſunt perſonæ,tot ſunt grad⁹,ſtipite dēpto. Vt ſi quæratur, quoto gradu ſint patruus & ꝓnepos, numerabis ſex perſonas,deme ſtipitem,id eſt,eam perſonā, à qua patruus & pronepos originē trahūt, & remanent quinque:ſunt ergo in quinto gradu,& ſic de ſimilibus.Diximus ſuprà arborem ciuilem pertinere ad ſucceſsiones & tutelas.Eſt autem
9 inǂſucceſsionibus tum demū eius vſus, quādo nec deſcendentes,nec aſcēdentes,nec etiā fratres & ſorores, fratrūq; & ſororum liberi extant:tū enim,& nō ante habet locū regula,Qui prior eſt grado,potior eſt iure. Illa ergo graduū diſcretio,ex regulis,quas de arbore tradidimus,depręhēdi poteſt:ponamus autē exempla.Pone,Petrutius decedit,relictis poſt ſe liberis patrui,& liberis auūculi,quæritur quis ſuccedat? Et conclude, eos ſimul ſuccedere,qui pari gradu defuncto iuncti erant,nēpe quarto.Aliud exemplū in linea inæquali.Petrutius deceſsit,& reliquit poſt ſe patrui nepotem,& neptem ſororis,quæritur vter ſuccedat? Et numerādi ſunt gradus:prior enim poſteriorē excludit, & inuenies patrui nepotem diſtare à Petrutio quinto gradu, quia ſunt ſex perſonæ,deme ſtipitem,& manent quinq;. Neptis verò ex ſorore quarto gradu diſtat: excludit ergo in ſucceſsionibus

Vſus huius regulæ,qui prior eſt gradu,&c.

nibus nepotem patrui,quia gradu præcedit.

DE ARBORE IVRIS Canonici.

Quia hæc arbor non ad succeßiones & tutelas, vt superior,sed ad matrimonia pertinet,ideo dantur peculiares regulæ.Est†autem duplex arbor canonica,arbor consanguini 10 tatis,& affinitatis.

De arbore consanguinitatis. Regula I

In ascendentibus † & descendentibus nulla est differen- 11 tia inter ius canonicum,& ciuile:datur enim eadem regula vtrinque,Tot sunt gradus,quot sunt personæ, connumeratis intermediis,vna dempta.

De collateralibus,in linea æquali. Reg. II.

Quoto gradu vtraq; persona distat à communi stipite, eodem gradu etiam distant inter se.Vt exemplum, Patrueles & consobrini distant à se mutuò,secũdo gradu, quia numerando ad stipitem, quilibet distat ab eo secundo gradu, ergo etiam inter se secundo gradu distant. Item liberi sobrinorum distant inter se quarto gradu, quia vtrinq; distant à stipite quarto gradu.Ergo etiam inter se distant eodem.

In linea inæquali. Reg. III.

Quoto gradu remotior distat à stipite, eodem gradu distant inter se.c.vlt.extrà de consang.& affi.Exemplum, Patrueles & sobrini sunt in tertio gradu,quia sobrini sunt remotiores,& distant à stipite tertio gradu:ergo etiam à patruelibus eodẽ gradu distant,licet patrueles sint tantùm in secũdo gradu à stipite.Aliud exemplum,Nepos Petrutij distat à filia patrui omnino tantùm in quarto gradu quia tot sunt personæ vsq; ad stipitem, quare eodem gradu inter se distant.Notabis†autem matrimonia vsque ad quartũ gra- 12 dum inclusiuè prohibita esse. In quinto autem gradu permittuntur.c.non debet.extrà.de consang.& affinit. Potest tamen dispensari in matrimoniis quarto gradu contractis, Reliquas regulas arboris affinitatis,vide sup.de nupt.

Quoto gradu licita sint matrimonia.

Propior sobrinus.

Vt textum hic intelligas,dic sobrinos†esse duplices.Pro- 13 piores, & remotiores. Propiores sobrini sunt liberi patrui magni, amitæ magnæ,auunculi magni, & materteræ magnæ,vt §.nostro.Remotiores verò sunt liberi consobrinorum vel patruelium,vt hic.§.sexto gradu.

Sobrini duplices.

De


De seruili cognatione. Tit. VII.


Vprà tradidit Imperator de iure cognationis in liberis hominibus: quia aũt de iure naturali inter seruiles personas quoque cognatio oritur, dubitatur vtrũ etiã sibi inuicem succedant? Et primò certũ est durãte seruitute, successionẽ nõ esse permissam, cũ successio iuris ciuilis sit: serui aũtẽ de iure ciuili habentur pro nullis. l. seruitutẽ. & l. quod attinet. ff. de reg. iur. Si aũt libertatẽ fuerint cõsecuti, admittuntur hodie in successionibus. Et primò descendentes, quibus deficiẽtibus ascẽdentes & collaterales excluso patrono. Sed totus iste titulus nõ est in vsu, quia hodie nõ habem⁹ seruos.

Iure patronatus. Ius patronatus, de quo hîc loquimur, est ius, quod retinet patronus in persona, & bonis manumissi.

De successione libertorum. Tit. VIII.

1 *Hic titulus cum praecedenti hodie non est in vsu.*
2 *Libertus quis sit, & quid iuris patronus in bonis eius habeat.*
3 *Tertia pars bonorum liberti debetur patrono sine onere.*

1 
Ic Tit. nõ † est in vsu, q̃a nõ habemus seruos, & sic per consequens nec libertos: seruitus enim de iure consuetudinario apud Christianos est sublata. Dicitur aũt libertus, † qui ex iusta seruitute manumissus est, alioqui etiam libertinus dicitur, sed respectu patroni dicitur propriè libertus, quia patronus & libertus sunt duo correlatiua, sicut pater & filius. Patronus itaq; manumittendo seruum retinet tantũ ferè iuris in bonis liberti, quantũ pater emancipando in bonis fil'j, videlicet, ꝙ nanciscitur eius tutelã, si impubes fuerit & succedit ei decedenti, siue suis hæredibus, &c.

3 *Sed ad cohaerede: eorum hoc onus redundaret.* Tertia † pars debetur patronis sine omni onere, adeò quòd si libertus in suo testamento quid legauerit, illud legatum non soluitur ex tertia parte patroni, sed ex reliqua parte hæreditatis.

De bonorum possessionibus. Tit. X.

1 *Secundus modus acquirendi dominia rerum per vniuersitatem, est bonorum possessio.*
2 *Bonorum possessio quae hîc dicatur, & quid à bonorum possessione, de qua suprà dictum est, differat.*
3 *Differentia inter petitionem bonorum possessoria hereditatis*

& bonorum possessionem.

4 *Hæreditas & bonorum possessio in quibus differant.*

5 *Possessiones bonorum sunt duplices, ordinaria & extraordinaria.*

6 *Ordinaria possessio bonorum quæ sit, & quotuplex.*

7 *Ex testamento duæ dantur actiones, secundum tabulas, & contra tabulas.*

8 *Ab intestato quatuor dantur actiones, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, vnde vir & vxor.*

9 *Extraordinariæ bon. possessionis definitio, eiusq; subdiuisio.*

10 *Tres sunt species possessionis extraordinariæ, quæ ius in nuda possessione tribuit.*

11 *Vtrum possessiones bo. hodie per iura noua sint sublata necne.*

12 *Quando bonorum possessiones sint necessariæ, & quando non.*

13 *Vbicunque quis potest esse hæres de iure ciuili, ibi nulla opus est bonorum possessione.*

14 *Secunda possessionis bonorum in edictalem & decretalē diuisio.*

15 *Possessiones bonorum propter breuitatem & duritiam iuris ciuilis à prætore sunt introducta.*

16 *Quæ bonorum possessiones hodie sint in vsu, & quæ ab Imperatore sint sublatæ.*

17 *Dies vtiles sunt, quibus coram iudice litigari potest, feriis non computatis.*



N hoc Titu. habes † secundū modū, quo rerū 1 dominia per vniuersitatē acquirimus, videlicet agnitione bonorum possessionis. Est aūt † bonorū possessio ius prætoriū, propter qđ 2 prosequimur, & retinemus patrimoniū, siue rē quæ cuiusq;, cùm is moritur, fuerit. l. iij. §. bonorum. ff. de bo. poss. Est itaq; vna dictio, sicuti hæreditas vel paterfamiliâs. Dico in definitione, ius, ad differentiam possessionis bonorū. de qua sup. de vsuc. quæ licet etiā sit ius, tamen nō est merū ius, cùm consistat in facto. Diximus enim in definitione, Possessio est ius insistendi rei corporali, &c. Insistēdi aūt rei corporali vtiq; factū cōtinet: quare illa possessio facti, & nō iuris esse dicitur, sed tamen tribuit ius: dicitur enim possessio, quasi pedum positio. l. j. ff. de acqui. poss. Sed hæc bonorum possessio, de qua hîc loquimur, est res incorporalis tātùm in iure consistens, sicuti hæreditas, dominiū, &c. Nā ius, quod in bonis defuncti, vel ex testamēto, vel ab intestato conf

Bonorum possessio.

to consequimur, vocatur de iure ciuili hæreditas: de iure verò prætorio bonorum possessio. Prætoriũ verò dico, ad differẽtiã hæreditatis: hæreditas enim iuris ciuilis nomen est, bonorũ possessio autẽ, iuris prætorij nomen est. Dico, pro-
3 pter quod prosequimur, ad differentiã † bonorũ possessoriæ hæreditatis petitionis: bonorũ possessoriæ hæreditatis petitio enim actio est, qua id petimus, quod nobis ex eo quod bonorũ possessionẽ agnouimus, debetur. Bonorum aũt possessio nõ est actio, vel instrumẽtũ agẽdi, sed est causa istius actionis, sicuti dominium est causa rei vendicationis. Non enim dicimus, ago bonorum possessione, vnde liberi, vel vnde cognati: sed ita, ago bonorũ possessoria hæreditatis petitione: quia bonorũ possessionem, vnde liberi &c. corã prætore agnoui. Vide glos. in l. iij. in verb. ius prosequendi. ff. de bo. pos. Dico, prosequimur, ad differẽtiã hęreditatis, quia eã cõsequimur nuda volũtate. §. fi. sup. de hær. qual. & diffe. Sed in bonorũ possessione requiritur, vt corã prætore eã agnoscamus, & is suũ decretum interponat. d. l. iij. §. si causa. ff. de
4 bo. pos. Sũt aũt † & aliæ differẽtiæ inter bonorũ possessionẽ & hæreditatẽ. Primò, quod hæreditas potest peti infra spatium xxx. annorũ. l. licet. cũ ibi not. C. de iu. delib. Bonorũ autem possessio à liberis intra annũ petẽda est, ab agnatis verò & cognatis centũ dierũ spatio. §. cũ igitur. hîc ti. nostro. Secundò hæreditatẽ prosequimur per actionẽ, quæ petitio hæreditatis vocatur: bonorũ autẽ possessionẽ per actionem, quæ vocatur possessoria hæreditatis petitio. In effectu tamẽ nulla est differentia inter hæreditatẽ, & bonorũ possessionem, quia illud idẽ consequitur ex hæreditate, cùm bonorũ pos-
5 sessores vice hæredũ habeãtur. l. ij. ff. de bo. pos. Sũt aũt † bonorum possessiones duplices, ordinaria & extraordinaria.
6 Ordinaria † est, quæ stabilita est certa parte edicti prætoris: & diuiditur in bonorũ possessionem, quæ datur ex testa-
7 mẽto, & eã, quæ datur ab intestato. Ex testamẽto † duæ dantur bonorũ possessiones. Prima dicitur secũdũ tabulas, quæ datur hæredibus scriptis in testamẽto, & eis deficientibus, substitutis, &c. l. ij. §. defertur. ff. de bo. pos. sec. tab. Secunda bo. pos. ex testamento datur contra tabulas, & datur liberis naturalibus & legitimis sine iusta causa exhæredatis, vel præteritis à matre, vel auo materno, siue sint nati, siue sint posthumi, siue in potestate moriẽtis cõstituti, siue emãcipati: &

Bonorum possessoriæ hæreditatis petitio quid differat à bon. possessione.

Discrimina bo. poss. & hæreditatis.

Bon. poss. ordinaria.

Bon. poss. ex testamento.

ti:& arrogatis,id est,legitimis tantum,quia in potestate fue rũt moriẽtis.l.j.in prin.ff.de bo.pos.contra ta.§.emancipatos sup.de exhę.lib. Ab intestato† autẽ dãtur quatuor bono 8
rũ possessiones.Prima est vnde liberi.Secũda, vnde agnati. *Bon. poss. ab intesta to.*
Tertia,vnde cognati.Quarta,vnde vir & vxor. At vnde liberi,admittuntur liberi naturales & legitimi indifferenter, siue in potestate fuerint,siue emancipati,siue etiã sine iusta causa exhęredati,vel pręteriti à matre,vel auo materno.Itẽ liberi arrogati,nõ tñ emãcipati.Et admittũtur secũdũ ordinẽ de quo suprà,ꝙ s.filius excludat nepotẽ ex se natũ, & sic deinceps.Vnde agnati,vel vñ cognati, olim separati erant, cũ agnati haberẽt prærogatiuã præ cognatis: hodie aũt idẽ est,cùm prærogatiua agnationis sit sublata, & admittuntur ad illã bonorũ possessionem liberis deficiẽtibus.Vnde vir& vxor, cõpetit illis,qui legitimũ matrimoniũ cõtraxerũt,sed tum demũ eis datur,qñ nec ascẽdentes,nec descẽdentes,nec etiã cognati extẽt,nisi cõiunx præmoriẽs locuples fuisset & supstes paup tunc supstes vnà cũ liberis defuncti succederet iuxta formã auth.præterea.C.vnde vir & vxor.Et prædictæ bonorũ possessiones tribuunt ius in proprietate,id est, dñio & possessione,& cõceduntur cum plena causæ cognitione. *Vnde vir & vxor quando locũ habeat.*

Extraordinaria† bonorũ possessio est,quæ non est stabilita certa parte edicti.Et subdiuiditur:nã quædã est,quæ conceditur cũ causæ cognitione:& tribuit quoq; ius in proprietate & possessione. Quædã verò sunt, quæ concedũtur sine causæ cognitione,& tribuũt tantum ius in possessione, non aũt in proprietate. Prima extraordinaria bonorũ possessio est,quæ cõpetit quoties ex nouis legibus datur hæreditas ex testamẽto,vel ab intestato.Et dicitur extraordinaria,q̃a nõ habet certã sedẽ,sed interdũ datur ex testamento,interdũ verò ab intestato.Exẽplum:Si quis esset captus ab hostibus,& illic moreretur,datur eius bonorũ possessio.i. hæreditas,nõ secus ac si domi esset mortuus ꝓpter leg. Corneliã,quæ fingit eũ mortuũ ante captiuitatem.l.lex Cornelia. ff.de vul.& pu.subst.Et hæc bonorum possessio extraordinaria dicitur primùm,quia datur ex noua lege,hoc est, ex lege Cornelia.l.iij.§.dari.ff.de bono.pos.l.nec nos.C.de capti.& postli.reuer.Secũdò hoc casu ex lege XII.ta.nemo vocatur ad successionẽ capti,& apud hostes mortui:quia per captiuitatẽ quis efficitur seruus,& seruus de iure XII. tab.habetur 9 *Poss. extraordinaria.*

pro nullo,nec poteſt habere hæredem.l.ſeruitutē.& l.quod attinet.ff.de reg.iu.Tertiò,hæc bonorū poſſeſsio non compræhēditur ſub iſtis,quæ dantur ex teſtamēto,neq; etiā ſub illis,quæ dantur ab inteſtato,ſed promiſcue, ſiue quis decedat cū teſtamēto,ſiue ſine teſtamēto.Si enim captus fecit teſtamentum ante captiuitatē,& poſteà apud hoſtes moritur, datur bonorum poſſeſsio ex teſtamento. Si verò ſine teſtamēto deceſſerit apud hoſtes , datur extraordinaria bonorū poſſeſsio ab inteſtato.d.l.iij.§.dari.ff.de bo.poſſ.Et ſic vides, illam bonorum poſſeſsionem nō eſſe cōpræhēſam in tertio loco edicti prætoris,cū non detur neceſſariò ex teſtamēto tantùm,vt bo.poſſ.cōtra tabulas,nec etiā ab inteſtato tantùm,vt vnde liberi,vel vnde cognati,&c.Sed interdū ex teſtamēto,interdū verò ab inteſtato,prout res poſtulauerit.

10 Extraordinariæ autem bonorum poſſeſsiones,quæ tantùm Ius in nuda poſſeſsione , ſine dominio tribuunt ſunt tres. Prima eſt Carboniana,quæ datur quando filio impuberi non inſtituto,nec exhæredato,ſed præterito, ſtatus cōtrouerſiæ mouetur ab eo,qui paterna bona poſsidet , quaſi non fuerit filius defuncti:tunc enim mittitur impubes in bonorum poſſeſsionem defuncti,quam retinet,donec cauſa filiationis fuerit deciſa:& differtur illa deciſio vſque ad tēpus pubertatis.l.j.in prin.ff.de Carb.edict. Et datur hæc bonorum poſſeſsio omnibus,quibus datur bon. poſteſsio contra tabulas,videlicet,omnibus liberis in bonis paternis,&c.

Quæ bo. poſſeſſ. ius tantum in poſſeſſ. tribuant.

Secunda eſt:quæ datur vxori nomine ventris. Nā ſi quis decedit,relinquens poſt ſe vxorem, quæ aſſerit ſe grauidam ex defuncto,mittitur illa in bonorum poſſeſſionem defuncti,quouſque conſtet vtrum conceperit ex eo , nécne.l.vbicunque.ff.de ventre in poſſ.mit. Et ſic iſtis duobus caſibus conſequuntur tantùm nudam poſſeſsionem, ſine aliqua proprietate,& dominio.Tertia eſt,quæ datur gratia litis agnoſcendæ , id eſt, querelæ intentandæ , quæ ſecundum Iaſ.dat filio emancipato,exhæredato,vel præterito à matre facultatem, vt admittatur de iure ciuili ad querelam inofficioſi teſtamenti , ad quam alioqui non admitteretur , cum illa querela ſit iuris ciuilis , & ius ciuile emancipatum non agnoſcit.Ideoque hæc bonorum poſſeſsio eſt quaſi præparatoria ad querelam inofficioſi teſtamenti.l. Papinianus.§.j. ff.de inoffic.teſtam. Vide Iaſo.in l.certum.C.vnde legit. Et

tam

tantùm de diuisione bonorum possessionis;

Potest autẽ† quæri vtrũ bonorũ possessiones sint sublatæ 11
p noua iura? Et videtur ꝙ sic, qa hodie est sublata differẽtia *Ius nouum*
emãcipationis, patrię potestatis, agnationis, & cognationis, *an sustule-*
quæ erãt causæ quare inducerentur bonorũ possessiones: & *rit bon. pos*
sic cessante causa, videtur cessare effectus. Tamẽ gl. & Doct. *sessio.*
cõtrariũ deciduñt, videlicet ꝙ nõ sint sublatę: quia nusquã re
peritur, illa iura expꝛ esse correcta esse, & vitãda est legũ cor
rectio: quare si quis velit, posset etiã hodie bonorũ possessio
ne vti. gl. Bar. & Doct in d. l. certũ. C. vnde legitimi. Vtrũ au
tẽ† bon. pos. sint necessarię, videamus. Et primò de bon. pos. 12
seundũ tabulas, circa quã est cõmunis cõclusio, ꝙ nec olim, *Bon. poss.*
nec hodie sit necessaria, sed volũtaria, quia institutus hæres *an sint ho-*
poterat adire hæreditatẽ ex testamẽto de iure ciuili, si vole *die necessa*
bat, vel de iure prætorio per bon. pos. secundũ tabulas: ergo *ria.*
liberũ erat. Hoc tamẽ fallit in quibusdam casibus, in quibus
& olim, & hodie bon. possessio secũdum tabulas est necessa
ria. De quibus vide Bal. super rub. C. qui admit. ad bon. poss.
& Ang. ꝭ. de exhęreda. liber. in prin. Bon. pos. contra tabulas,
sicuti olim, ita & hodie necessaria est, in liberis scilicet emã
cipatis, vt diximus, qui sunt exhærẽdati vel præteriti. Vide
Iasõ. in l. certũ. C. vnde legitimi. Videamus nunc vtrũ bono
rũ possessiones ab intestato sint necessariæ. Et primò quod
ad bonorũ possessionẽ, vnde liberi, attinet, dic ꝙ olim fuit
necessaria liberis emãcipatis: quia de iure ciuili non admit-
tebantur. §. emancipati. ꝭ. de hær. quæ ab intest. Hodie verò
nemini est necessaria, cum etiã emancipati liberi hodie de
iure ciuili succedãt. §. si quis igitur. in auth. de hær. ab intest.
venien. coll. ix. Secũda, vnde agnati, vel vnde legitimi: & ter-
tia, vnde cognati, hodie non sunt necessariæ, quia differẽtia
agnationis, & cognationis hodie est sublata per ius Auth. §.
si verò neque. in auth. de hær. ab intest. venien. olim tamen,
vnde cognati, necessaria erat. Quarta, vnde vir & vxor sicu-
ti olim fuit necessaria, ita & hodie: quia de iure ciuili coniu-
ges sibi inuicem non succedũt, etiã cognatis & agnatis defi-
cientibus. Prætor tamẽ dat eis bonorũ possessionẽ, excluso
fisco. l. j. cum ibi nota. C. vnde vir & vxor. Et breuiter, † vbi- 13
cũque quis potest esse hæres de iure ciuili, ibi nulla bonorũ *Regula su*
possessio est necessaria. Et econtrà, vbi quis non potest esse *periorum*
hæres de iure ciuili, ibi bonorum possessio. necessariæ sunt. *quæstionũ.*

P Qui

Qui autem illi casus sint, ex superioribus pete. Et sic habes. ꝙ quędã sunt necessariæ, quædam verò volutariæ & vtiles. Bonorũ possessiones extraordinariæ, sicuti olim, ita hodie quoqꝫ sunt necessariæ, secundũ cõmunẽ Docto. opinionẽ, & maximè ea, quæ datur gratia litis agnoscẽdæ, hodie necessaria est liberis emãcipatis, vel in testamẽto præteritis, vel exhæredatis, qui aliter querelã intẽtare nõ possunt: licet enim ab intestato sit sublata differẽtia emãcipationis, condito tamen testamẽto, adhuc durat. Vide gl. Bar. & Iasõ in d. l. certũ. C. vnde legitimi. Est & alia † diuisio bonorũ possessio. nam quædã dicit Edictalis, quædã verò Decretalis est. Edictalis quã quis potest habere ex edicto Prætoris mortui, sed à iudice viuo nõdũ petita. Decretalis verò est, quæ ĩ. præscriptũ tẽpus à iudice viuo petita est. Hodie enim decretũ Prętoris nõ requiritur, sed satis est corã quouis iudice bonorũ possessionẽ agnoscere. l. fi. C. qui admi. ad bon. pos. possunt. §. fi. hîc tit. nost. Causa efficiẽs bonorũ possessionis est prętor, vt hîc in prin. Causa autẽ † impulsiua, quæ mouit praetorẽ, est breuitas, & duritia iuris ciuilis circa successiones, quod prætor suppleuit, emẽdauit & confirmauit, tã ex testamento, quam ab intestato. Primùm enim cùm lex xij. tab. de successionibus ab intestato disponeret, adeò succinctũ erat, vt ne quidem matres in bonis filiorũ, nec alios quoscũque cognatos admittebat, sed tantum suos hæredes, & agnatos vocabat: vt ĩ. de S.C. Tert. in prin. §. intestatorum. ĩ. de hęred. quæ ab intesta. defer. & ĩ. de legi. agna. succes. in princip. Ideo primùm S.C. Tert. & Orficianum suppleuerunt quæ deerant leg. xij. tab. disponentia matres ad successionem filiorum, exclusis agnatis, & ecõtra, filios ad bona matrũ admitti. Quia autem cognatis neq; adhuc consultũ erat, motus est prætor ad illã partẽ supplere, disponens cognatos per bonorum possessionem vocari tertio loco, vt ĩ. de successio. cog. Secundò, erat ius ciuile nimis durũ, & contra æquitatem naturalem, quia excludebat filios emãcipatos à successione parẽtum: & hoc Prætor emẽdauit, naturalem æquitatẽ secutus, & dedit eis bonorũ possessionẽ, vnde liberi. §. emãcipati. suprà de hære. quæ ab intesta. defert. Tertiò, confirmauit Prætor ius ciuile in eo, quòd scriptis hæredibus dat bonorum possessionẽ secundum tabulas, qui tamẽ alioqui possunt esse hæredes de iure ciuili, vt hîc in princ. tit. nostri. Quo autẽ casu emendet

14 *Bono. poss. Edictalis & Decretalis.*

15 *Finis bon. possessionis*

prætor ius ciuile testamēto facto:videbim⁹ in textu in prin. tit.nostri.Effectus sex bonorum possessionū ordinariarū,& primæ extraordinariç,sunt,ꝙ tribuunt ius in proprietate,& in possessione, non minus quam aditio hæreditatis de iure ciuili,vt glo.magna in l.j.ff.de bon.pos.Et de istis bonorum possessionibus tantùm loquitur tit. noster. Effectus autem trium bonorum possessionum extraordinariarum posteriorum,quære suprà in earum definitionibus.

ENARRATIO Textus.

§. *Sunt autem.*

*Præteritis liberis.*Id est,in testamento patris,vel aui paterni:nam qui præteriti sunt in testamento matris,vel aui materni,non possunt dicere testamentum nullū,nec etiam petere de iure annullandum,quia mater liberos non habuit in potestate. Ideóque proponūt querelā inofficiosi testamēti. §.fi.suprà de exhæredatio.libero. Potest autē quæri,cur detur hæc bonorum possessio liberis preteritis in testamento patris,cùm propter illam preteritionem testamentū sit ipso iure nullum.§.alioqui.suprà de exhær.libe.Ad hoc respōde, quòd primò datur propter liberos emancipatos in testamēto præteritos,qui de iure ciuili planè erāt incogniti,nec alia via extabat per quā poterant venire ad hæreditatem defuncti. Secundò licet tale testamentum de iure ciuili in totum sit nullum.l.si filius,qui in potestate.ff.de libe.& posth.tamē de iure prætorio aliquo modo valet,quare per illam bonorum possessionem contra tabulas est impugnandum. Vide glo.hic in verb.contra tabulas.

Stante nullo testamēto ex causa preteritionis cur tamen adhuc bono. poss. contra tabu.detur.

Extraneo manumissori. Ideo dicit, extraneo manumissori, quia olim in emancipādis liberis talis erat ritus,quòd si pater aliquē volebat emancipare, vēdebat alicui fortasis pro vno numo:& sic erat tantū imaginaria venditio,vt emptor eum posteà manumitteret. §.præterea. cū simil.suprà quib. mo.ius patriæ potestā.sol.Et is manumissor,licet extraneus esset retinebat aliquid iuris in successionibus manumissi,cui præferebantur in illa successione decem personæ,quas habes hic in textu.Sed hoc est hodie sublatum.

Priscus ritus emācipandi.

Post correctionē Iustiniani,

§. *Sed eas quidem.*

Hæc est summa quatuor §§.sequentiū Olim ex testamēto erāt duæ bonorū possessiones à prætore introductæ,cōtra tabulas,& secundū tabulas,quę etiā hodie sunt in vsu ab

quæ bono. 16 poss.ho die sint in vsu.

intestato verò erant octo, quarum Imperator reliquas quatuor sustulit, & reliquas quatuor confirmauit. Sublatæ autem sunt primò vndecim personæ. Secundò, ea quæ dabatur familiæ. Tertiò, vnde liberi patroni, patronæq; & parentes. Quartò, vnde cognati manumissoris. Manserunt autem reliquæ quatuor, videlicet vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, & vnde vir & vxor.

Contracta fiducia. Quòd scilicet emācipans filium, semper retinet ius in eius bonis succedēdi, siue hoc expresserit, siue non expresserit, vt suprà de legit. agn. succe. §. fi. cū gl. Quare illa bonorū possessio, vnde decem personæ, superuacua est.

V E R S. *Cum enim.*

Quia ex constitutionibus Iustiniani, patroni, & illi, qui patronis ex transuerso latere iuncti sunt, succedunt libertis decedentibus sine liberis, vsque in quintum gradum, sicuti ingenui inter se succedunt in decimum gradum: ergo superfluum erat speciales bon. pos. de patronis, liberis, & parentibus, & familia patronorum proponere, cùm posset vti bonorum possessione, contra tabulas, vnde legitimi, vnde cognati, propter illam æquiparationem, & similitudinem, quæ est facta inter successiones ingenuorum, & libertinorum, vt hic in princ. §. cumq; antea. & suprà de succe. libe. §. multis aliis. Ideo etiā Imperator illas duas bonorum possessiones, tanquam ex familia, & ex patrono sustulit.

Dispari gradu.

Vt in bonorum possessione, vnde liberi, sunt filij & nepotes: si filij recusauerint hæreditatem, admittuntur nepotes.

V E R S. *Et si intra.*

Vt si primùm liberi repudiarent, defertur agnatis: quibus recusantibus, defert cognatis, &c. Et hoc est successoriū edictū, de quo s. diximus. Vide s. de legi. agna. succe. §. placuit.

V E R S. *Admittuntur.*

Si liberi defuncti statim post eius mortem, repudiarēt bonorum possessionem, quàm primum deferret Prætor agnatis, nec expectaret donec tempus liberis præfixum, hoc est annus vtilis, laberetur.

Dies vtiles.

17 Dies vtiles † dicuntur quibus corā iudice litigari potest, feriis non computatis. Itaq; datur pro anno vtili plerunque quadriennium, vt l. fi. C. de tempo. in integ. rest.

Dies vtiles.

Versi.

VERS. *Sed bene.*

In bonorum possessione non requiritur, quòd Prætor suum decretum interponat, sed satis est quocunque modo eam coram iudice agnoscere.

De acquisitione per arrogationem. Tit. XI.

1 *Tertius modus vniuersalis acquirendi rerum dominia est arrogatio, quæ hic quid sit, explicatur.*

2 *Pater adoptiuus quid iuris habeat in bonis filij arrogati.*

3 *Operæ libertorum sunt duplices, obsequiales, & artificiales.*



HIc Titulus † tractat tertiũ modũ vniuersalẽ, 1
per quẽ rerum dominia cõsequimur, arrogationẽ scilicet. Est aũt arrogatio, vt s. diximus, species adoptionis, quãdo q̃s adoptat, patrẽfamiliâs, hoc est, eũ qui est sui iuris. Et per illã † arrogationẽ cõsequitur pater adoptiuus ius in persona, & 2
in bonis arrogati. Circa quod distingue, Aut quærimus de iure patris adoptiui in bonis arrogati, dũ viuit arrogat⁹: & dic ꝙ pater adoptiuus tãtũ habet vsumfructũ. §. ecce. vers. nihil hîc tit. nost. Aut loquimur de iure q̃d habet pater adoptiuus in bonis filij arrogati, post mortẽ arrogati: & subdistingue, Aut arrogatus est liberatus à potestate patris naturalis per emancipationem: & tunc si decedit sine descẽdentibus viuo patre naturali, qui emãcipauit eũ, excluditur pater adoptiu⁹ per patrẽ naturalem in eius successione. Aut est liberatus à patria potestate per mortẽ patris naturalis: & si tunc extat mater, adhuc excluditur adoptiuus. Si verò & mater fuerit mortua, distingue, Aut arrogatus est impubes, & impubes quoque decessit, & restituũtur eius bona illis, qui ab intestato successissent, excluso patre adoptiuo. Aut arrogatus est pubes: & sic tunc vnà cum patre adoptiuo extant fratres, vel sorores defuncto vtrinq; cõiuncti, & succedunt vnà cum patre adoptiuo. Si non extant fratres &c. succedit pater arrogans solus. Et hoc casu habet locum ille tit. videlicet quòd vniuersa bona arrogati eo mortuo perueniant ad patrem adoptiuum. Vide quæ s. diximus de hær. quæ ab intest. defe.

Ius patris adoptiui.

Quales sunt obligationes.


Quas scilicet liberti debebãt filio arrogato, vt patrono. Sunt autẽ † operæ libertorũ duplices, obsequiales, & fabri- 3

les,siue artificiales. Obsequialium aliæ sunt in faciendo, vt de reuerendo patrono,& assurgẽdo ipsi. Aliæ verò consistũt in non faciẽdo,vt de non testificando in patronum, de non vocando eum in ius. Fabriles,siue artificiales, sunt scribere, pingere,&c. quas stipulat⁹ est patronus à liberto in ipsa manumissione. Sed hic tex. loquitur tantũ de operis obsequialibus,quæ in faciendo consistunt, vt de reuerendo patrono: nam illæ operæ trãseunt tantùm ad suos hæredes,non autẽ ad extraneos. Vide Azo. in summa sua.C.de oper.liberto.

De eo,cui libertatis causa bona addicuntur. Tit. XII.

1 *Quartus modus acquirẽdi rerum dominia vniuersaliter est addictio bonorum causa libertatis.*

2 *Addicere bona quid sit, & quando habeat locum.*

1 
IC habes † quartũ modum, per quem rerũ dominia de re ciuili per vniuersitatẽ cõsequimur, addictionẽ.s.bonorũ, causa conseruandarũ libertatũ. Est autẽ 2 †addicere bona,nihil aliud, quã alicui ea dare eo pacto, vt creditoribus satisfiat. Est autẽ hic modus fauore libertatis introductus:& habet tũ demũ propriè locũ, quãdo quis condit testamentũ,& in eo reliquit seruis suis libertatẽ directè,vel per fideicõmissum, & posteà nemo ex scriptis hæredibus vult adire hæreditatẽ,ita ꝙ libertas propter desertionẽ testamẽti impeditur. Ad hoc autẽ vt libertates cõseruarẽtur,permissum est,ꝙ aut illi,quibus relicta est libertas, aut extranei,aut etiã fiscus, petãt sibi bonã defuncti addici: qui si volũt cauere creditoribus, hæreditariis,datis pignoribus,vel fideiussorib⁹,de satisfaciẽdo,addicũtur eis bona defuncti,& cõseruãtur libertates relictæ,siue sint directæ,siue fideicõmissariæ. Illi aũt,qbus bona addicũtur,neq; hæredes ex testamẽto, neq; ab intestato,sed anomali ꝓpriè dicũtur.

Addicere bona.

§. *Sed si qui.*

Quæritur ergo vtrũ restitutione post addictionẽ facta libertates debeant reuocari? Et decidit Imperator ꝙ non.

De successionibus sublatis,quæ fiebãt per bonorum venditionem, & ex Senatuscõsulto Claudiano. Tit. XIII.

1 *Debitor accusatus in iudicio à creditore, & si ipse non compareret, quid hodie iuris.*

2 *Mulier libera immiscens se seruo, amittebat olim libertatem.*



Rant olim alij duo modi, per quos quis alicui succedebat per vniuersitatē. Primus erat, si debitor cessabat in solutione, actio contra cū solėniter proponebatur: si neq; ipse veniebat, neque soluebat, succedebat ei creditor in omnib⁹, tāquā mortuo, etiam si debitor haberet hæredes: & licebat creditori omnia vendere, nec opus erat iudiciali authoritate. Hodie autem † solennitates illarum actionum sunt sublatæ: ergo nec talis venditio locum habet, sed tantūmodo datur licētia creditoribus sine solennitate verborū, ꝓposita actione, si debitor nō veniat, per officiū iudicis postulare se mitti in possessionē ꝗ etiā obtinēt & dispōnūt de bonis, ꝓut visle visum est. Alius modus † erat, si mulier capta amore serui alicui⁹, cōtra denūtiationē dn̄i illius serui, se immiscuerit, fiebat illa ancilla illi⁹ dn̄i & eius substantiā tanquā dn̄s capiebat, ex dispositione Senatuscōsulti Claudiani. Sed hoc erat durū, ideo est sublatū.

1 *Hodie creditor non comparēte debitore, postulat se mitti in possessionē*

2

De Obligationibus. Tit. XIIII.

1 *Transitio à tractatione personarum, & rerum, ad actiones.*

2 *Obligatio est vinculum iuris, quo necessitate stringimur aliquid soluere, facere, vel dare.*

3 *Obligatio duplex, naturalis, & ciuilis.*

4 *Obligatio naturalis quid sit, & quomodo subdiuidatur.*

5 *Antidoralis obligatio est voluntaria, & non necessaria.*

6 *Secunda species obligationis iuris naturalis, est obligatio ex nudo pacto.*

7 *Obligatio ex nudo pacto quomodo subdiuidatur.*

8 *In quibus casibus oriatur ex obligatione naturali exceptio contra soluti repetitionem.*

9 *Quæ sint causæ naturalis obligationis.*

10 *Naturalis obligatio ad quid prosit.*

11 *Naturalis obligatio duplicata parit actionem.*

12 *Quando obligatio naturalis liberet.*

13 *Obligatio ciuilis quid sit, & quotuplex.*

14 *Obligatio naturalis plerunque cum ciuili est coniunctā.*

15 *Contractus nominati quatuor modis contrahuntur, rè, verbis, literis, & consensu.*

16 *Innominati contractus quinq; sunt species, permutatio do ut des, &c, quasi contractus, delicta, & quasi delicta.*
17 *Obligatio generalis parit actionem cum effectu exactionis.*
18 *Quibus modis tollatur obligatio.*



1 HVc vſq; ſunt † explicata duo membra partitionis ſuprà, in §. omne aũt ius. de iure natu. gent. & ciui. traditæ, de perſonis in primò libro, & de rebus in ſecũdo. Reſtat tertiũ mẽbrũ de actionibus. Quia autẽ actionum cauſæ ſunt obligationes. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat.
2 igitur de obligationibus hîc dicemus. Eſt autẽ † obligatio,

Obligatio.

vinculum iuris, quo neceſsitate ſtringimur aliquid ſoluere, facere, vel dare. Dico ſtringimur, quia ſicuti boues ſtringũtur funibus, ita homines obligationibus. Dico autẽ, aliquid ſoluere, facere, vel dare, ad differentiam dominij per quod vendicamus res noſtras, ſi rei copiam non habemus. Et di-
3 uiditur † in obligationem naturalem & ciuilem. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus.

4 Obligatio † naturalis dicit, quãdo quis tãtũ ex æquitate naturali, vel diſpoſitione iuris gentiũ obligatur, vt Bar. in l. Iulianus. verſi debitorẽ. ver. itẽ dubitat. ff. de cond. indebiti. Obligatio naturalis ſubdiuiditur. nã quædã prouenit ex iure naturali primæuo, & ſic ex ſolo inſtinctu naturali, quæ etiam in bruta cadit: & tũc, aut ius ciuile approbauit, & oritur inde actio, quale eſt educare ſobolem, de quo per totũ titulum. C. de alend. liber. & paren. Aut ius ciuile nõ approbauit, vt eſt obligatio antidoralis, de qua per gl. in l. ſed etſi. §. cõſuluit. ff. de peti. hære. & non oritur actio. Antidora-

Magna eſt noſtrorũ altercatio de hac definitione cùm vix cõſtet quo loco ſit à iuriſconſ. tractata.

lis † obligatio eſt voluntaria, & non neceſſaria: licet enim
5 quilibet naturaliter ſit obligatus officia pro officiis reddere, & benemeritis benemerita remunerare: nemo tamẽ ita neceſſariò obligatur, vt cogi poſſit beneficiis reſpondere, excepto liberto, qui quadam neceſſitate ſtringitur & obligatur patrono etiam ad obligationem antidoralem. l. j. §. cùm patronus. ff. de offi. præfe. vrbis. Iſtius obligationis cauſæ quærẽdæ non ſunt, quia proueniunt ex iure naturali primæuo. Effectus tamẽ octodecim vide apud Iaſ. in l. ex hoc
6 iure. ff. de iuſtit. & iur. Quædam verò † naturalis obligatio prouenit non ex ipſo inſtinctu iuris naturalis primæui, ſed ex iure gentium, atque oritur ex ſimplici promiſsione ſeu

Hæc parũ in noſtris libris attenditur.

conuen

conuentione,& sic ex nudo pacto. Et contrahitur in omnibus contractibus innominatis iuris gentium, ad quos non accidit vinculũ ciuile, stipulatio scilicet, vel rei traditio. Et illa † subdiuiditur: quædam enim est inducta ad obligandũ, 7
quædam verò ad liberãdum. Circa primã, quę scilicet inducta est ad obligãdũ, distingue, Aut approbatur à iure ciuili in certis quibusdã casibus, vt si nudo pacto ciuitatib⁹ vsuræ promissæ essent per nudum pactum, propterea nõ deberẽtur vsuræ promissæ: quia illud parit tantum naturalẽ obligationẽ, ex qua nõ orit̃ actio: sed quia ius ciuile hũc casum specialiter & expressè approbat oritur actio, ꝓpter approbationẽ iuris ciuilis. l. etiã. ff. de vsuris. Et dicit̃ illud nudum pactũ iã legitima cõuentio, iuxta l. legitima. ff. de pact. Aut est improbata à iure ciuili, vt si quis contraxerit cu pupillo infantiæ proximo, vel furioso, vel ꝓdigo, cui bonis interdictũ est: & tũc naturalis quidẽ obligatio nascitur. l. quod pupillus. ff. de condi. indeb. l. pupillus. ff. de actio. & obli. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. Aut obligatio naturalis proueniens ex iure gentium, & sic nudo pacto, neque approbata, neque improbata est à iure ciuili: & tunc † nõ oritur actio, sed exceptio cõtra soluti repetitionẽ, & hoc est in multis casibus. 8
Primò, si promitto tibi centũ ex nudo pacto. l. iuris gentiũ. §. quinimo. & §. sed cùm nulla. ff. de pac. Secũdò, ex contractu patris cum filio in potestate existẽte. Tertiò, ex contractu fratrũ in eiusdem potestate. l. frater à fratre. ff. de cõdi. indeb. Quartò, ex cõtractu domini cũ seruo alieno. l. naturaliter. ff. de cond. indeb. Quintò, si reus nudo pacto trãsegit cum actore suo, vt ab eo accipiat certam pecuniæ summam, & discedat à lite. l. siue apud acta. C. de trãsac. Sextò, ex legatis in testamento minus solenni relictis, secundum communem opinionẽ Doct. in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. Septimò, ex cõtractibus innominatis, traditione, vel stipulatione non secuta. l. ex placito. C. de rerum permuta. Octauò, ex contractu pupilli pubertati ꝓximi, sine tutoris authoritate. l. j. in fin. ff. de nouatio. Nonò, ex furto filij vel serui, patri vel domino facto. l. ne cũ filiofamiliâs. cũ l. seq. ff. de furt. &c. Ex istis omnibus casibus oritur tatum naturalis obligatio, non autẽ ciuilis, quia ius ciuile neque approbat, neq; improbat: ideóq; inde nõ orit̃ actio. sed exceptio Causas istius † speciei obligationis naturalis, vides esse nu-

Obligatio naturalis quando exceptionẽ tantum pariat.

dũ pactũ,siue simplicẽ cõuẽtionẽ.Secũdò, cõtractus innominatos,stipulatione,siue rei traditione nõ vestitos. Tertiò,cõtractus nominatos,& delicta respectu quarũdã personarũ,vt patris,& filij,domini & serui,&c. Effectus autem

10 †istius speciei naturalis obligationis sunt primò, si res naturaliter tantùm debita soluta fuerit,ꝙ reperi non potest: obstat enim exceptio,licet nulla detur actio ex obligatione naturali.d.l.iu. is gẽtium.§.sed cum nulla.ff.de pact. Secundò,valet ad compensandum.l.etiam. ff. de compensat. Tertiò.nouat præcedentem obligationem.l.j.ff. de nouat.

11 Quod antè†dixi naturalẽ obligationẽ nõ parere actionẽ,intellige si vna & simplex fuerit:si verò fuerit duplicata, tũc efficax est ad ꝓducedã actionẽ.Est enim regula: Quòd vbi ꝓcedit debitũ naturale tñ, si illud idẽ debitũ nudo pacto iterũ ꝓmittatur,vel à debitore,vel ab alio induciẽ constitutũ,& habet locũ actio de cõstituta pecunia.§.de constituta.Inst. de actio.Cano. in c.Quintauallis. extrà de iure.

Obligatio naturalis geminata, parit actionem.

12 Quędã verò†naturalis obligatio à iure gentiũ,& sic ex cõsensu ꝓueniẽs,est inducta ad liberãdũ:& in hoc casu distingue,Quãdoq; approbaẽ de iure ciuili, & ꝑ eã tolliẽ omnis obligatio.l.ab emptione.ff.de pact. Quãdoq; verò ius ciuile resistit,prohibẽdo.s.pacisci,& nihil operatur.d.l.Iuris gẽtiũ.§.si paciscar.ff.de pact.& l.trãsigere.C. de transactioni. Quãdoq; verò ius ciuile,neq; assistit,neq; resistit,vt quando creditor facit debitori suo pactum de non petẽdo,& ex isto pacto debitor liberatur naturaliter, ne cogatur debitũ soluere,licet ciuiliter maneat obligatus, & creditor quoq; naturaliter obligaẽ debitũ amplius non petere.l. si vnus.§. pact⁹ ne peteret.ff.de pact.Et ita habes casum, quo naturalis obligatio tolliẽ,ciuili remanẽte.Ecõtrà notabis aliũ casum,vbi ciuilis obligatio tollitur,& naturalis manet: vt si debitor,qui verè debet,iurauerit se nõ debere,per illud iuramentum tollitur ciuilis obligatio,naturalis tamẽ manet. Et in summa,ex quocũq; nudo pacto,siue ꝓmissione, siue etiam partium cõuentione,quæ nõ habet speciale nomen contractus,de iure gentium oritur naturalis obligatio,modò sit vtriusq; consensus.Vide Iaso.super rub.ff.de ver.obl.

Obligatio naturalis liberatoria

13 Obligatio† ciuilis est quãdo quis nõ est obligatus ex iure naturali,vel gentium, sed ex dispositione iuris ciuilis tãtũ,deficiente scilicet cõsensu obligati,vt Bart.in l. Iulianus

Obligatio ciuilis.

verum

verum debitorẽ.ff.de condi.indeb.Ciuilis obligatio eſt duplex:quædã parit actionẽ in effectu exactionis,vt ſi quis dãnatus eſt per ſententiã iniquè,quę tranſiuit in rẽ iudicatã,& mãdatur executioni,is vtique nõ cõſentit:quare etiã ꝓpter diſſenſum nõ obligatur naturaliter,ciuiliter tamen obligatur,& datur cõtra eũ actio cũ effectu exactionis ꝓpter authoritatẽ rei iudicatæ.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb. obl.Quædã verò eſt,quæ quidẽ actionẽ parit,nõ tamẽ exactionẽ:vt ſi quis ſpe futuræ numerationis dedit alicui chirographũ,in quo cõfitetur ſe certã pecuniæ ſummã ab eo mutuo accepiſſe,quã tamen nõ accepit:hic ſcribẽs non obligatur naturaliter,quia non conſenſit obligari ſine numeratione,ciuiliter tamẽ obligatur:ideo propter illã ciuilem obligationem ſolùm habet creditor contra ſcribentem actionem propter chirographum:exactionẽ tamẽ nõ habet,quia ſcribens poteſt ſe defendere exceptione non numeratæ pecuniæ.Vnde Barto.in l.j.ff.de fideiuſſoribus.& in d.l. Iulianus verum debitorem.ff.de condi.inde. Cauſa itaque ciuilis obligationis ſolius,eſt approbatio iuris ciuilis deficiẽte conſenſu debitoris obligati,&c. Effectus eſt regulariter parere actionẽ,nõ autem exactionem, ſicut naturalis obligationis ſolius effectus eſt parere exceptionem,non actionem.

Licet autem † obligatio habeat duas ſpecies, naturalem 14 ſcilicet,& ciuilem,vt audiuimus, tamẽ illæ rarò à ſe mutuo ſunt diuulſæ.In illis enim caſibus tantũ, quos indicauimus, aut paucis aliis,qui colligi poſſent, ſunt ſeparatæ, alioquin enim ſemper ſunt coniunctæ.Primùm enim ſunt coniunctæ in omnibus contractibus nominatis iuris gentium: quales ſunt contractus,qui re,& conſenſu contrahuntur. Secundò ſunt coniunctæ in contractibus iuris gentium, innominatis,ſi rei interuẽtu ſunt veſtiti. Vt ſi dedi tibi rem,vt aliam mihi dares.Tertiò,coniunguntur in cõtractibus iuris ciuilis,quales ſunt ſtipulatio, literarum obligatio, contractus Emphyteuticus:& ſpõſalitia largitas: quia in illis omnibus eſt conſenſus,qui de iure gẽtium cõſtituit naturalem obligationẽ.Et ad hoc accedit ius ciuile, quod illos contractus approbat,vnde oritẽ ciuilis obligatio.Quartò, concurrũt in delictis,quia ex ꝓcepto iuris gẽtiũ (Sõtes punire) oritur obligatio naturalis:nã naturalis obligatio duo habet capita conſenſum,vt in oĩbus cõtractibus,& naturalẽ æquitatẽ, vt

Vix & perrarò ſeparari ciuilem & naturalẽ obligationem.

in

in quaſi contractibus & delictis. Ita notanter dicit Bart. in l.j.in princ.ij.col.fina.de condictio.indeb. Et ex Iure ciuili, quod de delictis ſingulis diſpoſuit, oritur ciuilis obligatio. Quintò, ſunt coniunctæ in quaſi contractibus, & quaſi delictis regulariter. Cauſæ autem naturalis, & ciuilis obligationis ſimul, & ſic obligationis in genere, ſunt primò omnes contractus nominati Iuris gentium, & Iuris ciuilis ſimpliciter, & contractus innominati, quatenus traditio rei interuenit, vel factum aliquod.

15 Cõtractus† nominati ſunt quadruplices. Primò quidem contrahuntur re, vt mutuũ, indebitũ, commodatum depoſitum, pignus. Secundò, quidẽ verbis, vt ſtipulatio. Tertiò, quidem literis, vt literarũ obligatio. Quartò, quidem conſenſũ, vt emptio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, man-
Nominati contractus.
16 datũ. Contractus† autẽ innominati ſunt quinq; : Permutatio, id eſt, quando datur ſpecies pro ſpecie. Vide glo. in l.j. in verb. nomen. in fi. ff. de verb. permutatio. & glo. fi. in l.j. C. eo. tit. & ibi Doct. Permutatio, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias. Secũdo, quaſi cõtractus, vt negotiorum geſtorum, tutelæ, &c. de quibus dicetur in tit. de obli. quæ ex quaſi cõtrac. naſc. Tertiò, delicta, quæ ſunt duplicia priuata, & publica. Priuata ſunt, furtum, rapina, damnum, & iniuria. Publica ſunt, crimẽ læſę Maieſtatis, parricidium, homicidiũ, &c. de quibus ſuo loco. Quartò, quaſi delicta, de quibus in tit. de oblig. quæ ex quaſi del. naſcũ. Et de his caſibus tractat̃ vſq; ad titulũ de actionibus. Naturalis autẽ
Innominati.
17 †& ciuilis obligationis ſimul effectus eſt parere actionem cũ effectu actionis: Quamprimùm enim quis alicui naturaliter & ciuiliter obligatus eſt, parit illa obligatio ius per ſequendi in iudicio cum effectu, quod debetur, &c. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurato. Tollitur† autem obligatio,
Obligationum coniunctarum effectus.
18 primùm per ſolutionem. Secundò, ſi res debita, ſine culpa debitoris, interierit. Tertiò, per acceptilationem. Quartò, per nouationem. De quibus ſingulis dicemus ſuo loco.

Quibus modis re contrahitur obligatio. Titulus XV.

1 *Contractus realis quinque ſunt ſpecies, mutuum, indebitum, cõmodatum, depoſitum, & pignus.*

2 *Mutuum eſt, cum res noſtras, quæ pondere, numero, men-*

furáve constant, aliis damus, vt idem nobis reddant.

3 *Mutuum est dúplex, naturale, & ciuile.*

4 *Ciuile mutuum subdiuiditur in mutuum, in quo cooperatur natura, & in mutuum merè ciuile.*

5 *Condictio est actio, qua certam speciẽ vel quãtitatẽ petimus.*

6 *Condictio diuiditur in condictionem certi generalem, & condictionem certi specialem.*

7 *In contractibus quinque sunt consideranda, casus fortuitus, dolus lata culpa, & leuißima culpa.*

8 *Indebitũ dicitur, quãdo quis soluit per errorẽ quod nõ debet.*

9 *Indebiti in quatuor partes diuisio.*

10 *Quatuor sunt exceptiones, indebiti, dilatoria, perpetua, dubia, & qua conseruatur rigor iuris.*

11 *Ex indebito oritur actio indebiti.*

12 *Cõmodatum dicitur, rei alicuius ad certum vsum gratuitò facta conceßio, vt eadem, & non alia species reddatur.*

13 *Commodamus res mobiles & immobiles, corporales & incorporales.*

14 *Ex commodato duæ dantur actiones, actio commodati directa, & actio contraria.*

15 *Quando commodanti non competat, actio directa contra commodatarium.*

16 *Ad quem pertineat periculum, si res commodata periit.*

17 *Depositum est, quod ad custodiendum alicui est datum.*

18 *Depositum est triplex: depositum sequestratum, depositũ ad impediendas vsuras, & depositum gratia custodia.*

19 *Res mobiles tantùm deponi poßunt.*

20 *In deposito duæ dantur actiones, directa & contraria.*

21 *Ad quem spectet periculum interitus rei deposita.*

22 *Pignoris definitio, definitionisq; expositio.*

23 *Pignus debet esse rei mobilis & quòd tradatur.*

24 *Pignus est triplex conuentionale, prætorium, & iudiciale.*

25 *Conuentionale pignus fit expreßè & tacitè.*

26 *Quæ res oppignorari poßint, & quæ non. num. 27.*

28 *Ex pignore datur actio pignoratitia directa & contraria.*



IN hoc titulo tractatur prima species contractuum videlicet contractus, qui re contrahuntur, qui inde nomen habent, quòd neq; ciuilis oblig. neque etiam actio naturalis, oriri potest, nisi ipsa res interueniat.

Cont-

1 Contractus† qui re contrahuntur, sunt quinque.
- 1 Mutuum.
- 2 Indebitum.
- 3 Commodatum.
- 4 Depositum.
- 5 Pignus.

2 Mutuũ est† cùm res nostras, quæ pődere, numero, mensurâue consistunt, alteri damus, vt idem genus nobis reddat. l.ij.ff.de reb.cred. Et dicitur mutuũ, quasi ex meo fiat tuum, vt hîc in tex. Dico in definitione res nostras: quia mutuans debet esse dominus, vel quasi, rei mutuatæ. d.l.ij.§.in mutui. ff.de reb.credit. Dico, numero pondere, & mensura, ad differentiam commodati, in quo non veniũt eiusmodi res, sed tales, quibus vtimur, vt illas species, & non alias eiusdem generis reddamus. Dico, alteri damus, ad differẽtiam commodati, depositi, & pignoris, in quibus res ita tradimus, vt non accipientiũ fiant, vt dominiũ transferatur, sed ad aliũ finem, vt infrà audiemus. In mutuò autẽ res ita datur accipienti, vt eius fiat, alioqui non posset ea vti. Dare enim significat dominiũ transferre. Dico, vt idẽ genus nobis reddat, primò ad differentiã cõmodati & depositi, in quibus redduntur illæ ipsæ species, quæ traditæ sunt, & nõ aliæ eiusdem generis: vt si cõmodaui tibi equũ gratis, teneris mihi reddere illũ ipsum equũ, & nõ aliũ. Similiter si deposui penes te cẽtũ aureos, illos, & non alios eiusdem generis, teneris restituere. In mutuò autẽ non redduntur illæ ipsæ species, sed aliæ eiusdẽ generis, vt si quis centũ acceperit mutuò potest illos consumere, & mutuãti alios centũ aureos eiusdẽ valoris reddere. Secundò ad differẽtiã contractus innominati, do vt des, &c. Si enim nõ illud genus, sed aliud, vt puta ꝑ siligine triticũ reddideris, nõ erit mutuũ, sed cõtract⁹ innominat⁹, do vt des.

Mutuum.

Hæc traditio ciuilis & naturalis mutui, vetus nostrorũ nuga est, & impostura ridicula: cuius tamen confutatio cõmo 3 de hic tradi non potest.

3 Mutuũ est† duplex, naturale, & ciuile. Naturale est, cum tibi numero actualiter pecuniam meã, vel aliam rem, quæ numero, pődere, mensurâue consistit, do mutuo actualiter sine stipulatione, vel literarũ obligatione. Ex illa re, id est, numeratione, vel actuali traditione, oritur mutuũ naturale, quod parit obligationẽ, ex qua posteà oritur actio, quæ vocatur cődictio certi specialis; qua repeto rem mutuo datam, vt hîc in princ. Ciuile mutuum

4 † subdiuiditur in mutuũ, in quo natura cooperatur, & in mutuum merè ciuile, in quo natura nõ cooperatur. In primo subdistingue. Quod-dam

dam enim fit per quandã fictionem iuris, vt si filiusfamiliâs ex peculio profectitio,dederit alicui pecuniã mutuo:hoc casu mutuatarius patri illius obligaretur,licet ille nihil numerauerit.Et oritur mutuum ciuile, quia ius ciuile introduxit quòd ex contractu filij quæritur obligatio patri, & fingitur hîc ius patrem illã pecuniam numerasse,& si non numerauerit:quare respectu patris oritur mutuũ ciuile tantũ. In hoc autem ciuili mutuo cooperatur natura,in eo quòd pecunia à filio est actualiter numerata:ideo dicitur mutuum ciuile, in quo cooperatur natura.Itẽ si deposui centum aureos penes Titiũ,& posteà promisi,vt si ipse Titius depositarius vteretur illis centum,fit iam ex illo deposito mutuũ, licet non vt mutuũ,sed vt depositũ numerauerim.Ius tamen fingit numerationẽ denuò intercessisse,quare oritur mutuum ciuile, in quo cooperatur natura.l.certi condictio.§.fin.ff.de rebus cre.Et ex hoc mutuo quoq; cõpetit actio quæ vocatur, certi condictio specialis.Quoddã verò mutuũ ciuile, cui natura cooperatur,diuiditur, quãdo quis per stipulationem promittit alicui mutuò dare centũ aureos,& illã stipulationem incõtinẽti sequitur,vel præcedit numeratio:oritur mutuum ciuile per stipulationẽ,cui natura per numerationẽ cooperatur.Inde tamen non oritur actio ex mutuo, sed ex stipulatione impleta propter mutuũ.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.ver.superest.ff.de ver.obl.Mutuum verò merè ciuile,in quo natura non cooperatur est,si quis non animo donandi, sed spe futuræ numerationis,dat chirographũ suum, in quo confitetur se centum aureos mutuò accepisse, quos tamen non accepit.Ex illa scriptura oritur mutuũ ciuile tantũ,quia actualis numeratio nõ accessit,& si natura non potest cooperari,nihilominus tamẽ ex illo mutuo ciuili oritur ciuilis obligatio post biẽniũ,nisi mutuatarius probet pecuniam numeratã fuisse.Et hoc casũ quoq; nõ oritur actio ex mutuo, sed ex cõtractu literarũ propter mutuũ. Si autẽ quis animo donandi dedisset chirographũ,statim esset natũ huiusmodi mutuum ciuile,& obligatio.Vide Bar.in l.ij.§.in mutui datione.ff.de reb.cred.Causa mutui est res cõsistens in numero,vt pecunia:põdere,vt cera:& mensura,vt vinũ,oleum,frumẽtũ,&c.mediante datione,vt idẽ genus reddatur. Effectus est,parere obligationẽ,vnde orit᷑ actio,quæ vocat᷑ cõdictio certi specialis,qua s.repetimus quod alicui mutuo dedimus.

Quia

5 Quia autem †hic fit mentio actionis, quæ condictio certi vocatur, dic Condictionē esse actionē, qua certā speciem vel quātitatē petimus. Tunc autem dicitur certū quiddam, quādo apparet quid, planò, quantúmve sit, quod debetur, vt vini Rhenensis quatuor amphoras. l. vbi autē non apparet. ff. de ver. obl. Condictio est † duplex: Condictio certi generalis, & condictio certi specialis. Condictio certi generalis est, quæ datur ex omnibus obligationibus puris, ex quibus quid certi debetur, excepta causa mutui. l. certi condictio. in prin. ff. de reb. cred. Condictio certi specialis est, quæ datur in mutuo. Cōdictiō autem Triticaria habet locū in omni specie, & quātitate, nisi sit debita ex causa mutui. Item in re incorporali, vt seruitute. Itē pro possessione, quam quis obligat⁹ est mihi dare. Vide Azo. in summa sua. C. si. cer. pe.

Condictio certi.

6 *Condictio duplex.*

7 In contractibus † solent quinq; considerari. Primū est casus fortuitus, quem nulla hominum prouidentia cauere, aut prouidere potest. Secundū est dolus. Est autem dolus, machinatio alicuius decipiendi causa, cùm aliud agitur, & aliud simulatur. l. ij. §. j. ff. de dolo. Tertium est, lata culpa, quæ propriè est minima negligentia, scilicet non intelligere quod omnes intelligunt. Est que duplex, lata culpa versutiæ, & lata culpa socordiæ. Lata culpa versutiæ est, cùm quis est satis diligēs in rebus suis, in alienis autē negligens. Lata culpa socordiæ est magna & supremà negligentia, quæ etiam nimia securitas appellatur, non intelligere quod omnes intelligunt. Quartum est leuis culpa, scilicet nō adhibere eā diligentiam & custodiam rebus alienis, quam diligēs paterfamiliâs adhibet in rebus suis. l. ea igitur. ff. de pign. actione. Quintum est leuissima culpa, non scilicet adhibere tantam diligētiam in rebus alienis, quātam adhibet diligentissimus quisque paterfamiliâs in rebus suis. §. item is cui. versis qui. hîc tit. nostro. In mutuo ista omnia præstantur. Siue enim pecunia mutuata casu, dolo, lata, leui, vel leuissima culpa mutuatarij amissa fuerit, nihilominus mutuatarius tenetur reddere, quia factus est dominus rei mutuatæ.

Quinq; in contractibus considerari.

Dolus, lata culpa.

Leuis culpa.

Leuißima culpa.

Secundus contractus, qui scilicet re contrahitur, est indebitum, dicitur autē † indebitum, quando quis soluit per errorem, quod non debet. Dico, soluit: quia is contractus non oritur, nisi actualis solutio accedat. Dico, per errorem: quia si quis sciēs soluit indebitum, videtur donare, nec potest repetere

8 *Indebiti.*

petere.l.cuius per errorē.ff.de reg.iur.Indebitū est † quadru 9
plex.Primò,naturaliter, & ciuiliter indebitum:vt si id solua *Indebitū*
tur,quod nullo iure debebatur. Secundò,naturaliter indebi *multiplex.*
tū,& ciuiliter debitū:vt si quis soluat, ꝙ cōfessus est se debe
re in chirographo dato, spe futuræ numerationis. Et in his
duobus casibus habet locum condictio indebiti. Tertiò,est
indebitū ciuiliter,& debitū naturaliter,vt inter parrem & fi
liū,dominū & seruū,itē legatū relictum in testamēto minus
solēni. Et hoc casu si quis soluerit errore iuris vel facti non
probabilis,repetere nō potest.Hoc fallit in muliere,& mi-
nore,quos ignorātia excusat.Quartò,est indebitū ope exce
ptionis.Circa quod hic,ꝙ exceptiones † hoc modo sunt qua 10
druplices.Prima est dilatoria,siue temporalis,vt si quis pro *Exceptio-*
misit alicui cētum in diē ante euentū illius diei nihil debet, *nes quadru*
quia habet exceptionē:tamen si illud indebitū ante euētum *plices.*
illius diei soluerit,nō repetit per condictionē indebiti,quia
certū est debitū iri. Secūda exceptio est perpetua,circa quā
distingue,aut est fauorabilis,vt si mulier fideiuberet pro ali
quo,ex illa fideiusione nihil debet, quia habet exceptionē
Senatusconsulti Velleiani. Si autē indebitè,vel errore iuris
vel facti soluerit,potest repetere per cōdictionem indebiti.
Aut est odiosa exceptio,vt si filiusfamiliâs acceperit ab ali-
quo pecuniā mutuò. non tenetur reddere,quia habet exce-
ptionē Senatuscōsulti Macedoniani.Si tamē indebitè solue
rit ꝑ errorē iuris,nō potest repetere ꝑ cōdictionē indebiti,
quia illa exceptio est odiosa.Tertia exceptio est dubia,vt si
quis ꝓmittat sub cōditione,hoc modo:Titi promittis mihi
centū si hoc anno celebrabitur Conciliū. Ante conditionis
illius euentū nihil debet ꝓmissor, habet enim exceptionē.
Si tamē indebitè ꝑ errorē soluerit,potest repetere per cōdi-
ctionē indebiti:quia dubiū est an sit futurū debitum nécne.
Quarta exceptio, q̄ fuit inducta rigoris iuris cōseruādi cau
sa,vt sunt exceptio litis pendētiæ cōtra verū debitorē. Exce
ptio fori:Exceptio epistolæ diui Adriani,&c.Exemplum, si
sunt plures fideiussores alicuius, qui omnes sunt soluendo,
quilibet tenetur tātum pro sua parte,nec potest cōueniri in
solidum,quia habet exceptionē epistolæ Diui Adriani. Si ta
mē in solidū soluerit, & sic indebitè,nō potest repetere per
condictionē indebiti à creditore, cōfideiussores tamē pro-
pterea cōuenire potest. Vide Bar.in l.j.ff.de cōdic.indeb.&

Q Ioan.

11 Ioan.de Pla.hîc effectus indebiti†est,parere actionem,quæ vocatur condictio indebiti, qua quis repetit id,quod indebitè solutũ est.Et datur ei,qui indebitè soluit,aut cuius mandato solutũ est,& hæredibus eius.Et datur cõtra eũ,cui solutũ est indebitũ,& cõtra hæredes eius.Cessat autẽ illa actio, primò,quãdo quis sciens soluit indebitum, quia videtur donare. Secũdò,si per sententiã dãnatus est soluere,quod non debet,& sententia transit in rem iudicatã:& is, cui quid indebitè solutũ est,tenetur omnia præstare, quæ præstãtur in mutuo,id est,siue pecunia casu,siue dolo,siue qualicũq; culpa perierit,reddere tenetur. Et hic contractus impropriè dicitur cõtractus,est enim potiùs distractus,quam cõtractus.

Indebiti effectus.

Tertius contractus,qui re contrahitur, est cõmodatum.

12 Est autẽ †commodatum,alicuius rei ad certũ vsum gratuita facta concessio,vt eadem species,& non alia eiusdẽ generis nobis reddatur.Et dicitur cõmodatũ,quasi cõmodo vtentis datum.Primò,dico in definitione alicuius rei:quia hic contractus non oritur,nisi res interueniat. Secũdò dico,ad certum vsum,ad differẽtiam precarij:quia precariũ conceditur indefinitè,& sine certi vsus præfinitione:adeóque potest reuocari quãdocũque placuerit concedẽti, & præstatur in eo solùm dolus, & lata culpa.l.quæsitum. §.eũ quoq;. & l.cum precario ff.de precario.l. Lucius. ff.de donat. In cõmodato autem est tantùm certus vsus præfinitus, quem si quis transgreditur, & re cõmodata aliter vtitur,furtũ committit.§.furtum autẽ.ĩ.de oblig.quæ ex delicto nascun.ideóque cõmodans rem cõmodatam reuocare non potest, nisi vsu finito. Tertiò dico, vsum,ad differẽtiam pignoris, & depositi:quia si creditor pignore, vel depositarius re deposita vsi fuerint, furtum committũt,d.§.furtũ autẽ.ĩ.de obliga.quæ ex delict. nascun.Quartò dico,gratuita,ad differẽtiam locationis, & cõductionis:quam primùm enim datur merces pro vsu rei, transit in aliam speciem contractus, & fit locatio:cõmodatum enim de sui natura debet esse gratuitum, alioqui non esset commodatũ. Quintò dico,cõfessio,& non translatio: quia commodãs retinet dominiũ & possessionem rei commodatæ,l.rei commodatæ.ff.eod. Postremò dico,vt eadem species reddatur,ad differẽtiam mutui, in quo non redditur

Commodatum.

13 eadẽ species,sed idem genus,vt suprà diximus. Consistit†autem commodatum in rebus mobilibus, & immobilibus:

cor

corporalibus,& incorporalibus,puta habitatione.l.j.§.inter commodatum.ff.eod. In illis autem,quæ vſu conſumuntur, vt pecunia,oleo,&c.non conſiſtit commodatum,niſi fiat ad pompam,& oſtentationemvt ſi quis accipiat pecuniam cō modato,vt diues appareat.l.iij.§.fi.ff.eod. Oriuntur ex † iſto 14
contractu duæ actiones,actio commodati directa, & actio contraria.Directa datur commodāti,& eius hæredibus,con tra commodatariū,& eius hæredes, qua petit reſtitutionem rei commodatæ:quæ ſi non reſtituitur,iuratur contra contumacem in litem.Contraria datur commodatario,eiúſque hæredibus,contra commodātem,& eius hæredes.Primùm, vt impediat eum vti re commodata. Secundò,ad ægritudines & impenſas maiores,in re commodata factas.Tertiò,ſi quis ſciens commodauit vaſa vitioſa, in quibus vinum vel oleum infuſum corrumperetur, teneretur hac actione.l.in rebus.§ poſſunt.cum §.ſequen.ff.eodem. Sunt tamen † ca- 15
ſus, in quibus directa actio non poteſt competere commo danti,vt ſi quis commodaret alicui equam, quam comitaretur pullus, pro repetendo pullo non poteſt dari directa actio commodati, quia non fuit in commodato: datur itaque vtilis actio ex mente contrahentium.l.v.§.vſque.ff.eodem. Item ſi ego propria authoritate acciperem vtendum equum amici mei, & putarem eum ratum habiturum, hîc quoque competeret tantùm vtilis actio ad repetendum. Quando autem † quæritur ad quem pertineat periculum, 16
ſi res commodata periit,diſtingue.Aut eſt commodata gratia commodantis tantùm, veluti ſi ſponſus commodet ſponſæ ornamenta, vt honeſtiùs ad eum duceretur: & præſtatur tantùm dolus, ſi fuerint amiſſa.l.ſi vt certò.§. interdum. ff.eodem. Aut eſt commodata gratia vtriuſque: vt ſi Titius & Caius pararent ſimul conuiuium in ædibus Titij,& Caius commodaret Titio pocula, hoc caſu præſtatur dolus,lata culpa,& leuis culpa.l.in rebus. in princip.ff.eodem. Aut commodatur tantùm gratia commodatarij,tunc præſtatur dolus, lata, & leuis culpa, non autem caſus fortuitus. Sunt autem tres caſus, in quibus commodatarius etiam tenetur, ſi res commodata caſu perit. Primus eſt, ſi commodatarij culpa perit,puta quia remiſit rem commodatam per minus idoneam perſonam, vel equum fortè commodato accepit,vt Lypſiam proficiſceretur, & profectus eſt in bel-

Duæ actiones ex cōmodato.

Cōmodatæ rei periculum, ad quem ſpectet.

lum. Secundus, si expressè pacti sunt inter se de præstãdo casu fortuito. Tertius, si cõmodatarius interpellatus, vt rẽ restitueret, nec restituit, hoc casu propter morã tenetᷣ de casu fortuito. c. vnico. extrà de cõmodato. l. v. §. sed interdum. ff. eo. Nota tamẽ, si res cõmodata periit culpa nũtij illam deferẽtis, perit periculo cõmodãtis, si nõ potest imputari culpa remittenti in eligendo talem nuntium. l. argentum. ff. eod.

17 Quartus contractus, qui re contrahitur, est depositũ. Est autem † depositũ, quod ad custodiendũ alicui datũ est, Dictũ ex eo, quòd ponitur, quasi seorsim positum. Propositio enim de, auget, vt ostendat totum fidei eius cõmissum, quod ad custodiã rei pertinet. l. j. in prin. ff. depositi. Dico, ad custodiendum, ad differentiã aliorũ contractuum, quia depositarius tantùm custodit, nec potest re deposita vti: vtendo enim furtum cõmittit. d. §. furtum autẽ. ĩ. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.

Depositũ.

18 Depositum † est triplex: depositũ sequestrarium, depositũ, quod fit causa impediendarũ vsurarũ, & depositum, quod simpliciter fit gratia custodiæ. Depositũ sequestrariũ est, quando res aliqua litigiosa sub hac conditione traditur sequestro, vt retineat, donec ex causæ cognitione cõstet cui debeatur. Et hoc casu deponentes amittunt possessionẽ rei depositæ, in sequestrum enim transfertur possessio. l. licet. §. rei. ff. depositi. nisi aliter expressè fit actum. l. interesse. ff. de acqui. poss. Et in hoc deposito, sequester officiũ suum deponere non potest, nisi subsit iustissima causa. l. ei. §. fin. ff. eod. Et de hoc deposito hîc non loquimur. Secundũ depositum est, quando debitor offert creditori suo pecuniã debitam, quam creditor recipere recusat, & ad euitandũ cursum vsurarum, consignat eam, & deponit in publicum, vel sacram ædem. l. acceptam. cum gl. C. de vsuris. Et neq; de hoc deposito hîc loquimur. Tertium depositum est, quãdo quis apud amicũ rem suam tantùm custodiæ causa deponit, ita vt dominium & possessio penes deponentem maneat: & potest quandocunq; voluerit reuocari. c. bona fides. extrà de deposito.

Depositũ triplex.

19 Et de hoc deposito loquimur hîc. Consistit † autem tantùm in rebus mobilibus, non autẽ in immobilibus. Dantus

20 autẽ † in hoc contractu quoq; duæ actiones, directa & contraria. Directa datur deponẽti, eiúsq; hæredibus, contra depositarium, eiúsq; hæredes, si depositarius dolo versatus est in deposito, vel hæredes inde facti sunt locupletiores. Agit ita

Duæ actiones ex deposito.

itaq; deponens primò ad restitutionẽ rei non deterioratæ cũ omnibus accesſionib⁹.l.j.§.quæ depositis.ff.eo. Secũdò, si hæres nesciens rẽ penes testatorẽ depositã fuisse, alienauerit eam,nec poterit redimere,agitur ad pretiũ rei.d.l.j.§.fi.cũ l.ij.& iij.ff.eo.Tertiò,si quis rẽ incendij,naufragij,tumultus vel ruinæ causa deposuit, & depositarius inficiatus fuerit,agitur contra eũ ad duplum.§.in duplũ. infrà de acti. & in hac actione iuratur in litẽ,si depositarius non vult restituere.d.l.j.§.si rem depositã.ff.eo.Et hæc actio est bonæ fidei personalis,ciuilis,& famosa.Contraria verò actio datur depositario,eiusq; hæredi,cõtra deponentẽ, eiúsq; hæredem,in qua venit quod vtiliter est impensum à depositario in rem depositã.Item venit interesse,vt si quis sciẽs deponeret seruum,qui fur esset.Et in hac nõ iuratur in litem: neq; etiam est famosa,quia cõtrariæ actiones nõ infamãt. §.ex quibusdã.j. de pœna temere litig. Est autẽ depositum priuilegiatum,quòd contra ipsum nõ admittitur compensatio regulariter.§.in bonæ fidei.ver.excepta.infrà de acti.

Periculum autem†interius rei depositæ non spectat ad depositarium,nisi dolo,vel lata culpa versutiæ res eius perit,l.j.§.si quis. & l. quod Nerua. ff. depositi. De leui enim & leuissima culpa non tenetur depositarius: quia imputet sibi deponens,quòd rem suã apud negligentẽ amicum deposuerit.Si tamen depositarius obtulit se deposito,præstatur quoq; leuissima culpa.d.l.j.§.sed & si quis.ff.eo. Casum autem fortuitum præstat depositarius. Primò si expresè actum est,quia contractus ex partium conuentione legem accipiunt, d.l.j.§.si conueniat. & §. sæpe. ff. eod. Secundò, propter morã depositarij, vt quia post litem contestatam potuit rẽ reddere,nec reddidit, ita quòd periit. l. si in Asia. §.fi.ff.eo.& vide glo.in d.l.j.§.sæpe.ff.eodem. 21 *Rei depositæ periculũ ad quẽ spectet.*

Quintus cõtractus,qui re cõtrahitur,est pignus.Dicitur †autẽ pignus propriè res mobilis, quæ pignori est obligatã,& tradita creditori,vt sit saluũ debitũ suũ.Dictũ pignus à pugno,quia res,quæ pignori dãtur,manu tradũtur.l.plebs. §.pignus.ff.de ver.signifi.Dico in definitione, propriè, quia alioqui etiã pignus nomẽ generis est,cõprehendens sub se pignus in specie & hypothecã.Secũdò quia impropriè etiã capitur pro re immobili,vt gl.in d.l.plebs.ff.de verb. signi. Dico,res mobilis,ad differentiam hypothecæ, quia hypothec 22 *Pignus.*

theca indifferenter constituitur,tam in re mobili, quàm im mobili,pignus autē tantū in re mobili. Dico,tradita,iterum ad differentiam hypothecæ,quia hypotheca cōstituitur tan tùm per nudam conuentionē sine actuali traditione,pignus autē non nisi cum traditione.Et ea est propriissima differē-

Pignoris & hypothecæ discrimen.

23 tia,qua pignus secernitur ab hypotheca. Requirūtur † enim in pignore duo copulatiuè. Primùm, quòd sit res mobilis. Secundùm,quòd tradatur:quæ ambo possunt abesse in hypotheca.§.inter pignus.cum glo.infrà de actionibus.

24 Est autem† pignus triplex:conuentionale, prætorium,& iudiciale.Pignus conuētionale dicitur,quod contrahitur ex conuentione partiū.l.j.ff.de pignora.actio.Pignus prætoriū est, quando iudex vel magistratus mittit quem in possessionem alicuius.l.non est mirū.ff.de pig.actio. Hoc tamen intellige si fiat missio in possessionē,vt caueatur pro legatis, vel de damno infecto,vel de nouo opere demoliendo.Iudiciale est, quando iudex iubet mitti in possessionē ex officio suo,vt sentētia diffinitiua mādetur executioni. Et hoc casu capiūtur primò mobilia,secūdò immobilia,tertiò peruenitur ad debita.l.à diuo.§.in vēditione.ff.de re iudi. Conuen-

Pignus multiplex.

25 tionale†pignus fit bifariā,expressè,& tacitè.Expressè,quando partes expressis verbis conueniūt de oppignorādo:tacitè,quādo fit ex vi & potestate legis,sine hominum expressa cōuentione.Licet hoc quoq; posset dici hypotheca,quia nō semper traditur.Ponamus quædā exēpla. Primò,omnia bona promittētis dotē nomine vxoris alicuius,sunt tacitè oppignorata ipsi marito. Et econtra dote soluta, omnia bona mariti sunt tacitè oppignorata vxori pro dote.l.j.§.& vt plenius.C.de rei vxo.actio. Secūdò,locatori fundi sunt omnes fructus ex eo percepti tacitè oppignorati Item omnia inuecta & illata pro pēsione.l.certi.C.de locat. Reliquos casus, in quibus est tacitū pignus,vide apud Azo.in tit.in quib.cau.

26 pign.taci.contra.Possunt†autem oppignorari res,in quibus quis habet dominiū,vel quasi.l.si inter.§.si debitor.ff.de pignori.Nec refert siue præsentes sint res, siue futuræ,vt sunt fructus pendētes,itē partus pecorū.l.& quæ nōdū.ff.de pig. Item res corporales & incorporales,vt cautiones,instrumēta,nomina debitorum.Et hoc casu ceduntur vtiles actiones. l.cùm conuenit.ff.de pigno.Item seruitutes personales oppignorari possunt,vt vsus, vsufructus.l.si is. §.vsusfructus.ff. eo.

Res quæ oppignorari possunt.

eo. Et poteſt fieri oppignoratio in ſingulis quoque rebus, & quoque vniuerſis. Si tamen in vniuerſis ſit, intelliguntur quædam debitori excepta, de quibus non eſt veriſimile ꝙ ſpecialiter obligaſſet, puta, ſupellex, vel veſtis aliqua. Oppignorari†autem regulariter non poſſunt, primò res religioſæ, & ſacræ. l. iij. C. quæ res pign. obliga. poſ. l. ſancimus neminem. C. de ſacroſ. eccl. Secundò, liberi homines, adeò quòd pater filium pignori non poteſt dare. l. qui filios. C. quæ res pigno. obliga. non poſ. Tertiò, res, quarum ruſtici opus habent in cultura agrorum. l. pignorum. cum authen. ſeq. C. quæ res pig. oblig. non poſ. Quartò, ſeruitutes vrbanorum prædiorum, ne deformaretur vrbis aſpectus. l. ſi is. §. fi. ff. de pigno. Quando autem, & quibus modis creditor poſſit alienare pignus, vide quæ dixi in §. contrà autem ſuprà, quib. alien. licet vel non. Datur autem†in hoc contractu actio pignoratitia directa debitori, qua repetit pignus, ſi pecuniam ſoluerit, vel alia ratione creditori ſatisfecerit, l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigno. act. Actio autem pignoratitia contraria datur creditori ad ſumptus, ſi quos fecit in pignore. De hac actione, & actione hypothecaria, dicemus in §. item Seruiana. infrà de act. Præſtatur autẽ in hoc contractu dolus, lata, & leuis culpa. Caſus autem fortuitus & leuiſſima culpa non præſtantur. l. ſi cum venderet. §. venit. ff. de pignora. actio.

27 *Quæ non poſſunt.*

28 *Quæ actio ex hoc contractu.*

De verborum obligationibus.
Tit. XVI.

1 *Contractus proueniens ex verborum obligatione, dicitur propriè ſtipulatio.*

2 *Stipulationis definitio, definitionisq; expoſitio.*

3 *Stipulatio quid à conuentione, promiſſione, nudo pacto, & pollicitatione differat.*

4 *Prima diuiſio ſtipulationis in puram, in diem, & cõditionalẽ.*

5 *Secundò, diuiditur ſtipulatio in eam, quæ conſiſtit in dando, & in eam quæ conſiſtit in faciendo.*

6 *Tertiò, ſtipulationes ſunt quadruplices: iudiciales, prætoria, conuentionales, & communes.*

7 *Iudiciales ſtipulationes ſunt, quæ à legibus Imperatorum ſunt adinuentæ.*

8 *Stipulationes prætoriæ ſunt, quæ à iure prætorio ſunt introductæ.*

9 *Praetoriae stipulationes sunt triplices, iudiciales, cautionales, & communes.*
10 *Nouatio quot, & quibus modis fiat.*
11 *Stipulationes praetoriae in quibus differant à iudicialibus.*
12 *Tres sunt stipulationes praetoriae, in quibus non requiruntur fideiussores, nec pignora.*
13 *Communes stipulationes dicuntur, quae interdum sunt iudiciales interdum praetoriae.*
14 *Obligamur quoque ex stipulatione eorum, qui in nostra sunt possessione.*
15 *Vsus, siue effectus stipulationis est, vt firmet contractus, & obliget ad dandum vel faciendum.*
16 *Ex stipulatione oriuntur actiones, condictio certi generalis, & actio stipulatu.*
17 *Quot & quibus modis stipulatio reddatur inutilis.*
18 *Regulae incertitudo vitiat stipulationem, expositio.*
19 *Tres sunt stipulationis conditiones, de praesenti, de praeterito, & de futuro.*

1 

On tantũ†re cõtrahitur obligatio, sed etiã verbis, qui cõtractus propriè stipulatio dicitur. Est
2 autẽ†stipulatio, cõceptio verborũ, quib9 is qui
Stipulatio. interrogat, daturũ, facturúmve se id de quo interrogatus est, incõtinenti spondet, vel promittit. l. v. §. stipulatio autẽ. ff. eo. & habet nomẽ à stipulo, qđ apud veteres firmum significabat, fortè à stipite descendens, vt hîc in prin. tit. nostri. Est enim stipulatio firmissimus contractus, quo reliqui solent colligari. Dico in definitione, conceptio verborũ: quia hic contractus nõ oritur, nisi verborũ solẽnitas interueniat. Dico, daturum, facturúmve: quia stipulatio propriè cõtrahitur per verba futuri temporis, & per verba praesentis tẽporis cõtracta (vt promittis ꝙ des mihi centũ regulariter nõ valet. Dico, incõtinẽti: q̃a respõsio debet sequi interrogationẽ incõtinẽti, nullo actu extraneo interueniẽte. d. l. j. §. qui praesens. ff. eo. Dico, interrogatus spondet, &c. quia in hoc cõtractu requiritur ꝙ praecedat interrogatio, & sequatur respõsio, alioqui stipulatio nõ esset. Inde sequitur ꝙ neq; surdus, neq; mutus, neq; absens, stipulari possunt, exaudire enim se inuicem debent. Nec stipulatio esset, si promissor annueret capite, cùm neq; naturaliter; neq; ciuiliter obligetur. d. l. j. in princ. & §. si quis ita. ff. eo. Differt autem

autem† stipulatio primũ à conuentione: quia cõuentio est nomẽ valde generale ad omnẽ contractũ,& distractũ, siue re,verbis,literis,siue consensu,siue per nunciũ, vel per epistolã,siue expresse,siue tacitè fiat.l.j.§.cõuentionis, cũ simi li.ff.de pact. Et si differt cõuentio à stipulatione,sicuti species à genere. Secũdò, differt à promissione, quia ꝓmissio etiã generalius quiddã est,quã stipulatio: adaptatur enim ad pactũ,pollicitationẽ,& stipulationẽ: angustior tamẽ est quam conuentio.l.sciendũ.§.dictũ.ff. de ædil. edicto. Tertiò,differt à nudo pacto,quia nudũ pactũ propriè fit, quãdo quis non interrogatus promittit,ita tamen vt is, cui fit promissio,cõsentiat,licet promittentẽ nõ interrogauerit: ideóq; cõtrahitur per nudi consensus ministerium,sine verborum solennitate,nec parit actionem.l.iuris gentiũ.§. sed cum nulla.cum ibi not.ff.de pac. Quartò, differt à pollicitatione,quæ est,quãdo vnus promittit, & alter nec tacitè, nec expressè consentit promissioni.l.pactũ. ff. de pollicita. Et fit cõmuniter inter absentes per literas,vel per nũtium. Vides ergo in quibus differãt stipulatio,nudũ pactũ, & pollicitatio,q.sin stipulatione requirũtur interrogatio & respõsio,itẽ cõsensus vtriusq;.In nudo pacto satis est promissio sine interrogatione,modò tñ vterq; consentiat.In pollicitatione quoq; satis est nuda ꝓmissio cũ consensu vnius tantũ,promittẽs.f. Vide Do.Ias.super Rub.ff.de verb. obli. 3

Discrimen stipulationis à cõuentione. à promissione. à pacto nudo. à pollicitatione. Pollicitatio.

Est autem† stipulatio triplex,pura,in diem, & conditionalis. Stipulatio pura est,in qua nulla dies, siue cõditio apponitur. Et illa statim cõmittitur,quãdo est contracta, cessit enim,& venit dies.l.cedere diem.ff.de verb. sign. Debet tamen tantum temporis præterire,quòd traditio fieri possit,nisi tacitè insit tempus. Vt si quis purè promitteret dare centum Francofordiæ,hîc dies tacitè inest,quo scilicet possit venire Francofordiã. Stipulatio in diem est, quãdo dies apponitur certa vel incerta,dum tamẽ certum sit,q sit ventura:vt promitto centũ post mortem meam. Et hæc stipulatio non committitur, id est, promissum peti non potest, priusquàm veniat dies:ante euentum enim diei peti nõ potest,licet promissor statim sit obligat^9. Ideóq; in hac stipulatione dicitur dies cessisse,non autem venisse:id est, obligatio est quidem statim contracta, commissa tamen ante diei euẽtum non est. Imò & si dies venisset, eodem tamen 4

Stipulatio multiplex.

die peti non poteſt,quia totus is dies arbitrio ſoluētis tribuitur.§.omnis ſtipulatio.hîc tit.noſtro. Stipulatio conditionalis eſt quando apponitur conditio de futuro, quæ habet ſe ad eſſe & nō eſſe. Vt ſi ita ſtipulor:Promittis mihi cētū ſi Cæſar vicerit Turcā.l.itaque.ff.ſi cert.pe. Et hæc ſtipulatio non obligat ante euentū conditionis, nec etiam quid peti poteſt:quia quod eſt in cōditione,nō eſt in obligatione.l.ſi quis ſub cōditione.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſta. Hinc eſt quòd dicitur in ſtipulatione pura,ceſsit,& venit dies,id eſt,promiſſor ſtatim eſt obligatus,ita ꝙ peti poteſt.In ſtipulatione autē in diem,ceſsit quidē dies, id eſt, promiſſor eſt quidē obligatus,nondū tamē venit,id eſt, ante euentū diei peti nō poteſt.In ſtipulatione cōditionali neque ceſsit neque venit dies,id eſt,promiſſor non eſt obligatus, nec etiā ab eo quicquam peti poteſt ante euentum conditionis.

Stipulatio aut in dando aut in faciendo conſiſtit. Secunda ſtipulationum† diuiſio eſt, quòd quædam cōſiſtunt in dando,quædā in faciendo. In ſtipulationibus dādi promiſſor ſimpliciter ad dādum tenetur.l.vbi autē.§.fin.ff. de ver.obl.Et natura iſtius ſtipulationis eſt,quòd diuidi poteſt,id eſt,ꝙ pars debiti poteſt ſolui,& promiſſor,eiúſq; hęredes tantùm in reliqua parte conueniunt. Et hoc eſt verum,ſi promiſſa eſt quantitas aliqua, vt centū aurei. Secus ſi aliquod corpus vt homo,vel equus, &c. vel aliud indiuiduum promittatur: tum enim pars regulariter non poteſt ſolui.l.ij.§.& harum.& l. ſtipulationes non diuiduntur, in princ.ff.eo.In ſtipulationibus autem,quæ in faciendo conſiſtūt,vt ſi quis promittat ædificare domum,ſcribere librū, &c.ſi id nō fit,poteſt agi ad intereſſe, quanti ſcilicet ſtipulatoris interſit,rem promiſſam factam non eſſe.Et hoc verum,ſi non eſt adiecta pœna,vt hoc modo: Promittis mihi fodere vineam:& ſi nō feceris promittis nomine pœnæ decē?Et vtilius eſt adiicere pœnam, cùm intereſſe non facilè poſsit probari.l.ſi.ff.de præto.ſtipula.§.ſi.hîc tit.noſtro.

6 Stipulationum† quædam ſunt Iudiciales, quædā Prætoriæ,quædā cōuentionales,& quædā communes, ſcilicet tā
7 Prætoriæ,quàm Iudiciales.Iudiciales † ſtipulationes ſunt, quæ,à legibus Iuriſconſultorum vel Imperatorum ſunt ad inuentæ,& per officium Iudicis viuentis,ſiue principaliter ſiue incidenter accedatur,vbicunq; ei æquum viſum fuerit, exercētur, vt eſt cautio de dolo,vel ſimile quiddam, quod

Iudiciales ſtipulationes.

legibus ciuilibus,nō prætoriis,introductum est. Et hæ stipulationes non sunt numeratæ, nec etiā cōpræhenduntur sub certis titulis,sed sunt sparsæ per vniuersum ius ciuile. 8

Prætoriæ†stipulationes sunt,quæ non à lege Iurisconsultorū & Imperatorum,sed tantùm à iure prætorio introductæ sunt,& à iudice viuo exercētur.Et sunt†triplices, iudiciales,cautionales,& communes.l.j.in prin.ff. de prætor. stipula.Prætoriæ stipulationes iudiciales sunt,,quæ interponuntur propter sententiam,vt consequatur effectum: quales sunt iudicatū solui,quod continet tres clausulas. Prima, de re iudicata soluenda.Secunda,de causa defendēda. Tertia,de dolo malo absfuturo.l.iudicatū solui.ff. iud. solui. Itē continet rem ratam haberi,qua cōmuniter cauet procurator,si non habet mandatum,videlicet,dominum suum rem ratam habiturum, &c. de quo suo loco. Itē de nouo opere demoliendo,quatenus per sententiā apparebit iniustè ædificatū.Prætoriæ stipulationes cautionales sunt,non quibus stipulamur vt sententię pareatur,sed instar actionū habētur: agimus enim per eas,vt quid nobis detur vel fiat, inducaturq; nouatio qđ†fit quatuor modis.Primò, per stipulationem legati.Secundò,per stipulationē de tutela. Tertiò,per stipulationem rem ratam haberi. Quartò,per stipulationē damni infecti.Nouatio per stipulationē legati fit hoc modo:Si quis mihi in testamēto legaret decē in diē, ante euentum illius diei,actione ex testamento ab hærede testatoris petere nō possum.Si autē stipulor ab hærede illos decē purè,nouatur actio ex testamento,per illam stipulationē prætoriam,quæ dicitur legati stipulatio, & possum statim petere actione ex stipulatu.l.si Stichū.§.legata.ff.de nouat. Secūdò,fit nouatio per stipulationem prætoriam cautionalē de tutela,hoc modo:Tutor finita tutela cōuenitur actione tutelæ:si autem interposita fuerit stipulatio prætoria cautionalis,quæ dicitur,rē pupilli saluā fore,potest tutor conueniri actione ex stipulatu,q̃a actio tutelæ est nouata, siue trāsfusa in actionem ex stipulatu, propter stipulationē interpositā.l.si pupillus.ff.de nouationibus. Tertia stipulatio prætoria cautionalis est,rē ratā haberi, & inducitur per eā nouatio.Exemplū:vt si ꝓcurator ad negotia alicuius exegerit,pecuniā indebitā,si nō promisit de rato,id est,dominum suum ratum habiturū, conuenitur per condictionem indeb

Prætoriæ, 9 *quæ sunt triplices.*

10 *Quatuor modis quibus inducitur nouatio.*

indebiti à soluente pecuniam. Si autem promisit de rato, nouatur illa condictio indebiti, & datur actio ex stipulatione illa prætoria, quia promisit rem ratã haberi. l. si sine. in prin. ff. rem ratam haberi. Differt autem hæc cautio de rato à superiori cautione de rato, quod superior fit per procuratorem ad litẽ propter effectum sententiæ, hæc autẽ per procuratorem ad negotia, vt nouetur cõdictio indebiti. Quarta cautionalis stipulatio, quæ inducit nouationem damni infecti, hoc modo fit. Si vicinus meus, vi vel clã extruit opus, quod possit mihi nocere, competit mihi contra eum interdictum quod vi aut clã. Si autem stipulor ab eo de damno infecto. ista stipulatio prætoria cautionalis nouat prius interdictum quod vi aut clam. Vide l. j. §. iudiciales. cum glo. & Bart. ff. de prætor. stipu. Stipulationes prætoriæ communes sunt, quæ fiunt iudicij sistendi causa, & partim respiciunt processum iudicij, partim verò effectum sententiæ, qualis est illa: Promittis sistere in iudicio illo vel illo die? Item promittis defendere causam, &c. Effectus prætoriarũ stipulationum est, quod stipulator per eas redditur securior, & cautior: ideóque omnes cautionales dici possent. d. l. j. §. communes. ff. de præ

11 tor. stipulat. Differunt autem † stipulationes prætoriæ à iudicialibus stipulationibus, quòd in iudicialibus stipulationibus nõ requirũtur fideiussores, & pignora, sed satis est simplex cautio, siue repromissio, vt patet in cautione de dolo, nisi aliter à partibus actum sit. In prætoriis autẽ stipulationibus nõ est satis nuda promissio, sed requiritur satis datio

Quid differant prætoriæ à iudicialibus.

12 per fideiussores & pignora: exceptis † tribus. Prima est stipulatio ex noui operis nuntiatione, in qua distingue, Aut quis facit nouum opus in solo priuato: & tenetur satisdare pignoribus, vel fideiussoribus, de non nocẽdo vel demoliendo. Aut ædificatur in publico: & satis est nuda repromissio. Secunda est stipulatio de damno infecto, in qua quoque distingue, Aut fit opus in flumine publico, quod minatur damnum: & requiritur satisdatio per fideiussores, & pignora. Aut fiunt ædes in solo priuatorum, quæ minantur ruinam: & satis est nuda promissio. Hæc tamen distinctio procedit, si quis cauet nomine proprio. Si enim alieno nomine caueret, vt procurator, indistinctè teneretur satisdare per fideiussores & pignora, nec satis esset promissio. Tertia est stipulatio dupli in euictionibus, vbi satis est repromissio, nisi expressè

In quibus prætoriis stipulationibus cesset satisdatio.

presſè actum ſit de ſatiſdatione.In reliquis ſtipulationibus omnibus prætoriis requiritur ſatiſdatio vel per pignora,vel per fideiuſſores.d.l.j.§.ſtipulationum.ff.de prætoriis ſtipu. Secundò differunt, quòd ſtipulationes iudiciales etiam pœnales ſunt perpetuæ,id eſt,durãt xxx.annis.vt ĩ.de perpet.& temp.act.Vt ſi quis ſtipuletur hoc modo:Promittis de dolo abſfuturo?& ſi dolum cõmiſeris,promittis nomine pœnę du centa.Si promiſſor ante lapſum xxx.an.dolum cõmitteret, incideret in pœnam, quia hæc ſtipulatio iudicialis eſt perpetua.Prætoriæ autem pœnales,ſunt tẽporales,annum tantùm durantes.Vt ſi quis hoc modo ſtipulatur: Promittis de non iniuriando verbis:& ſi iniuriam mihi feceris,promittis nomine pœnæ centum? Hoc caſu ſi promiſſor,elapſo vno anno conuicia dixerit,non incidit in pœnam, quia hæc ſtipulatio eſt tantùm annalis.l.in honorariis.ff.de actio. & oblig.Tertio differunt quòd ſtipulationes prætoriæ ferè omnes compræhenduntur ſub certis titulis,vt ſub titulis de ædilitio edicto.de noui operis nuntiatione.de damno infecto.præteritis ſtipulationibus.rem pupilli ſaluã fore.iudicatum ſolui.rem ratam haberi,&c.Iudiciales nõ comprehenduntur ſub certis titulis, ſed ſunt ſparſæ per vniuerſum ius ciuile,&c.Et tantũ de prætoriis & iudicialibus ſtipulationibus,de qbus omnibus vide text.in l.v.& ibi Bart.& Iaſ.ff.de verb.oblig.tex.cum gl.& Bal.in l.j.ff.de prætoriis ſtipul.

Conuentionales ſtipulationes,ſunt,quæ neque iuſſu iudicis viui,neq; per edicta prætoris mortui,ſed ex partium cõuentione cõcipiuntur,quarũ totidem ſunt genera, quot poſſunt eſſe contractus.§.conuentionales.infra de diuiſ.ſtip.

13 Stipulationes†communes ſunt,quæ interdum ſunt iudiciales,interdum verò prætoriæ.§.cõmunes,ĩ.de diuiſ.ſtipu. quales ſunt, rem pupilli ſaluam fore, ſtipulatio duplæ, ſtipulatio de rato,&c.Stipulatio enim,rem pupilli ſaluam fore,prætoria eſt,quando,is,cui decernitur tutela, pupillo cauet,res ſaluas fore.Iudicialis verò eſt, quando vnus tutorum iuſſu iudicis viui, non ipſi pupillo, ſed aliis contutoribus cauet rẽ pupilli ſaluam fore,propter ſedandam diſcordiam.l.iij.in fine.ff.de adminiſtr.tuto. Sic ſtipulatio duplæ in euictionibus tum demum prætoria eſt ,quando venditur ſeruus, vel animal aliquod. Iudicialis verò eſt, quando venditur aliqua alia res pretioſior. Sicquoque ſtipulatio

Stipulationes communes.

tio de rato est prætoria,quando interponitur à procuratore actoris:iudicialis verò est,quando interponitur à procuratore rei,vt Io.de Plat.ſ.in tit.de diui.stip.Hæ ergo tres stipulationes dicuntur communes,quia interdum sunt iudiciales interdum verò sunt prætoriæ.Vide Bart.in l.v.in prin.ff.de verb.oblig.Et tantùm de diuisione stipulationum.

14 Acquirimus † autem obligationem non tantùm ex nostra stipulatione,sed etiam ex stipulatione illorum, quos in potestate habemus,puta per liberos nostros, puta in peculio profectitio quo ad plenā proprietatem,& in peculio aduētitio,quo ad vsumfructum.Itē acquirimus per seruos,&c. de quibus suo loco. Causa stipulationis est solēnitas verborum,præcedente scilicet interrogatione,& sequente responsione,cum consensu,& præsentia vtriusq;,tam stipulatoris, quàm promissoris.d.l.j.in princ.ff.de verb.oblig.Et hic contractus est à iure ciuili introductus, non autem à iure gen-

15 tium.Effectus † sunt,primò quòd stipulatio tanquam vinculum quoddam firmat omnes contractus,super quibus interponitur.Secundò,parit obligationem ad dandum, faciendum,vel præstandum,& per consequens actionem.

Contrariū tamen à plerisq; doctissimis tuetur.

Dantur † autem ex stipulatione duæ actiones, condictio certi generalis,& actio ex stipulatu: vt hîc,in prin. titu.no-

16 stri.Condictio certi generalis habet locum, quando certū quid deductū est in stipulationē, puta quod continet quid, quale,quantū:vt quando quis stipulatur vini Rhenensis decem vrnas.Actio autē ex stipulatu datur, quando incertum est quid sit promissum:vt si quis promittit equū in genere.

Quæ actiones ex stipulatione.

17 Redditur † autem stipulatio inutilis multis modis. Primò, propter impossibilitatē naturæ.Secūdò,propter impossibilitatem iuris.Tertiò,quando quis alteri, cuius iuri subiectus nō est,stipulatur.Quartò,propter diuersitatem in qualitate & quantitate:Quintò,ratione personæ stipulantis vel promittentis.Sextò,impossibilis condictio.Septimò,circunstantia loci.Octauò,error in re promissa. Nonò, turpitudo de quibus omnibus habetis in tit.de inut.stipu.

Inutilis stipulatio.

ENARRATIO Textus.

Si incerta sit. Hoc fallit in dote,pro qua datur actio ex stipulatu,licet incerta sit: & stipulatio non sit interposita: fingitur enim interposita fauore dotis.l.j.in princip. C.de rei

18 vxo.actio.Regula † est, quòd incertitudo vitiat stipulationem

nem.l.ita ſtipulatus.ff.de verb.oblig. Tu breuibus dic, Aut promittitur quid in genere generaliſſimo, vt ſi promitto animal,inutilis eſt ſtipulatio,& nulla datur actio: quia ſtipulator dando muſcam liberaretur. Aut promittitur quid in genere ſubalterno,quod Dialectici vocant ſpeciem, certisq́ue finibus continetur,vt homo, equus,&c.& debetur nec optimus, nec peſſimus, ſed mediocris.l.legato generaliter. cum glo:ff.de leg.j.Vide copioſiſsimè Docto. in dicta l.ita ſtipulatus.ff.de verborum oblig.

Confeſtim. Confeſtim intellige cũ quodã tẽporis moderamento,fortè decem dierum,ꝙ ſcilicet ſtipulator nõ ſtatim pulſet fores promiſſoris.l.quid dicimus.ff.de ſolution.

§. *At ſi ita.*

Quia ad tempus quid non poteſt deberi. Tempus,non eſt modus tollendæ obligationis, ſicut nec inducendæ: quia tempus,neque delictum, neque contractus, neque quaſi delictum,neque quaſi contractus eſt.Ergo non inducit obligationẽ:quia omnis obligatio ex iſtis quatuor oritur. Sic quoque obligationem nõ tollit tempus:quia non numeratur inter illos modos, qui obligationem tollunt, de quibus infrà. Quare ſequitur,ꝙ in hac obligatione,qua quis promiſit alicui decem aureos annuos quoad viuit,promiſſor etiã hæredi ſtipulatoris obligatus ſit. Hæres tamen petendo illos aureos,repellitur à promiſſore per exceptionem pacti conuenti:quia inter ſtipulatorem & promiſſorem conuentum erat,quòd illi aurei tantùm in vita ſtipulatoris peterentur. l.obligationum ferè.§.placet.ff.de act.& oblig.

§. *Loca etiam.*

Tempus adiectum. Committitur autem id tẽpus arbitrio Iudicis, qui æſtimat quãto tempore diligens paterfamiliâs in locũ ſolutioni deſtinatum peruenire poſsit,vt neque duplomate,id eſt,diebus & noctibus, & tempeſtate contẽpta hæc cõtinuare cogatur, neq; tam delicatè progredi debet, vt repræhẽſione dignus appareat:ſed ratione habita temporis,ætatis,ſexus,valetudinis,&c.proficiſcatur promittens vt eo tempore perueniat,quo pleriq; eiuſdem conditionis ſolent proficiſci.l.cõtinuus.§.cũ ita ſtipulatus.ff.de ver.obli.

§. *Conditionis.* 19

Conditio † eſt triplex,de præſenti,de præterito,& conditio de futuro. Conditiones de præſenti, & conditiones de *Conditio triplex.*

præt

præterito improprie sunt cõditiones, nec suspẽdũt obligationẽ. Vt cùm dico, Promittis mihi cẽtũ, si iam est côuentus principum Augustæ? Si illi principes sunt Augustæ, statim obligatio est commissa, si verò non sunt Augustæ, statim est nulla, nec suspẽditur. Cõditio aũt de futuro propriè est conditio. Vt cùm dico, Promittis mihi centum, si Cæsar vicerit Turcã? Hæc obligatio suspẽditur vsq; ad euẽtũ cõditionis.

Ne quantitas stipulationis. Si enim non est adiecta pœna in stipulatione facti, colligitur stipulator agere quanti sua interest rem promissam factam non esse: & sic teneretur ꝓbare interesse, quod tamen est difficile probatu, vt l.fi.ff.de prætor.stipulat.

VERS. *Sed si quædam fieri.*

Id est, si quis stipuletur factum affirmatiuum, & factum negatiuum simul, vt hoc modo: Promittis mihi ædificare domum, & posteà non impedire, quo minus inhabitem?

De duobus reis promittendi, & stipulandi. Tit. XVII.

1 *Duo rei promittendi & stipulandi qui dicantur. & nu 2.*

3. *Correi promittendi & stipulandi quid à promissore in defectum & à fideiussoribus differant.*

1 *Rei promittendi.* DVO rei † promittendi propriè dicuntur, qui vnam & eandem quantitatem, simul & semel æquè principaliter promittunt. Vt hoc modo, Titi, promittis mihi decem aureos? Et, Semproni, promittis mihi eosdem decem aureos, &c. Sunt duo rei promittendi, & quilibet tenetur in solidũ.

2 *Rei stipulandi.* Duo autem † rei stipulandi dicuntur, quando duo vel plures vnam & eandem quantitatem simul & semel æquè principaliter ab vno stipulãtur, & tenetur promissor cuilibet stipulantium in solidum.

3 *Quid isti differãt ab eo, qui in defectum promittit, & à fideiussoribus.* Differunt † autem duo rei promittendi & stipulandi ab eo, qui in defectum promittit, ꝙ adiectus in defectum non tenetur ad certam quantitatẽ, sed ad id tantùm, quod creditor à debitore suo consequi non potest. l.decem. cum ibi not.ff.de verb.oblig. Differunt quoque Correi à fideiussoribus, quòd fideiussores accedunt obligationi alterius, nec possunt conueniri in solidum, nisi Reo principali excusso. Correi autem sunt æquè principaliter obligati pro se, &c.

de

de quibus dicemus in tit.de fideiuſſoribus.Hodie tamē duo rei promittendi,& ſtipulandi,non conſtituuntur,niſi expreſſè agatur.Authen.hoc C.de duob.reis promit.

§. *Ex duobus reis.*

Vt ſi quis ita ſtipulelur:Titi,promittis mihi decē aureos, ſi celebrabitur concilium?Et,Semproni,promittis mihi eoſdem:purè conſtituuntur duo rei promittendi.

De ſtipulatione ſeruorum. Tit. XVIII.

1 *Stipulatio ſeruorum quid differat à ſtipulatione filiorumfamil.*

2 *Stipulationes ſeruorū quædam in facto,quædā in dando conſiſtūt.*

VERS. *Sed etſi hæreditas in pleriſque.*

DIcit notanter,in pleriſque:quia hæreditas non indiſtinctè ſuſtinet vicem defuncti.Si enim defuncto quid fuerit ablatum,dicitur furtū cōmiſſum..Hæreditati autē regulariter furtum fieri non poteſt,ſed ſi quid amouetur,dicitur crimen expilatæ hæreditatis. Vide glo.hîc in verb.pleriſq;. *Crimē expilatæ hereditatis,nō furtū in hereditate dicitur.*

VERS. *Idem iuris eſt.*

In hoc differt† ſtipulatio filiorumfamiliâs à ſtipulatione 1 ſeruorum,quòd filiifamiliâs in duobus caſibus ſibiipſis ſtipulando acquirunt obligationem,& non patri:vt ſi ſtipulātur ex cauſa caſtrenſi,vel quaſi caſtrenſi:Secus ſi ex cauſa aduentitia,vel profectitia,quia illa obligatio acquiritur patri. *Stipulatio ſeruorū & filiorumfamiliâs.*

VERS. *Sed cum factum.*

Stipulatio†ſeruorū eſt duplex,quædā conſiſtit in dando, 2 quædā in faciēdo.Quæ in dādo cōſiſtit,acquiritur domino: & in hoc caſu loquitur principium iſtius tituli.Quę vero in faciēdo conſiſtit,acquiritur ipſi ſeruo, cōmoditas tamen ad dominū pertinet:& in hoc caſu loquitur.§.ſed cùm factum.

De diuiſione ſtipulationum. Tit. XIX.

VERS. *Iudiciales ſunt.*

EXempla Iudicialis, vide in gloſſ.in verb.de dolo.& in verb.de perſequendo.

Prætoriæ ſunt. Damni infecti,vt hoc modo, Ædes vicini mei minantur ruinam:ego ſtipulor ab eo de damno futuro, vt caueat de reſarciendo,ſi quid inde damni acciderit.

Si aliter. Nam & prætor tum demum iubet res pupilli ſaluas fore caueri,quando conſtituitur tutor: & fit hæc cautio ipſi pupillo, Quando autem vnus ex tutoribus iuſſu iudicis non ipſi pupillo, ſed aliis cōtutoribus cauet rem pupilli ſal- *Stipulatio damni infecti.*

R uam

uam fore propter sedandam discordiam iudicialis res est.

De inutilibus stipulationibus.
Tit. XX.

1 *Stipulatio, quæ à principio fuit nulla, licet postea deueniat ad casum, à quo possit incipi, non tamen reconualescit stipulatio.*

2 *Infans, infantiæ proximus, pubes, & pubertati proximus, qui dicantur.*

VERS. *Nec in pendenti.*

1 Nota hîc † regulam, quando stipulatio à principio est nulla, vt est stipulatio liberi hominis, licet postea deueniat ad casum, à quo possit incipere, vt puta si liber homo promissus, factus fuerit seruus, non tamen reconualescit stipulatio. Et sic econtrà, si stipulatio ab initio valuit, vt si quis stipuletur seruum, qui deueniat ad casum, à quo non posset incipere stipulatio, puta quod sine facto promissoris manumitteretur vitiaretúrq; stipulatio, quæ ab initio valuerit.

VERS. *Nam infans.*

Infans, infantiæ proximus, pubes. Infans propriè dicitur, qui nondũ adimpleuit septimum annum. Infantię proximus, qui nondum adimpleuit decimũ annum, Pubes verò, qui adimpleuit xiiij. & pubertati proximus, qui adimpleuerit decimum annum.

§. *Si scriptum.*

Solennitas stipulationis hæc est, quòd præcedat interrogatio, & sequatur responsio. Et est duplex: Solennitas extrinseca & intrinseca. Extrinseca est, quando in instrumento tã de interrogatione, quàm de responsione cauetur. Intrinseca est, quando tantùm in instrumento fit mentio promissionis, tum ius præsumit interrogationem accessisse, nisi contrarium probetur.

§. *Quoties.*

Pœnæ adiectio. Neque enim necesse est in respondẽdo omnia repeti, quę stipulator expresserat. §. præterea. suprà eodem.

Adiecerit pœnam. Vt hoc modo, Promittis Sempronio dare xl. & si non dederis, promittis nomine pœnæ centum.

VERS. *Et si creditori.*

Vt si creditor meus, cui fundũ oppignoraui, promisit alicui pœná, quã si teneretur præstare, forte cogeretur vẽdere fundũ meum oppignoratũ: ego itaq; stipulor ab illo, cui debetur pœna, vt creditori meo pœnã remittat. Hoc casu va-

let stipulatio, licet alteri fiat, quia mea interest fundũ meũ, quẽ oppignoraui, propter pœnæ cõmissionẽ non distrahi.

§. *Versa vice.*

Sicuti stipulatio facti alieni sine pœnæ adiectione non valet, ita quoq; promissio alieni facti non valet, vt hoc modo, Promitto tibi quòd Titius scribat tibi librum.

§. *Item nemo rem suam.*

Vt hoc modo, Promittis mihi vuas in vinea mea nascituras, non valet: quia quod prius meum est, amplius meum fieri non potest.

§. *Quod turpi ex causa.*

Sicut enim de natura impossibile est, quem digito cœlum attingere: ita quoque de iure impossibile est, quem posse homicidium vel sacrilegium committere.

De fideiussoribus. Tit. XXI.

1 *Quinque sunt species personarum pro alijs se obligantium, mandator, sponsor, constitutus, expromissor, & fideiussor.*

2 *Duo sunt beneficia fideiussorum, quæ obijcere possunt.*

3 *Omnes, qui possunt obligari, possunt quoque fideiubere, exceptis militibus, clericis, & mulieribus.*

4 *Fideiussio potest fieri pro omnibus, qui ciuiliter vel naturaliter obligari possunt.*

5 *In causis criminalibus fideiussio non admittitur.*

6 *Fideiussor qui soluit pro reo, repetit ab eo per actionem mãdati.*



Ictũ est suprà de obligationibus, quibus quis principaliter, & pro seipso obligatur, sequitur nũc, quibus modis q̃s pro alio, & sic accessoriè obligatur. Sũt † aũt personarũ species, quæ pro alijs intercedũt, quinq;. Mãdator, Spõsor, Constitutus, Expromissor, & fideiussor. Mãdator est, qui cõsentit de præstãdo officio gratuito: & cõstituitur tantũ ante obligationẽ principalis, excepto vno casu: vt cũ mãdo creditori alicuius ne vrgeat debitorẽ suũ periculo meo. l. si verò non remunerandi. §. si post. vers. planè. ff. mãdati. Spõsor est, qui sua spõte, & sine rogamine intercedit ꝑ alio principali debitore præsente. Cõstitutus est, qui promittit nudo pacto soluere quod ipse vel alius ante debebat: & is tantũ post obligationẽ principalis accedit. Expromissor est, qui promittit ꝑ non obligato. Vt si dominus vellet manumittere seruũ q̃ ei debe

1 *Species personarum quæ pro alijs se obligant.*

Mãdator

Sponsor.

Expromissor.

deberet decẽ,& aliquis accederet promittens domino illos
decẽ pro seruo,diceretur is expromissor,quia promittit pro
seruo,qui obligatus non est,saltem ciuiliter.l. & elegãter.§.
Fideiussor seruus pactionis.ff.de dolo. Fideiussor verò est:qui per sti-
pulationẽ obligatur pro alio principali ad illud idem, vt sit
creditori diligentius cautum. Et si plures sunt dati fideiusso
res vni creditori, tenentur omnes in solidum ipso iure, nisi
creditor diuidat petitionem suam.l.reos. C.de fideiussorib.

Beneficia fideiussorum.


2 Habent tamẽ† fideiussores duo beneficia,q̃ obiicere pos-
Beneficiũ sunt. Primùm est beneficiũ epistolæ diui Adriani:quo credi
epistola di- tor cogitur diuidere obligationẽ,& à singulis suã partẽ pete
ui Adria- re,si modò soluẽdo sunt: si vero quidã fideiussorũ soluendo
ni. non sunt,cæteri onerãtur.§,si plures.hîc tit.nost. Hoc tamẽ
Authent. verũ est,si huic beneficio expressè nõ renũciauerũt.Secundũ
præsente. beneficiũ fideiussorũ est,dispositio Authenticæ,præsente.C.
C.de fide- de fideius.qua cauetur q̃ creditor fideiussorẽ cõuenire non
iussor. põt, nisi prius excusso principali debitore:q si fuerit absens,
vel nõ soluẽdo cõuenit fideiussor.Possunt autẽ† fideiubere
3 oẽs, q alioqui obligari possunt. Excipiũtur tñ milites.l.mili
tes.C.locati.secũdò clerici,tertiò mulieres:vt C.per totũ ti.
4 ad S.C.Velleia.Et põt† fideiussio fieri pro omnibus psonis,
q̃ ciuiliter & naturaliter obligari possunt. Itẽ põt accedere
fideiussor tantum in ciuili obligatione:vt pro eo, qui dedit
chirographũ alicui spe futuræ numerationis,in quo cõfite-
tur se pecuniã mutuo accepisse,quam tamen non accepit.Et
hoc casu habet fideiussor exceptionẽ contra creditorẽ,non
numeratæ pecuniæ.Similiter põt accedere fideiussor in so-
la naturali obligatione: vt si detur pro seruo tñ naturaliter
5 obligato.Prædicta† tñ omnia intellige in ciuilib' causis:q a
Crimina- in criminalibus fideiussio non admittitur. Causa finalis est,
bus nõ da- vt creditori diligẽtius sit cautũ.Sunt enĩ duæ cautiones,quę
ri fideius- dicũtur plenæ,per fideiussores scilicet & pignora: Si autem
sionem. fideiussor pro reo soluit repetit ab eo per actionẽ mandati.

§.*In stipulationibus.* Id est,fideiussio debet fieri per stipula
tionẽ,& stipulatio fit per interrogationẽ & respõsionem,&
fit solenniter.Si autẽ nunc in instrumẽto esset scriptũ quem
fideiussisse nec tamẽ fieret mẽtio stipulationis,nihilominus
præsumitur quod stipulatio intercesserit,& sic quòd omnia
sint solenniter acta:quia huiusmodi solennitates intrinsecæ
præ

præsumuntur.l.sciendum.ff.de verb.obgligatio.

De literarum obligatione.
Tit. XXII.

1 *Obligatio literarum est, quando debitor spe futuræ numerationis dat chirographum, in quo confitetur se certam pecuniæ summam mutuò accepisse.*
2 *Confessio facta in literis, ante biennium tantum parit ciuilem obligationem, post biennium quoque naturalem.*
3 *Quæ actiones oriantur ex obligatione in literis.*
4 *Quinque sunt casus in quibus cessat exceptio numeratæ pecuniæ.*



Equitur tertia species cõtractuũ, ex qua oritur obligatio, cõtractus literarũ scilicet. Est autẽ † obligatio literarũ, quando debitor spe futurę numerationis dat chirographũ, in quo cõfitetur se certã pecunię summã mutuò accepisse. Dico, spe futuræ numerationis: quia si ex causa de præterito cõfiteor me debere, vt quia emi rẽ aliquã à creditore: & tũc non attẽditur numeratio, sed tantũ an præcedẽs causa fuerit sufficiẽs: & hoc casu non habet locũ materia tituli nostri.l.aduersus.C.de nõ nu.pec.debet enim hæc obligatio fieri de præsenti, nõ autẽ de pręterito. Dico, dat chirographũ, &c. qa si debitor cõfitetur sine scriptura, nõ est obligatio literarũ. vt Salic.in l.generaliter.C.de nõ nu.pe. Dico, in quo cõfitetur se mutuò accepisse: quia si cõfiteretur pecuniã sibi esse numeratã, nõ esset cõtractus literarũ, sed cõtractus, qui re cõtrahitur, mutuũ scilicet. Dico, certã summam: quia hic cõtractus regulariter habet locũ in rebus, quæ numero pondere, & mẽsura, consistunt. Si autem ex alia causa, quàm mutui, confessio fiat, statim præiudicat sibi confitẽs.l. generaliter.C.de non nu.pec.est enim speciale in mutuo. 1 *Obligatio literarum.*

Causam efficientem istius obligationis vides esse cõfessionẽ in literis factam. Et est hîc contractus à iure ciuili introductus, reliqui enim fere omnes sunt iuris gentium. Effectus est † quòd confessio in literis facta parit ciuilem obligationem tantum ante biennium, non autem naturalem, quia defecit consensus debitoris: voluit enim tacite se nolle obligari, si numeratio pecuniæ non sequeretur. Post bienniũ accedit quoq; naturalis obligatio ad ciuilẽ. Præsumi- 2

tur eũ ꝙ pecunia sit numerata, ex quo debitor intra bien-
3 niũ chirographũ à creditore nõ repetiit. Oritur† autẽ ex il-
la obligatione actio ex stipulatu, si stipulatio intercessit: si
verò nõ intercessit, oritur actio, quæ vocatur condictio ex
lege. L. in cõtractibus. C. de nõ num. pec. Et si creditor intra
bienniũ actione ex stipulatu egerit, potest repelli p actio-
nẽ in factũ: Si vero cõdictio ex lege à creditore ꝑposita fue
rit intra bienniũ, eliditur p exceptionẽ nõ numeratæ pecu
niæ. Et trãsfertur onus probãdi in creditorẽ, vt probet sci-
licet pecuniã, de qua in chirographo mẽtio fit, numeratam
esse. Si vero post bienniũ agit creditor, probatur actio per
confessionẽ chirographariã, nõ enim præsumitur, debito-
rem fuisse tam negligentẽ, ꝙ bienniũ chirographum suum
nõ repetierit, si pecunia numerata nõ fuisset. Et sic est præ
sumptio pro scriptura, quæ trãsfert onus probandi in debi-
torem, vt probet scilicet pecuniã numeratam non fuisse. Et
hoc speciale in hoc contractu. Idem tamẽ est in sponso qui
confitetur se accepisse centũ aureos in dotẽ à socero, iuxta
l. in contractibus. in fin. C. de non num. pecu. in quibus ca-
sibus cessat exceptio non numeratæ pecuniæ. Vide Ioan. de
4 Plat. hic. Hæc† tamen exceptio nõ numeratæ pecuniæ ces-
sat in quinq; casibus. Primus, quando quis confitetur se re-
cepisse depositum. Secundus, quando procurator fisci con-
fitetur se recepisse solutiones tributorum, & collectarum.
Tertius, quando maritus post dotalia instrumenta confite
tur se dotem recepisse. Quartus, quando procurator fisci
vendens rem, cõfitetur sibi pretium esse solutum. Quintus,
quando mulier in instrumento fideiussionis confitetur se
pretium recepisse pro fideiussione. Vide Ioan. de Plat.

Quæ actio ex hoc contractu fluat.

Exceptio non num. pec. quãdo opponi nequeat.

Post multum temporis.

Non potest se defendere per exceptionem non nu. pec.
nisi paratus esset probare pecuniam numeratam non esse.

De obligationibus ex cõsensu. Tit. XXIII.

1 *Cõtractus ex cõsensu orti, quid ab aliis contractibus differant.*



Equitur quarta contractuũ species, contra-
ctus scilicet, qui consensu contrahuntur. Di-
cuntur autem illi contractus, consensu con-
trahi, propterea quòd in eis nudus cõsensus
parit obligationem & actionem, quod non
est

est in aliis cõtractibus, ideóq; differunt ab aliis contractibus. Et primò† differunt ab illis, qui re cõtrahuntur, quales 1
sunt mutuum, indebitum commodatũ, depositum, pignus, de quorum substantia est quòd res interueniat, alioqui nihil operantur. Secundò, differunt à stipulatione, de cuius substantia est, quòd partes sint præsentes, & cõsensum verbis exprimant. Tertiò, differunt à literarũ obligatione, in qua necessariò requiritur scriptura. Quartò, differunt à contractibus innominatis, qui quoq; cõsensu cõtrahuntur, sed tamẽ in eis solus cõsensus nihil operat: requiritur enim rei interuentus. Consensus tamen est de substantia omniũ contractuum, sed cõsensus solus, per hoc sine alio adminiculo nusquã parit obligationem, & actionem, quàm in emptione, locatione, societate, & mandato. Prætereà, differunt ab omnibus contractibus suprà nominatis, quòd in superioribus principaliter obligatur tantum vnus, vt in mutuo mutuatarius, in stipulatione promissor. In his autem contractibus obligatur vterq;, vt in emptione obligatur emptor ad pretium, vẽditor verò ad tradendã rem venditã. Postremò differunt à stipulatione, quòd in ea nihil venit, nisi de quo expressè actum est: in illis autem contractibus officio iudicis ex bono & æquo multa præstantur, de quibus actum non est. Vt si quis ignorans venderet equum vitiosum, teneretur emptori de vitio, vtcunque de eo nihil sit actum. Item, si quis simpliciter conduceret domum, cuius parietes rumperentur, &c. teneretur conditor de ruptis & cæsis officio iudicis ex bono & æquo, licet de eis nihil sit actum.

Discrimen horũ contractuũ cũ reliquis.

Per epistolam. Inde sequitur quòd etiam surdus & mutus hoc modo possunt contrahere.

Promittat. Et quod verbis omissum est, habetur pro omisso, neque aliquid præstatur ex æquo & bono.

De emptione & venditione. Tit. XXIIII.

1 *Emptio vnde & quare sit introducta.*
2 *Quomodo, & quibus modis contrahatur emptio. & nu. 4. 5. 6.*
3 *Emptor quãdo, & quas possit habere actiones cõtra venditorẽ.*
7 *Ex obligatione ad tradendam rem venditam, & numerandũ pretium, oriuntur duæ actiones, ex empto & vendito.*
8 *Quibus prohibitum sit emere vel vendere.*
9 *Quæ res prohibitæ sint vendere.*

10 *Ad quem spectet commodum, & periculum rei venditæ.*
11 *Quomodo emptori rei alienæ & euictæ succurratur.*
12 *Quot, & quibus modis rescindatur venditio.*
13 *Cassij & Proculi de rerũ permutatione & vẽditione contẽtio.*
14 *Contra eum, qui surripuit rem venditam, tres dantur actiones, rei vendicatio, condictio, & actio furti.*



Rimus contractus, qui cõsensu contrahitur, est emptio. Cœpit † autem emptio primum à permutatione: olim enim cũ nummus non esset, neque merx, neq; pretiũ constituebat, sed vnusquisque secũdũ tẽporum ac rerũ necessitatẽ vtilibus inutilia permutauit. Quia autem non semper, nec facilè concurrebat, vt tu haberes quod ego desiderarem, & econuerso, ego haberem quod tu accipere velles, inde electa materia est, cuius publica & perpetua æstimatio difficultatibus permutationũ æqualitate quãtitatis subueniret, eáque materia forma publica percussa, nummus dicebatur, pretiũ à merce distinguẽs, aut emptionẽ cõstituẽs.

Vetustissimus permutandi modus. *Nummus.*

1

2 Vide l. j. ff. de contrahẽ. empt. Contrahitur † autẽ emptio & venditio solo consensu, postquã inter emptorẽ & venditorem de pretio cõuentũ est verè, & nõ simulatè. Dico, solo cõsensu: quia nõ requirit interuẽtus rei. Vtcũq; enim merx tradita nõ est, nec pretiũ numeratũ, tamen si conuentũ est, vtrinq; orta est obligatio, quod s. vẽditor tenetur ad tradendã rẽ, & emptor ad pretiũ numerãdũ. Deinde quoq; nõ requiritur partiũ præsentia: quia inter absentes, vt per nuntiũ vel epistolã emptio fieri potest. Dico, verè, & nõ simulatè: quia si de pretio cõuentũ est animo donãdi, emptio nõ est. Cõtrahitur autẽ emptio & vẽditio bifariã: aut per verba præsentis tẽporis, vt quia vẽditor dicit: Vẽdo tibi illã, vel illam rem. Aut per verba futuri tẽporis, vt quia vẽditor promittit vẽdere & tradere.

Emptio.

3 Primo casu distingue, Aut facta † est vera traditio rei venditæ, & emptor nõ habet actionẽ ex empto ad perfectionẽ cõtractus, quia per traditionẽ iam perfectus est, habet tamen aliãs actiones. Prima, si res empta fuerit euicta, potest emptor agere de euictione cõtra vẽditorẽ. l. ex empto. in pri. in. ff. de emp. Secunda, si res vitiosa (intellige de vitio latẽti) est vẽdita, habet emptor actionẽ redhibitoriã cõtra vẽditorẽ, vt cõtractus dissoluatur. d. l. ex empto. §. redhibitionẽ. ff. de act. emp. Tertia, si venditor pacta

Emptoris actiones. *Vitium est à natura, morbus vero per accidens.*

adiecta

adiecta emptori non seruauerit, habet emptor contra eum actionē præscriptis verbis, &c. adimpletionē pactorū. l. ij. C. de pact. int. emp. & vēd. Aut est facta quasi traditio, puta quia vēditor cōfitetur se rē venditā precariò tenere ab em ptore: quo casu, quia trāslata est naturalis possesio p quasi traditionē, cōpetit emptori ad cōsequendā ciuilē possesio nē, actio ex empto. Ita colligitur ex gl. in l. Iulianus. §. possessionē. ff. de actio. emp. Aut res vēdita omnino nō est tradita: & tunc, aut emptor pretiū nō numerauit, vel numerauit, sed tantū partē pretij: & nō potest agere cōtra vēditorē actione ex empto, vt res tradatur (nisi aliter conuentū sit) quia venditor rem ipsam pro pignore retinere potest, nisi pretium soluatur. d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. emp. Aut emptor numerauit pretium: & tunc, aut vēditor habet rem venditā, & competit actori actio ex empto, ad rem traden dam. Aut venditor non habet rē, & agit emptor cōtra eum ad interesse, quāti scilicet sua interest, quòd res tradita non est. l. j. in prin. ff. de actio. emp. Secundo casu, quādo scilicet emptio & venditio celebratur per verba futuri temporis, distingue, Aut est à contrahentibus aliquid datum nomine arrarum: & tunc si communi cōsensu ab emptione discedi- tur, arra non amittitur. Si verò altero nolēte disceditur: & tunc si emptor discedit, amittit quod nomine arræ dedit. Si verò vēditor discedit, restituit duplum arræ. §. in his autē. hîc tit. nostro. Aut nihil est datum nomine arrarum, & impunè disceditur. arg. l. ij. C. quando liceat ab emp. disced.

Secundò † contrahitur emptio & vēditio, aut in scriptis, 4
aut sine scriptis. In scriptis fit, quando cōuentum est, quòd nō aliter valeat, quàm si desuper facta sit scriptura, quo casu cōtractus dicitur perfectus, postquàm scriptura redacta est in modum. §. in his autē. hîc titu. nostro. Et ante illā absolutionem scripturæ vterque potest pœnitere. Si tamē ab initio simpliciter contrahitur, & posteà fit scriptura tātùm ad probationē contractus, quo casu contractus etiam sine scriptura valet. l. contrahitur. ff. de pign. Si verò sine scriptis celebratur emptio, statim est perfecta quo ad obligationē, nec etiam est locus pœnitentiæ, vtcunque merx tradita nō sit, nec pretium solutum, nisi data sit arra: tum enim locus est pœnitentiæ, ita tamen quòd si emptor à contractu recedit, arram amittit: si verò venditor, restituat duplicatam.

5 Tertiò † cõtrahitur emptio vel purè, vel in diem, vel sub cõditione. Purè fit, quãdo neq; dies, neq; cõditio adiicitur, sed simpliciter cõtrahitur. In diẽ verò, cũ adiectio die, quo emptio perfici debet, cõtrahitur. Sub conditione, cũ in aliquẽ casum differtur emptio. De quibus vide §. omnis stipulatio. cum seq. I. de verb. obl. Dicitur autẽ & illa cõditionalis emptio, quando exprimitur, ꝙ si quis meliorẽ cõditionẽ adiecerit, res sit inempta, vt ff. per tot. de in diem addic.

6 Quartò † cõtrahitur emptio, aut simpliciter, aut adiectis pactis. Simpliciter contrahitur, quãdo vẽditor tenetur tantùm ad tradendam rem, emptor verò ad numerandũ pretium. Adiectis pactis contrahitur, quando vltra traditionẽ rei & pretij numerationẽ, alia quoq; requirũtur, vt hoc modo, Vendo tibi domũ meam sub illo pacto, vt si tu posthac vendere volueris, mihi vendas, Vel hoc modo, Vendo tibi sub hoc pacto, vt quandocunq; libuerit, à te redimere possem. De quibus C. per tot. tit. de pact. int. emp. & vendi.

Causa efficiens contractus istius, est consensus cõtrahentium. l. j. in fi. ff. de contrah. empt. Causa materialis est pretium in pecunia numerata, & merx, siue res, quæ venditur. d. l. ex empto. in princ. ff. de actio. emp. Effectus est parere obligationem ad tradendam rem venditam, & pretium numerandum, quæ obligatio † parit duas actiones. Actionem ex empto, & actionem ex vendito.

Pretiũ & merx, materia emptionis.

7

Duæ actiones ex hoc contractu.

8

Ex empto actio, quas alias contineat.

Actio ex empto datur emptori, qua agit cõtra vẽditorẽ vt rem venditã tradat. Et hæc cõplectitur tres alias actiones. Primò, actionẽ de euictione, qua agit emptor contra venditorẽ, si non fuerit dominus rei venditæ, & res euincatur. Secundò, actionem redhibitoriam, qua agit intra sex menses ad rescindendum contractum, si vendita est res habens vitium latens. Tertiò, actionem præscriptis verbis, si vẽditor placitis nõ steterit. d. l. ex empto. ff. de actio. empt.

Actio ex vendito competit venditori ad ea consequenda, quæ ei emptor præstare tenetur. In qua actione veniũt primum, pretium, quanti scilicet ea res vendita est. Secundò, vsuræ pretij post diem traditionis: nam cùm emptor re fruatur, æquissimum est, eum vsuras pretij soluere. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt.

Hic cõtractus celebratur inter omnes personas nõ pro-
8 hibitas. Prohibetur † autem in illis, quæ habẽt aliquam po

testa

testatem in persona emptoris vel vēditoris. Hinc sequitur, patrem non posse emere à filio, & econtrà, nisi in castrensi & quasi castrensi peculio. l. j. ff. de contrah. empt. Item tutorem à pupillo, curatorem ab adulto, & econtrà, nisi alterius tutoris authoritas accedat. Idem dic de procuratoribus, negotiorum gestore, œconomo ecclesiarum. l. si in emptione. §. fi. ff. de contrah. empt.

Vendi verò † non possunt res sacræ, sanctæ, religiosæ, publicæ, venenum, malum frumentum, quod pro exercitu principis, vel ad vsum Reipublicæ comparatum sit. Item liquores, arma, & similia, barbari, Spadones seu Eunuchi violenter facti, liberi à parentibus, perpetua hæreditas viuentis, &c. vt colligitur ex tit. C. quæ res vendi non poss. 9 *Quæ res vēdi possit*

Quando autem † quæritur, ad quem spectet commodum & periculum rei venditæ, distingue, Aut venditio est facta alternatiuè, vt, Vendo tibi Stichū aut Pamphilū: & tunc interitus prioris spectat ad venditorē periculum verò posterioris ad emptorē. l. si in emptione, §. si emptio. ff. de contr. emp. Aut est facta venditio super vna re certa. & tūc aut expressè cōuentū est ad quē periculū pertinere debeat: & pertinet ad illū, qui in se suscepit. l. si in venditione. in princ. ff. de per. & cōmo. rei vendi. Aut nihil est conuentū, & subdistingue, Aut vēditio est conditionalis: & tunc pendente conditione, spectat periculum ad venditorē. l. necessariò. §. quod si pēdente. ff. de peric. & com. rei vend. Aut est pura vēditio, vel per conditionis euētū purificata: & subdistingue, Aut res vendita est verè tradita, aut omnino non est tradita, aut est tm̄ quasi tradita. Primo casu subdistingue, Aut tēpore traditionis res est sine vitio: & periculum superueniēs spectat ad emptorem. l. j. C. de peric. & com. rei ven. Aut tēpore traditionis res erat vitiosa: & distingue, Aut loquimur de vitiis naturalibus, siue accidentalibus rerū animataru, vt puta de morbis animalium siue corruptis moribus seruorū: & tunc, aut est vitium patens & spectat periculum ad emptorē. Aut est vitium latens, vt quia venditur seruus, qui est fur: & tunc si ex illo vitio perit res vendita, periculum venditoris est. l. fin. C. de peric. & com. rei vend. Aut non loquimur de vitiis naturalibus rerū animatarū, sed de vitiis quarumcūq; rerū, quæ fortè rei venditæ ex facto emptoris vel venditoris insunt, vt quia venditor vendit rem alienā, quæ potest euinci: 10 *Periculū & commodum rei vēditæ ad quem spectet.*

&

& distingue, Aut causa euictionis præcedebat cōtractum, id est, ante emptionem potuisset res euinci:& pertinet periculum ad venditorē. Aut causa euictionis sequuta est emptionem, vt quia emptor post cōtractam actionē forte obligauit rem emptam, ita quòd ab eo posit euinci:& periculum emptoris est. d.l.j.§.author.C.de peric.& commo. rei vendi. Secundo casu, quando scilicet res vēdita perit ante traditionem, distingue, Aut perit per venditorem, quia eius culpa, mora, vel calliditate factum est, quò minus res traderetur:& periculum pertinet ad vēditorē l. quod si neque.ff.de peric.& cōmo.rei vend. Aut stetit per emptorē quo minus traditio fieret:& periculū spectat ad emptorē.l.lectos. ff.de peric.& cōmo.rei ven. Aut vterq;, tam emptor, quàm venditor fuit in mora vel culpa, quò minus traditio fieret & tūc ad eū spectat periculū, cuius culpa vel mora nouissima traditionem impediuit.l.illud.ff.de peric.& cōmo.rei ven. Aut neuter erat in mora vel culpa:& tunc si res vēdita perit, periculum emptoris est.l.fi.C.de peric.& commo.rei ven. Tertio casu, quando scilicet res vēdita non est verè tradita, sed quasi tradita, puta quia liquores per emptorē gustati sunt, grana mensurata, animalia signata.& distingue, Aut venditę res sunt per modū certarum specierū, vel certa corpora, vt quia quis emit vniuersum, quod in horreis positum erat, vel emit illam & illā amphorā vini, expressè designatam:& spectat periculum ad emptorem. Aut venditæ sunt quædā res è multis eiusdem generis ad mensuram tantum, vt si quis simpliciter emeret in cella vinaria decem vrnas vini mensurandas ex numero vasorum illic existentium:& tunc si perit vinum antequam mensuretur, pertinet periculum ad venditorem.l.ij.C.de peric.& cōmo.rei ven. Et quæ de periculo dicta sunt, tu quoque refer ad cōmodum: ad quem enim spectat cōmodum, ad eundem spectat quoque periculum.

Quando res ab emptore euincitur quale remedium emptoris.

11 Quando † autem res aliena, vel alteri obligata venditur, & postea ab emptore euincitur, quæritur, quibus modis emptori subueniatur? Et distingue, Aut expressè cōuentum est, de re euicta, venditorem nulla actione teneri. Aut conuentum est, re euicta venditorē actione de euictione tātùm nō teneri. Aut cōuentum est, re euicta vēditorem de certo modo tantū teneri. Aut omnino nihil cōuentum est. Primo casu distingue, Aut venditor vendidit bona fide, nesciens scilicet

licet rem alienam, vel alteri obligatam, & tunc si euincitur, non tenetur neque de pretio restituēdo, neque ad interesse. Aut venditor vendēs sciuit rem esse alienam, & sic fuit in dolo: & tunc re euicta tenetur emptori ad pretium, nō obstante illa remissione: nō enim debet simplicitas emptori obesse, & venditori dolus prodesse. l. tenetur. §. fi. ff. de act. empt. Secundo casu, quando scilicet cōuentum, est, venditorem actione de euictione tantum nō teneri, distingue, Aut quæritur de pretio restituendo: & tunc subdistingue, Aut emptor sciens emit rem alienam vel obligatam: & ea euicta, nō potest repetere pretium. l. si fundum. C. de euict. Aut nesciuit rem alienam, & tenetur venditor restituere pretium. Aut quæritur de interesse præstando, & nō tenetur venditor: per remissionē enim euictionis videtur quoque remissum interesse. l. emptorē. §. qui autē. ff. de act. emp. Tertio casu, quando scilicet cōuentum est de re euicta, venditorem de certo modo tantū teneri: & tunc seruatur quod est conuentū. Pactum enim est regulatum secundum voluntatem cōtrahentium, modò absit dolus. Quarto casu, quādo scilicet omnino nihil actū est de euictione, distingue, Aut euincitur possessio, aut proprietas rei venditæ. Si possessio, tūc non competit actio emptori contra venditorē ad pretium restituendum: quia res pro nō tradita habetur, sed potest emptor agere ad rem tradendam, vel secūdū quosdā ad interesse. l. ratio possessionis. in prin. iūcta gl. ff. de act. em. Si verò proprietas euincitur, tūc aut euincitur de facto: & venditor non tenetur, nisi promiserit emptori stare de euictione facti. l. ij. in prin. ff. de hæ. vel act. ven. Aut euincitur de iure, & sic causa cognita: & subdistingue. Aut sentētia, per quā euincitur, fuit inique lata per errorem: & nō tenetur venditor. l. si per imprudētiā. ff. de euict. Aut sententia fuit iusta: & subdistingue, Aut fuit vēdita res euicta cū vniuersitate, puta quia vendita fuit tota hæreditas, in qua erat prædiū alienū, qđ euinci poterat: & tunc si nominatim fuit actū de illo prædio: & tenetur vēditor. Si verò nominatim de eo actū nō erat, nō tenetur vēditor, per l. j. C. de euict. Aut res euicta fuit vendita singulariter, nec est facta mētio euictionis: & tūc si emptor in tpe, ante sentētiam scilicet, denūtiauerit vēditori de euictione, & tenetur vēditor de euictione. l. si rē, quā §. fi. ff. de euict. 12

Postremò † de rescindenda venditione dicemus, quo casu distingu *De rescin.*

denda venditione. Ubi molestissima distinctione author nos onerat. distingue, Aut venditio est ab initio nulla, aut ex post facto annullanda. Primo casu, aut est nulla ratione rei: vt si scienter empta res est sacra, sancta, religiosa, publica, liber homo, &c. & non opus est rescissione. Aut est nulla propter defectum substantialium contractus: & subdistingue, Aut loquimur de substantialibus extrinsecis emptionis, qualia sunt merx, & pretiũ: & tunc, quia vitia sunt apparentia, quoque non opus est rescisione: sed contractus ab initio nõ valuit. §. pretiũ autẽ. hîc titu. nostro. Aut loquimur de defectu substantialiũ intrinsecarũ, qualis est consensus, & tunc aut deficit consensus propter dolũ, qui dedit causam contractui, & quoq; non opus est rescissione: sed emptio fuit ab initio nulla. l. & eleganter. in princip. ff. de dolo. Aut defuit consensus propter metum, qui potuit cadere in constantem virum: & rescinditur emptio per actionem quod metus causa: vt C. & ff. per totum titulum, de eo, quod met. cau. Secundo casu, quando scilicet emptio ab initio valet, sed ex postfacto annullatur: & subdistingue, Aut respicimus personas cõtrahentium, vt si minor contraxit, & læsus est: & rescinditur emptio per restitutionem in integrũ, vt C. per totã, si aduersus venditio. Aut non respicimus personas contrahentium, sed ad ipsum contractum: & tunc, aut vendita est res habens vitium latens: & rescinditur venditio intra sex menses, per actionem redhibitoriam. l. ex empto. §. redhibitionem. cum simi. ff. de act. emp. Aut res vendita non est vitiosa: & tunc, si quis deceptus est vltra dimidium iusti pretij, agit vel ad supplementum pretij, vel ad rescissionem contractus. l. ij. C. de rescind. vend. c. cum causa. extrà, de empt. & vend.

Arrarum nomine. Arra datur duobus modis. Primò vt sit argumentũ emptionis, quo casu potest vterque recedere ab emptione cũ amissione arrarũ. Secũdò datur pro parte pretij: quo casu neuter à contractu, altero nolẽte, recedere põt.

13 §. *Diuersæ scholæ.* Conuentio erat, †vtrũ etiã esset emptio & vẽditio, si species solueretur pro specie. Et quidã, vt Sabinus & Cassius, tenuerint ꝙ sic, & probauerint ex versibus Homericis, quos habes hîc in tex. Sed contrariam opinionem, scilicet quòd non esset emptio; sed permutatio, tenuit Proculus: primo ex illa ratione, quòd in emptione requirantur duo, merx scilicet, & pretium: sed quando datur species pro specie, vt vinum pro frumento, non potest constare,

An sit emptio cũ species pro specie soluitur.

quod

quodnam ex his sit merx, & quod sit pretium. Præterea habet & ipse pro se versus Homericos, in sexto Illiados.

Iuppiter, eripuit mirè huic præcordia Glauco.
Qui cum Tityde demens crepitantia mutat,
Arma suberatis auro visenda corusco,
Próque nouem centum, pro ferro tradidit aurum.


Quia autem Proculus habet pro se rationes firmiores, & quoque versus Homericos, meritò eius sententia præualet: quia vbi super vna re variæ sunt opiniones, statur illi, quæ habet plures vel fortiores rationes.

VERS. *Vtique tamen.* Quando res vendita est surrepta, & constat vbi sit, dantur tres actiones. Primò rei vendicatio. Secundò condictio, qua scilicet, agitur contra personã illius qui surripuit. Tertiò actio furti. Hæ autẽ actiones dantur dominis tantũ. Quia autẽ emptor ante traditionem rei nõ est dominus, quæritur ergo si res empta surrepta fuerit quibus actionibus possit repeti? Et dic, vẽditori tanquam domino competere prædictas actiones, quas cedit emptori, & emptor virtute illius cessionis illis vti potest. 14 *Si res vendita surrepta sit, quot actiones dentur.*

De Locatione & Conductione. Tit. XXV.

1 *Locatio generalis duplex est, temporalis & perpetua, quæ vocatur emphyteusis.*
2 *Locatio & conductio est personæ siue rei pro mercede in pecunia numerata, vel conuenta, ad vsum facta concessio.*
3 *Locationis temporalis in expressam & tacitam subdiuisio.*
4 *Duæ ex hoc contractu oriuntur actiones, actio ex locato, & actio ex conducto.*
5 *Quibus ex causis conductor possit expelli.*
6 *Actio ex conducto quando competat conductori.*
7 *Quas ob causas conductori debeat remitti pensio.*
8 *Emphyteusis definitio, definitionisq́; explicatio.*
9 *Emphiteusis & locatio temporalis quid differant.*
10 *Differentia inter emphyteusim & feudum.*
11 *Emphyteusis duplex est, ecclesiastica & priuata.*
12 *Omnes contractus sunt iuris gentium, præter stipulationem, literarum obligationem, donationem propter nuptias, & emphyteusim: qui sunt iuris ciuilis.*
13 *Ad quem spectet periculum rei emphyteuticæ, si perit.*
14 *Emptio & locatio in quibus conueniant.*

Secun



Ecundus contractus, qui consensu contrahi-
1 tur, est locatio & cōductio, quæ † est duplex.
Locatio duplex. Quædā enim est tēporalis, quæ scilicet fit ad
certū tēpus, & illa retinuit nomen locationis.
Quædam verò est perpetua, & illa aliud nomē
sortita est, & dicitur emphyteusis. Primū de locatione tēpo-
2 rali dicemus. Est autē † locatio & cōductio, personæ vel rei
Locatio quid. pro mercede in pecunia numerata, vel cōuenta ad vsum fa-
cta cōcessio. Dico, pro mercede, ad differētiā commodati,
quod quoque est concessio, sed gratuita. In pecunia numera-
ta, dico: quia si conueniatur, vt vna res detur vsui pro alia, ve
luti si vsui darem tibi equos hodie ad opus faciendum, vt tu
mihi cras alios equos vtendos dares, non esset locatio, sed
cōtractus innominatus, facio, vt facias. §. præterea. hîc titu.
nostro. Dico, ad vsum, ad differentiā emptionis & venditio-
nis, in qua res nō cōceditur ad vsum tātùm, sed dominium
3 trāsfertur, si vendens & tradens est dominus. Est autē † du-
plex locatio tēporalis. expressa & tacita. Expressa est, quan-
do verbis expressis cōueniunt de re aliqua cōstituta, certa
mercede locanda. Tacita, quando conductor finito tēpore
locationis retinet rem locatā, sine aliqua alia & noua con-
uentione. Vtriusq; tamē eadē est natura nā in tacita cense-
tur repetitū id, de quo in expressa locatione cōuentū erat.
∴ Caussa efficiens istius locationis est consensus: quàm pri
mùm enim de mercede pro re vsui danda conuentū est, effi
cit ille consensus contractū, qui locatio dicitur. Causa mate
rialis est merx, & res, quæ locatur. Effectus est, parere obli-
4 gationem, quæ † obligatio parit duas actiones, actionem ex
Hic cōtractus quas pariat actiones. locato, & actionem ex conducto.
Actio ex locato datur locatori, qua petit mercedem pro
missam, quam si conductor non soluit, potest expelli. Item
† expellitur, si dominus rem conductam propriis vsibus ne
5 cessariam probauerit. Tertiò, si domum reficere voluerit.
Quibus casibus cōductor re conducta expellatur. Quartò, si conductor male in re locata versetur. Extra il-
los casus conductor expelli non potest. l. ædem. C. eo. Pro
mercede autem sunt locatori omnia illata & inuecta tacitè
obligata. l. certi. C. eod. Secundò agit locator hac actione
ad restitutionem rei locatæ, in qua consequitur quoque
restitutionem destructorum. l. cùm cōductorem. C. eodem.
In hac actione præstantur dolus, lata, & leuis culpa. Ideo si

roc

conducta dolo vel culpa cõductoris periret, periculum con ductoris esset. l. in iudicio. C. eo. Sub culpa cõprehenduntur primò imperitia, secundò, error: vt si fulloni vestes poliẽdæ datæ essent, quas mutaret: tertio ex negligentia, &c.

Actio ex †conducto datur conductori alicuius corporis vel rei ex his ferè causis, vt puta, si re non liceat vti, quã con duxit, quia possessio totius agri, vel partis eius nõ præstatur conductori, aut domus non reficitur, &c. & potest agere cõ ductor ad remissionẽ mercedis. In quo tamẽ distingue, Aut conductor impeditur vti re locata, impedimẽto locatoris: & tenetur locator ad interesse, quãti scilicet cõductoris inter- fuit re cõducta vti nõ potuisse. Aut impeditur impedimẽto tertij cuiusdã: & subdistingue, Aut locator potuit prohibere ne impediatur conductor, nec prohibuit: & iterũ tenetur ad interesse, si non prohibuit. Aut non potuit prohibere: & re- mittitur pẽsio, seruata iusta proportione. Itẽ agit cõductor pro remissione pẽsionis propter sterilitatẽ, vbi scilicet recõ pensari non potest cum vbertate residui tẽporis. l. licet. cum simil. C. eo. Remittitur quoq; †cõductori pẽsio propter vim fluminũ, graculorũ, sturnorũ, aut hostiũ, vel si vredo fructum corruperit, aut Solis feruore nõ assueto id acciderit, vel ager terræmotu ita corruerit, vt nusquã sit, vel domus sine culpa cõductoris incẽdio perierit. Et breuiter propter omnẽ vim, cui resisti non potest, agit cõductor ad remissionem merce dis, siue pẽsionis. l. conducto. ff. eo. Item agit conductor hac actione cõtra locatorẽ, si seruum furẽ, vel vitiosum, &c. vel vasa vitiosa scienter siue ignorãter locauerit. l. sed addes. §. j. ff. eo. Qui autem possint locare & conducere, item quæ res locẽtur, vide suprà de empt. Et tantum de locatione tẽporali, nunc de perpetua, quæ emphyteosis dicitur, dicemus.

6 Altera actio vocatur ex conducto. Varij casus in quibus remissionẽ pensionis cõductori fieri conuenit.

7

DE EMPHYTEOSI.

EMphyteosis †est contractus, per quem dominus, retento, dominio directo, & ciuili possessione trãsfert in Emphyteotam vtile dominium, & naturalem possessionem rei immobilis, ad hoc vt singulis annis ipse vel hæredes eius, domino, suísque hæredibus annuam pensionem soluant. Et habet nomen à Græco emphyteosin, quod implantare significat. Fitque communiter in scriptis, nisi consuetudo regionis aliter teneat. l. j. & ibi Barto C. de iure emphyteo. Dic in definitione, dominium directum transferre vtile dominium

8 Emphyteosis.

in emphyteotam,&c.ad differentiá emptionis,in qua transfertur per traditionem tam vtile quàm directũ dominium, modò tradẽs fuerit dominus. In emphyteosi autẽ directum dominiũ non trásfertur,sed tantùm vtile. Secũdò ad differẽtiam locationis tẽporalis,in qua neq; possessio,neque dominium trásfertur.
9 Sũt &†aliæ differẽtiæ inter locationem & emphyteosim,ꝙ locatio semper fit ad certum tẽpus emphyteosis autẽ cõmuniter in perpetuum. Item ꝙ cõductor rem locatá alteri locare potest, locatore etiá irrequisito.l.nemo. C.co.Emphyteota verò emphyteosim alienare non potest, nisi dominũ requisierit,an ipse velit emere:& si dñs directus vsque ad tres mẽses distulerit,tũ potest emphyteota vẽdere cui vult, modò detur domino directo,quinquagesima pars *der abzug*.l.fina. C.de iure emphyteo.Dico in definitione rei immobilis:quia emphyteosis in reb⁹ mobilibus cõstitui nõ potest,sicut nec feudũ.Et sic iterũ differt à locatione,quæ tá in rebus mobilibus,quá in immobilib⁹ fieri potest. Dico,vt singulis annis pẽsionem soluát,ad differentiá feudi, propter quod vasallus nullá soluit pensionẽ domino directo, sed cũ suis fideliter seruit.

Discrimina huius contractus locationis.

10 Est &†alia differentia inter emphyteosim & feudũ,ꝙ emphyteota emphyteosim, etiá dño inuito, seruato modo de quo s.diximus,alienare potest:vasallus autẽ sine cõsensu domini fundũ alienare nõ potest, vt per tot. tit.de proh.feu.alic.per Frid.& Lotha.Dico,vel hęredes ei⁹, ad differentiá vsusfructus,qui nõ tráſit ad hæredes.sed vná cũ persona vsufructuarij desinit:emphyteosis etiá ad hæredes emphyteotæ tráſit,modò soluát annuũ canonẽ.

Emphyteosis à feudo.

11 Est autẽ † emphyteosis duplex ecclesiastica,& priuata. Emphyteosis ecclesiastica cõstituitur,quádo œconomis videtur congruũ esse quædam bona:quæ fortè alioqui non sunt satis culta,in emphyteosim dari. Et hęc amittitur,si emphyteota intra biẽniũ canonẽ non soluerit.c.potuit. extrà, de locato. Priuata emphyteosis est quádo aliquis priuatus vel secularis transfert vtile dominiũ alicuius rei in emphyteotá. Et hæc emphyteosis amittitur,si emphyteotá intra trienniũ annuũ canonẽ non soluerit.l.ij.C.de iure emphyt.Cõstituitur autem vtraq; emphyteosis, aut in perpetuũ,vt s.neq; emphyteotæ, neq; hæredibus eius auferatur,quádiu pẽsio præstetur. Aut cõstituitur inter certas personas,id est,vsq; ad tertium, vel quartum gradũ,&c.aut ad certũ tẽpus,quod tamen rarò fit.

Emphyteosis duplex.

Causa-

Causa efficiens propinqua istius cōtractus,est consensus cōtrahentium. Causa autē remota est ius ciuile:nā † omnes alij cōtractus à iure gētiū sunt introducti,exceptis quatuor stipulatio literarū obligatio,donatio ꝓpter nuptias,& contract⁹ emphyteoticus:illi enim à iure ciuili introducti sunt vt glo.in §.ius autē gētium.in verb.penè.ī.de iure nat.gent. & ciuili.Primùm enim tantùm steriles fundi concedebātur in emphyteosim,vt maiori fide & diligētia colerent,posteà ex constitutione diui Zenonis, quæ est pars iuris ciuilis dispositū est, in idē seruādum esse in fertilib⁹ fundis,vt scilicet pro annua pēsione concederētur.§.adeò.hîc tit.no.Effectus est,parere obligationē,ex qua deinde nascitur actio,quæ vocatur condictio ex lege,scilicet diui Zenonis, quæ illum cō tractum introduxit,quo petitur Canon ab eo,cui res in emphyteosim data est,& agitur ad alia obseruanda, de quibus actum est in glo.in verb.propriam.§.adeò.hîc tit.nostro. 12 *Cōtractus iuris ciuilis.* *Actio ex hoc contractu.*

Quando autem † queritur ad quē pertineat periculū,si res emphyteotica perit,distingue, Aut est conuentū ad quē spectare debeat:& spectat ad eū,qui in se suscepit. Aut nihil est conuentū:& tunc, Aut perit tota res,& periculū est domini directi. Aut pars rei perit,etiā maxima,& spectat ad emphyteotam,adeò quòd nihilominus tenetur ad pensionem. 13 *Periculum rei emphyteoticæ ad quem spectet.*

ENARRATIO Textus.

Si alieno arbitrio. Vt si inter locatorē & conductorē ita cō uenerit:Quanti Titius æstimauerit,tanti sit res locata:valet locatio,si non Titius arbitrator iustā mercedē æstimauerit.

§. *Locatio & conductio.* 1

Sicut enim † emptio & venditio consensu contrahuntur, ita quoque locatio : & sicut in emptione substantialia contractus sunt prætium & merx,ita quoque in locatione substantialia contractus sunt,merces,& res,quæ locatur. Prætereà sicut in emptione pretium arbitrio tertij cōmitti potest,ita quoque in locatione merces. Postremò sicut in emptione pretiū debet esse in numerata pecunia; alioqui esset permutatio,ita quoque in locatione merces: alioqui esset contractus innominatus,facio vt facias. 14 *Variæ similitudines emptionis & locationis.*

Sed eo nomine. Quia sicut in emptione pretium debet esse certum,vel ex alterius definitione certificādum,ita quoque merces in locatione debet esse certa,vel certificanda.

Ac si naturalis esset contractus. Omnes alij contractus ex

iuris dispositione habent quædam substantialia, quæ omissa vitiant contractus: emphyteosis autem constat ex sola priuata conuentione contrahentium.

§. *Item quæritur*. Si materia est artificis, tunc sine controuersia contrahitur emptio: si verò materia est conductoris, locatio est: quia tunc conducit tantùm operam artificis.

VERS. *Conductor autem*. In locatione primùm seruãtur illa, de quibus expreßè actum est. Deinde autẽ, quia locatio est cõtractus bonæ fidei, multa veniunt præstanda ex æquo & bono, de quibus etiam expreßè conuentũ non est; qualia sunt, quòd locator potest petere intereße, si merces non soluatur. Item tenetur locator reficere fenestras, ostia, tecta, & parietes domus, si sine culpa conductoris perierint.

De societate. Tit. XXVI.

1 *Societas est duorum, pluriúmve conuentio honestè contracta, ad vberiorem quæstum, & commodiorem vsum.*

2 *Dupliciter contrahitur societas, expreßè & tacitè.*

3 *Expressa societas quot, & quibus modis fiat.*

4 *Societas in æternum contrahi non potest.*

5 *Si in societate non est aliter conuentum, seruatur lucri & damni æqualitas secundum proprietatem geometricam.*

6 *Quando, & quæ actio oriatur ex societate.*

7 *In societate præstatur dolus, lata & leuis culpa.*

8 *Quibus modis soluatur societas.*



1 *Societas.* Ertius contractus, qui consensu contrahitur, est societas. Dicitur † autem societas, duorũ pluriúmve conuentio honestè contracta, ad vberiorem quæstum, & cõmodiorem vsum. Dico, plurium: quia contra naturã istius contractus est, q vnus tantum contrahat. Dico, honestè cõtracta: quia malorum nulla est societas. Itaque si duo conuenerint de lucro communicando ex prohibita causa, vt furto, vel simili maleficio, societas non esset. l. si à reo. §. si. cum simili. ff. de fideiuss. Dico ad vberiorẽ quæstum, ad differẽtiam eorum, qui simul habitant in eadem habitatione, qui licet largè loquẽdo pro sociis haberi poßint, re ipsa tamen socij non sunt: ideóq; non cõpetit directa actio pro socio, sed vtilis tantùm, vt Spec. in tit. de iud. §. generalia. ver. hoc etiam;

2 Contrahitur † autem societas bifariam, expreßè & tacitè.

Ex

Expresſè cōtrahitur,quādo duo vel plures cōſulto & deliberatè,de rerū earum communicatione conueniūt.Et illa †fit quatuor modis.Primò de omnibus bonis,in qua veniūt ipſo iure omnes res corporales,quo ad dominium & poſſeſſionem.Deinde hæreditates,legata,donationes cauſa mortis:nomina *geldtſchuld* tamē non veniunt ipſo iure,ſed alter alteri cedit actiones.l.j.ij.& iij.ff.eo.Non quoque veniūt in hac ſocietate,quæ ex prohibitis cauſis,furto, vel alio maleficio acceſſerūt.Delictorū enim fœda & turpis cōmunio eſt. l.ſi fratres.§.fi.cum legibus ſeq.ff.eod. Secundò, ſimpliciter ſine mentione omnium bonorū:& tunc veniunt ſolum illa, quæ ex quæſtu,id eſt,opera perſonali quærūtur. Vt ſi quod lucrum ex emptione,vēditione,locatione,conductione,&c. deſcēdit,non autē hereditates,legata,& donationes,mortis cauſa,&c.quia illa nō ex quæſtu,nec opera,ſed ob meritum quoddam accedunt.l.coiri.cum ſeq.ff.pro ſocio. Tertiò fit ſocietas alicuius certæ negotiationis,vt vini,frumenti, olei &c. Et tunc veniunt ſolum ex illa negotiatione quæſita, & nihil præterea,vt hic in prin.tit.noſtri.Quartò contrahitur ſocietas in vna aliqua re:& tunc vltra rem illā ſocietas non extenditur,vt in equo,vel alia re emenda.l.v ff.pro ſocio. *Societas expreſſè cō tracta.* 3

Tacitè cōtrahitur ſocietas,vt ſi duo fratres maiores xxv. annis negotiati fuerint, & poſuerint quid in commune,videtur tacitè ſocietas cōtracta,in his ſcilicet negotiis,in quibus eſt communio.Secus tamen in hæreditate paterna communi, quia ſocietas non eſt, nec competit actio pro ſocio, ſed communi diuidundo,vel familiæ erciſcundæ.Vt Bart.in l.cum duobus.§.Papinianus.ff.pro ſocio. *Tacitè cōtracta ſocietas.*

Poteſt autem ſocietas contrahi, vel ad certum tempus, vel vſque ad mortē alicuius ex ſociis.Item purè,vel ſub conditione.l.j.ff.eo.In æternum †autē ſocietas nullo modo contrahitur.l.nulla.ff.eo. Eſt autem de natura iſtius cōtractus, quòd ſeruetur id de quo expreſſè partes conuenerunt.Si autem †nihil conuentum eſt,ſeruatur æqualitas damni & lucri ſecūdum proportionem geometricam,hoc eſt, ſi Titius & Seius contraxiſſent ſocietatem, & Titius poſuiſſet ducentos aureos, Seius verò centum tunc ſpectarent ad Titium duæ partes lucri, vel damni ad Seium verò vna. 4 *Huius cōtractus natura.* 5

Cauſa efficiens ſocietatis eſt, conſenſus contrahentium: quamprimum enim placuit de ineunda ſocietate, perfecta

est societas,licet in commune nihil sit collatum. l.qui amit-
6 titur.ff.eo.Effectus est,parere obligationẽ,ex qua†nascitur
Huius cõ- actio post societatem finitam,quę vocatur actio pro socio.
tractus In societate tamẽ vectigalium, in qua propter varios alios
quæ actio. contractus neutri prodest à societate recedere, datur actio
pro socio,etiã societate durante.l.actione.§.nonnunquã.ff.
eo.Agitur autem hac actione ad collationem rei, lucri,dã-
ni faciẽdam iuxta distinctionem suprà traditam. Vt si sit in
omnibus bonis,agitur ad collationẽ omnium bonorum,&
sic deinceps.Et datur hæc actio socio & hæredibus eius cõ-
tra socium,& eius hæredes,estque directa,id est,communis
einer hat den andern Vorzunemẽ. ab vtraque parte.§.ex quibus
7 dam.infrà.de pœna teme.litigan.In hoc † autem contractu
præstatur tantùm dolus,lata & leuis culpa, hoc est,quòd in
re communi socius tenetur tantam diligentiam adhibere.
quantam adhibet in rebus propriis. Leuissima tamen culpa
non præstatur: imputet enim sibi,qui negligentem socium
elegerit.l.cum duobus.§.venit.ff.eod.§.fi.hîc tit.nostro.

8 Soluitur†autem societas,primò morte naturali vnius ex
Soluendæ sociis,adeò,quòd si plures sint in societate, & vnus moria-
societatis tur,tota societas soluatur, nisi nouo consensu reintegraue-
modi. rint, vel conuentum esset inter eos, societatem etiam post
mortem alicuius ex sociis durare.l.actione.§.morte. ff.eod.
§.soluitur.hic tit.nostro. Secundò morte ciuili, vt maxima
capitis diminutione,veluti si quis ex sociis esset deportatus,
vel in seruitutem redactus.l.verum.§.societas.ff.eo.Tertiò,
publicatione omnium bonorum. d.l.actione.§.publicatio-
ne.ff.eod.Quartò,morte naturali rerum,quæ sunt in socie-
tate.Quintò,morte ciuili rerum in societatem collatarum,
veluti si cõditionem mutauerint,& ex prophanis sacræ, vel
religiosæ factæ fuerint,d.l.verum.§.fin.ff.eod.Sextò renun-
tiatione tempestiua.d.l.verum §.fi.ff.eod. Septimò,contra-
rio consensu.§.manet,hîc tit.nost. Octauò, cessione bono-
rum.§.item si quis.hîc tit.nost.Nonò,finito negotio.

§.*De illa sanè.*

Ita intellige hũc §.Titius & Seius cõuenerũt,vt duæ par-
tes lucri perueniant ad Titium, & damni tãtùm tertia pars,
& econtrà ad Seium duæ partes dãni,lucri verò tertia,valet
conuẽtio:& tunc computatione facta, si omnibus expensis
deductis lucrum superérit,Titio cederent duæ partes lucri,
&

& Seio tertia. Si autē nihil lucrati sunt, sed sunt in damno. tūc vna pars dāni spectat ad Titium, & duæ partes ad Seiū, Ratio hîc est in textu, quia sæpe tam pretiosa alicuius est opera, vt ex industria sua omne lucrum societati accedat.

De mandato. Tit. XXVII.

1 *Mandatum quid sit, & vnde dictum.*
2 *Mandatum contrahitur per verba, rogo, volo, peto, committo.*
3 *Expositio definitionis mandati.*
4 *Quot, & quibus modis contrahatur mandatum.*
5 *Ex mādato duæ oriūtur actiones, actio mādati, directa, & obli(qua.*
6 *Quid sit præstandum in mandato.*
7 *Quando mandatum finiatur.*
8 *Duo mandata sunt inutilia, consilium, & turpe mandatum.*
9 *Fines mandati non debent à mandatario excedi.*
10 *Quando res dicatur integra.*
11 *Contractus nominati ab initio voluntatis, ex postfacto sunt necessitatis.*



Vartus cōtractus, qui cōsēsu cōtrahitur, est mandatū. Dicitur† autē mandatū contractus, quo quis honestū officium & lege permissum, gratuitò, tacitè vel expressè expediēdū suscepit. Et dicit' mādatū, quasi manū datū: cōtrahitur† enim per hæc verba plerūq;, rogo, volo, peto, cōmitto &c. l. j. ff. mand. Dico †in definitione, officiū: quia hic contractus propriè est beneuolentia, quā reddit amicus amico, & ab amicitia primò sumpsit originem. Dico, honestum: quia in rebus turpibus & inhonestis non est obligatorium mandatum: vt si quis mandaret cōmittere furtum, vel adulterium. §. illud quoq;. hîc ti. nostro. Dico lege permissum: quia vtcunq; mādatum sit honestum, tamē si est cōtra leges, quoq; non est obligatorium: veluti si quis mādaret filiofamilias dari pecuniam mutuò, non valeret mandatū: esset enim cōtra Senatuscon sultum Macedonianū. l. j. cum simil. C. de Senatusc. Maced. Dico, gratuitò: q'a si merces interuenit, mandatū nō est, sed locatio operarū. §. fi. hîc tit. nostro. Remunerādi tamē causa potest mādator mādatori aliquid dare, & manet nihilominus mādatū. l. si remunerādi. ff. mādati. Dico, tacitè, quia quādo me præsente patior quē gerere negotia mea, māda

Marginal notes: 1 *Mādatū.* 2 3 *Amicitiā esse huic cō tractui originem.*

re videor.d.l.si remuneradi.§.si passus.ff.mand.Dico,expediendum suscepit: quia si quis administrat negotium in absentia alicuius sua sponte sine mandato suscepto, mandatū non est,sed quasi cōtractus: ideóq; non oritur actio mādati,sed actio negotiorum gestorū.§.igitur.suprà ti.proximo.

4 Contrahitur autem† mandatum sex modis.Primò, mea tantùm gratia,veluti si mandem vt negotia mea geras, vel pro me fideiubeas.Secundò,alieni tantùm gratia, veluti si mādo tibi,vt Titij negotia geras.Tertiò,gratia mea & aliena,puta,vt mea & Titij negotia geras. Quartò, gratia tua & mea,veluti si mandem,vt credas procuratori meo pecuniam sub vsuris.Quintò,tua & aliena gratia,veluti si mando,vt Titio sub vsuris pecuniam credas. Si autem mandarē,vt ei crederes pecuniā sine vsuris,esset mandatū tantum gratia aliena.Sextò,gratia mea,tua,& aliena, veluti vt pecuniam mihi & Titio sub vsuris credas. Si autem tua tantùm gratia fit mandatum,vt hoc modo:Titi,rogo te,vt des pecuniam sub vsuris; mandatum non est, sed consilium, nec oritur actio mandati.Potest autem mandatum contrahi inter præsentes vel absentes,per nuntium vel epistolam. Item purè,in diem,à die,vel sub conditione.

Quot modis mandatum contrahatur.

Causa efficiēs istius cōtractus est cōsensus.Effectus est, si mandatum,à mandatario est susceptum,quod parit obligationē:si autem ab eo susceptū nō est,nihil parit:est enim ab initio liberum,mandatum suscipere,vel nō suscipere, susceptum tamen obligat suscipientem,iuxta regulam,Contractus nominati ab initio sunt volūtatis, ex postfacto antē necessitatis,sicut C.de act.& obl.Obligatio† autē illa pa-

5 rit duas actiones,actionē mandati directā, & actionē mandati cōtrariā.Actio mādati directa,datur mādāti,qua petit rē ex mādato suo emptā,vnà cū fructib⁹:vel si mādatū expeditū nō est,agit ad interesse:veluti si Titio mādassem,vt Lypsiæ in nūdinis mea negotia gereret:q̄a acceptasset mādatū,nec tamē gessisset,cōpeteret mihi actio mādati directa cōtra eū,in quantū mea interest, negocia gesta nō esse. Si autē nihil interest,nulla datur actio, etiā si mādatum susceptū expeditū nō est.l.si procuratorē.§.mandati actio.ff. mand. Actio mādati contraria datur mandatario,eiusq; hæredibus,contra mandātem,eiúsq; hæredes,postquàm mandatū impleuit,qua petit quod mandantis nomine expēdit,

Huius cōtractus actiones.

in

in qua veniũt quoq; vsuræ. Veluti si mãdatarius empturus nomine mãdantis acciperet ad hoc pecuniã mutuo sub vsu ris,agit quoq; hac actione ad vsuras cõtra mãdantẽ.Itẽ dat hæc actio procuratoribus,& fideiussorib⁹. §. si quid autẽ.s. de fideiussor.Itẽ dat ei, qui ꝓ alio ꝓmittit animo nouandi. 6

Quando†autẽ quæritur,quid præstetur in mandato,distingue,Aut est tale mãdatũ,in quo requiritur exactissima diligentia,vt in causis forensibus, quæ mandantur procuratori:& tenetur procurator præstare leuissimam culpam.l.à procuratore.C.mand Aut est tale mandatum,in quo requiritur exacta diligentia,vt soluere pecuniã,ædificare domũ, &c.& tenetur mandatarius præstare leuem culpam.l. in re mandata.C.mandati.Idem dic de illis,quæ requirũt modicam diligentiam,vt portare literas,vel simile quiddam: nisi mandatarius in se receperit custodiam vel mercedem: tunc enim teneretur etiam de periculo rei. quod nota contra vectores & nuntios.l.eum,qui.§.si epistolam.ff. de furt. De casu autem fortuito non tenetur. *In mandato quid præstetur.*

Finitur†autem mandatum primò, si re integra mãdatarius reuocauit. Dicitur autẽ re integra, si eo tẽpore renuntiet is,quo mandanti integrum ius explicandi eãdem rem per se vel per alium reseruatũ sit:Si tamẽ mãdatarius post negotium susceptũ aduersam valetudinẽ,capitales inimicitias,aut similes causas prætendere possit,tũc quoq; renuntiatio habet locum.l.si mãdauero.§.fin.cum trib.legib.seq. ff.mand. Secũdò,morte mãdatarij re integra.Tertiò, morte mãdantis re integra. Si tamen post mortem mandantis mãdatarius mãdatũ fuerit executus, & ignorauerit mãdantẽ mortuũ,subueniret ei ex æquitate.§.rectè.hîc ti. nostro. 7 *Quomodo finiatur mãdatum.*

EXPOSITIO Textus.

Aut si volente. Id est,si Titius fideiussisset pro Sẽpronio, creditor autem,qui eum fideiussorem accepisset, egit cum eo ex fideiussoria causa,Titius autem mãdet,vt cum Sempronio reo principali agat suo periculo, mandatum dicitur contractum gratia tua,& mandantis.

Stipulere. Exemplum: Caius dedit Seio centũ aureos, & vult aliũ delegare,qui pro eo ꝓmittat, ita vt fiat nouatio, Seius aũt creditor recusat,ideoq; Cai⁹, principalis debitor mãdat Seio creditori suscipere ꝓmissionẽ à delegato, suo periculo:hoc mãdatũ vtiq; fit mãdãtis & mãdatarij gratia.

8 §.*Tua tantùm gratia.* Mandatum † inutile est duplex, consilium, & turpe mandatum. Mandatum tua tantũ gratia est consilium, ideóq; nõ obligatorium, quum ex cõsilio nemo teneatur. In hoc tamen distingue. Aut loquimur in cõtractibus: & tũc si consilium sit bona fide, & nõ tenetur cõsulens, modò mãdatarius alioqui fuisset facturus, etiam si nõ fuisset cõsultum. Si autem nõ fuisset alioqui facturus: & tenetur consulens. l. si remunerandi. §. planè. ff. mandati. Aut est consilium fraudulentum, vt puta, quia cõsulens sciebat quẽ breui cessurũ bonis, & mãdauit vt quis illi daret pecuniã mutuò: certè cõsulens hoc casu tenetur actione de dolo. l. ꝙ si cùm scires. ff. de dolo. Aut loquimur in delictis: & tũc aut delictũ est sequutũ: & tenet̃ cõsulẽs illi, in cuius perniciem consuluit, eius enim ope factũ esse intelligitur. l. qui seruo. ff. de furtis. Aut delictũ nõ est secutũ: & tũc, aut loquimur de grauiorib⁹ delictis, qualia sunt, magna furta, itẽ cædes, & similia: & punitur cõsulens extraordinariè. i. non est certa pœna in iure expressa, quæ debet imponi illi, q̃ cõsuluit vt quis delinqueret, sed punit̃ arbitrio iudicis. Et est ratio, quia in leuioribus spectatur exitus, non voluntas: secus autem in grauioribus. l. in eum. ff. de extraor. crimi. Aut loquimur de leuibus, vt de iniuria verbali, &c. & non tenetur cõsulens. l. item apud Labeonẽ. §. si curauerit. ff. de iniuriis.

De mãdato inutili.

Non tamen vllam. Consulens tamen tenetur illi, in cuius perniciem consuluit. d. l. qui seruo. ff. de furtis.

§. *Is, qui exequitur mandatum.*

9 Regula est, fines † mandati diligenter custodiri debere, nec ab eis recedi. In hac distingues, Aut mãdatum est generale, nec habet determinatam & certam formam: vt mãdo alicui, vt emat mihi librum, nec tamen exprimo pretium: & valet emptio pro quocunque pretio res empta sit. l. præterea. ff. mandati. Aut mandatum habet specificam & determinatam formam, puta, quia mando tibi, vt domũ meã vendas pro centum aureis: & tunc si mandatarius maioris vendiderit, valet vẽditio, quia maiori summæ inest minor. Si verò minoris, non valet, & possum domum meam, non obstante venditione vendicare, nisi emptor sit paratus reliquũ, quod deest summæ, addere. l. diligẽter. ff. eo. Sic quoq; si mando vt emas mihi rẽ pro cẽtum aureis, maioris emere nõ licet, minoris verò sic: quia maiori summæ inest minor.

Regula generalis in mandato.

Integ

Integra res sit. Res dicitur†integra multis modis. In procuratore ad litē dicitur integra ante litē conteſtatam, vt col ligitur ex l.nulla. C.de'procu. In procuratore autē ad negotia integra res eſt, ſi nondum fecit præparamēta neceſſaria. Exemplum: Si tibi mādaſſem, vt ædifices mihi domum, quā diu lapides & ligna parata nō ſunt, res integra eſt, & poteſt mandatum reuocari à parte mandantis &c. 10

Res integra quot modis dicatur.

§. *Mandatum non ſuſcipere.*

Regulariter†omnes contractus nominati ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto autem neceſſitatis. l.ſicut. C.de act. & oblig. In mandato tamen, eſt ſpeciale, quia mandatarius etiam mandato ſuſcepto re integra pœnitere poteſt, & renuntiare. Ratio iſtius ſpecialitatis hæc eſt, quòd ex mandato tum demum datur actio directa poſtquam cœpit interesse mandantis: ſed re integra, mandantis nihil intereſt, ergo nulla competit actio, & per conſequens habet locum reuocatio: quæ ratio ceſſat in aliis contractibus. 11

Singulare in mandato.

Nulla mercede conſtituta. Si enim incerta fuerit conſtituta merces, fit contractus innominatus, do vt facias, & competit actio præſcriptis verbis.

De obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur. Tit. XXVIII.

1 *Quaſi contractus dicitur, quando quis obligatur ignorans.*
2 *Ex obligatione quaſi contractuum ſex oriuntur actiones.*
3 *Actio negotiorum geſtorum oritur, quando quis ſua ſponte aliena negotia neceſſariò in alicuius abſentia vtiliter gerit.*
4 *Actio negotiorum geſtorum eſt duplex, directa, & contraria.*
5 *Ad quid teneatur negotiorum geſtor.*
6 *Actio tutelæ quare dicatur ex quaſi contractu oriri.*
7 *Actio tutelæ quando datur, & quòd ſit duplex.*
8 *Actio communi diuidundo quid ſit, & quotuplex.*
9 *Familiæ erciſcundæ actio eſt, quæ datur pro vniuerſitate diuidenda.*
10 *Actio familiæ erciſcundæ eſt duplex, directa, & vtilis.*
11 *Actio ex teſtamento quæ ſit.*
12 *Condictio indebiti quare dicatur oriri ex quaſi contractu.*
13 *Enumeratio actionum, quæ datur in confitentem in ſimplum, in negantem verò in duplum.*

Dixi

Iximus suprà causam actionis psonalis esse obligationẽ, obligationis autẽ causas, contractus, quasi cõtract⁹, delicta, quasi delicta. De cõtractibus hucusq; dictum est, nunc de

1 quasi cõtractibus dicemus. Dicit† autẽ quasi cõtractus, qñ quis obligatur ignorans. Dico, ignorãs, ad differentiã verorũ contractuũ, in quibus consensus est de substantia: sed in quasi contractibus, licet vtrinq; non sit consensus, leges tamẽ interim consentiunt nomine ignorantis, præsumentes neminẽ tam stultum, quin velit conditionem suam etiam absens meliorem fieri. §. igitur. hîc titu. nostro.

Quasi contractus.

2 Oriũtur† autem ex obligatione quasi contractuum sex actiones.

Actio	Negotiorum gestorum.
	Tutelæ.
	Communi diuidundo.
	Familiæ erciscundæ.
	Ex testamento.
	Condictio indebiti.

DE ACTIONE NEGOTIORVM gestorum.

3 Actio† negotiorũ gestorũ oritur, quando quis sua spõte aliena negotia necessaria in alicuius absentia vtiliter gerit. Dico, sua spõte: si enim alterius gerit negotia rogatus, non datur actio neg. gest. sed actio mãdati. Secũdò, ad differentiã tutelæ, in qua tutores quoq; gerunt aliena negotia, non tamẽ sua spõte, sed ex necessitate, ideóq; specialis actio ad hoc est prodita, scilicet actio tutelæ. Dico, aliena, ad differẽtiã propriorũ negotiorũ, ex quorũ gestione nulla datur actio. Dico, necessaria: quia si quis tãtum vtiliter gerit sine necessitate, hæc actio nõ datur, sed permittit̃ expẽsarũ ablatio, si sine læsione prioris status auferri possunt. l. sed an vltrò. §. is aũt. & l. ex duobus. ff. de neg. gest. Dico, in alicuius absentia: nam si géro alterius negotia in eius præsentia, videor ab eo habere mãdatum, ideóq; hæc actio nõ cõpetit, sed actio mãdati. l. remunerãdi. §. si passus. ff. mãd. Dico, vtiliter gerit: vtcũq; enim effectus nõ sequatur, tamẽ si qs vtiliter gerit, datur hæc actio. Exẽplũ. Si medicus curaret absentis cuiusdã filium, nec posset restituere pristinæ sanitati, ita ꝙ filius moreretur, teneretur nihilominus pater medico act

Actio negotiorũ gestorum.

eo actione negotiorũ gestorũ. Et habet hæc actio quoque locũ.si tantùm vnũ negotium gestum sit,secundum glo.hîc, in verb.negotiorũ.Est autem † actio negotiorum gestorum duplex directa,& contraria.Directa datur ei, cuius negotiũ gestum est,eiúsq; hæredi cõtra gestorem, vt reddat rationẽ administrationis, & reficiat si quid malè administrauit. Cõtraria datur ipsi gestori,eiusq; hæredi, qua repetit,si q̃d impendit de suo.Cessat tamen hæc actio cõtraria in multis casibus.Primò ratione affectionis, vt si vitricus ex paterna affectione præstitisset priuigno alimenta,vel maritus vxorem ægram ex maritali affectione curasset,&c.l.si paterno. C.de neg.gest.Secundò,si quis prohibuisset quem eius negotia gerere.l.fin.ff.de neg.gest.Vide Io.de Plat.hîc. 4 *Actio negot. gesto. duplex.*

Quãdo † autem quæritur,ad quid teneatur negotiorum gestor,distingue,Aut loquimur de gestis:& tunc si nullus adfuit,qui potuit cõmodiùs gerere,regulariter tenetur de dolo,lata,& leui culpa.l.tutori.C.de neg.ge. Si autem adfuit diligentior,qui potuisset cõmodiùs gerere, tenetur gestor de leuissima culpa.§.sicut.hîc tit.nost.Interdum tamen tantùm tenetur de dolo:vt si aliquis videret mea bona distrahi coactus affectione meis negotiis gerendis se obtulit.l.iij.§. interdum.ff.de neg.ge.Aut loquimur de neglectis negotiis & tunc,aut accessit vt gesturus omnia:& indistinctè tenetur de neglectis.Aut accessit vt gesturus aliqua:& tunc aut diligentior aderat,qui volebat omnia gerere: & quoque tenetur negligens de omnibus.Aut nemo aderat:& tenetur tantùm de susceptis,non autem de neglectis.Vide.Ang.hîc. 5 *Neg. gest. de quo teneatur.*

DE ACTIONE TVTELÆ.

Secũda est actio tutelæ,quæ † ideo dicitur ex quasi contractu orta,q̃a inter tutorẽ & pupillũ oritur obligatio, pupillo etiã ignorãte & nõ consentiẽte,imò inuito. Quia autem nihil inter se cõtraxerunt,neq; ex delicto,aut quasi delicto obligati sunt,dicitur hæc actio ex quasi cõtractu procedere,& oritur † hæc actio,tutela finita.Est autem duplex,directa,& cõtraria.Directa datur pupillo cõtra tutorẽ finita tutela,vt reddat rationẽ suæ administrationis. Cõtraria verò datur tutori contra pupillũ qua repetit, si quid in rẽ pupilli impẽdit,vel pro eo fuerit obligat᷒.Idẽ dic de actione tutelæ quæ datur contra eũ,qui gessit tutelam nomine alterius tutoris,&c.Quid autem,& quotuplex sit tutela, suprà dictum 6 *Tutelæ actio quare fit ex quasi contractu.* 7

est. Præstat autem tutor regulariter dolum, latam culpam, & leuem culpam. l. quicquid. C. arbitrium tutelæ.

DE ACTIONE COMMVNI diuidundo.

8 Tertia est†actio communi diuidũdo, quæ competit pro rebus singularibus diuidendis, vel pro his, quæ in re cõmuni expensa sunt, vel si quis solus ex re cõi fructus perceperit. Veluti, si duobus fundus esset legatus, & vnus sol⁹ ex eo fructus percepisset: certè obligatus esset alteri. Quia autem neque contraxit, neque deliquit, neq; quasi deliquit, ex quasi cõtractu obligatio orta est. Est autẽ duplex hæc actio, directa, & vtilis. Directa datur iis, qui habent rerũ dominium in re cõmuni: vtilis verò illis qui habent quasi dominium: veluti his, qui emerunt rem communem bona fide à non domino. De hac actione infrà dicemus, de actionibus mistis.

Actio cõmuni diuidundo.

DE ACTIONE FAMILIÆ erciscundæ.

9 Quarta†est actio familiæ erciscundæ, quæ competit pro vniuersitate, veluti pro hæreditate diuidẽda. Quia verò hæredes inter se nihil contraxerunt, ex quasi contractu videntur obligati, vt diuidant. Differt autem hæc actio à superiori, quòd illa datur pro rebus singularibus diuidendis, hæc autem pro vniuersitate.
10 Et est†quoque duplex, Directa, & vtilis. Directa datur hæredibus, siue ex testamento, siue ab intestato sint hæredes. Vtilis verò est, quæ datur bonorum possessoribus, quia de iure ciuili hæredes non sunt: & de hac infrà dicemus.

DE ACTIONE EX TESTAMENTO.

11 Quinta est†actio est testamento, quæ competit legatariis, eorumque hæredibus pro legatis, contra hæredes grauatos. Licet enim legatarij cum hæredibus nihil contraxerint, tamen hæredes adeundo hæreditatem, cum omnibus legatariis & creditoribus quasi contrahere videntur.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

12 Sexta est†condictio indebiti, quæ ideo dicitur oriri ex quasi contractu quia quando quis soluit quod non debet, putãs tamẽ se debere, potius distrahere q̃ contrahere videtur, ideoque ex quasi contractu obligat accipientem, quod posteà reddere tenetur. Quid autẽ sit indebitũ, & quando habet locũ condictio indebiti, suprà dictũ est de indebito.

ENAR

ENARRATIO Textus.

§. *Ex quibuſdam*

Sunt quædam† actiones, quæ dãtur in confitentẽ, in ſim- 13
plum, in negantẽ autem in duplum: quia inficiando lis creſcit, quales ſunt, actio damni, iniuriæ, ex lege Aquilia actio depoſiti ex quatuor cauſis incẽdio, naufragio, ruina, &c.& actio ex teſtamento, quæ competit pro legatis ad pias cauſas.§.furti.ĩ.de action. In illis actionibus dicit textus hic, ſi quid indebitè ſoluatur, non poteſt repeti per condictionem indebiti. Exempli cauſa: Si quis ageret contra me, quòd penes me depoſuerit centum aureos in incendio, licet depoſitum non ſit penes me, ſed penes aliũ, ego autẽ vereor, ſi negem depoſitum, & ipſe me vicerit, quòd condemnatio fiat contra me in duplum propter inficiationem, ideoq; ante cõdemnationem ſoluo depoſitum: iam quæritur ſi poſteà conſtiterit actorem nihil penes me, ſed penes alium depoſuiſſe, vtrum ego illud ſimplum, quod indebitè ſolui, per condictionem indebiti repetere poſſim? Et deciditur quòd nõ: videor enim tacitè tranſegiſſe cum deponente, & potuit fieri ſi litigaſſem quòd fuiſſem damnatus in duplo, quare debeo contentus eſſe, quòd ſolutio ſimpli me liberauit.

Ex lege Aquilia. Vt ſi quis alteri⁹ ſeruũ me præſente interfeciſſet, & ego accuſer, licet non fecerim, tamẽ qa vereor ꝙ condemnatio fiat in duplũ ſi negarẽ, do illi ſimplũ, poſteà vtcunque conſtiterit me non feciſſe, tamen illud ſimplũ indebite ſolutum repeti nõ poteſt: quia ex quibus cauſis lis inficiando creſcit, ex iiſdem indebitè ſolutum non repetitur.

VERS. *Quæ certa conſtituta.* Erant enim olim quatuor genera legatorum, per vendicationem, per damnationem, per ſinendi modum, & per præceptionẽ: ſed illa hodie ſunt ſublata. Vide quæ dixi ſupra in §.ſed olim.de legat.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. Tit. XXIX.

1 *Peculium filiorumfamilias quomodo diuidatur, & quantùm pater in illo habeat iuris.*



Ic Titulus differt à ſuperiori, per quas perſonas res nobis acquiruntur, quòd ille loquitur de acquirendo rerum dominio, hic autem de acquirenda obligatione.

Poe

1 Peculium†filiorumfamiliâs est quadruplex, scilicet profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense. In profectitio habet pater proprietatem & vsufructum, in aduentitio habet filius dominium, & pater vsumfructũ, in castrensi vel quasi castrensi pater nihil habet: ideóque si filius ex peculio castrensi vel quasi castrensi contraxerit obligationem sibi acquirit: si autem ex peculio aduentitio cõtraxerit, proprietas obligationis pertinet ad filium, exercitium verò actionis ad patrem. In peculio profectitio omnis obligatio indistinctè quæritur patri.

Peculium filiorumfamil. quotuplex.

Quibus modis tollitur obligatio. Tit. XXX.

1 *Obligationes tolluntur duobus modis, ope exceptionis, & ipso iure.*

2 *Quomodo, & quibus modis tollantur obligationes ope exceptionis.*

3 *Solutio est actualis satisfactio per ipsum debitorem, si est habilis persona, vel per alium eius nomine creditori idoneè facta.*

4 *Acceptilatio quid sit, & unde dicta.*

5 *Acceptilatio fit duobus modis; simpliciter; & per Aquilianam stipulationem.*

6 *Quodlibet eodem genere solui debet, quo est colligatum.*

7 *Nouatio est prioris obligationis in posteriorem transfusio.*

8 *Nouatio est duplex, propria & impropria.*

9 *Propriæ nouationis in verum & in quasi nouationem subdiuisio.*



Vibus modis obligationes ex contractibus & quasi contractibus constituantur, ex superioribus colligi potest: nunc autem dicẽdum erit qua ratione obligationes ex illis duabus causis contractæ, tolli possint. Obligationes enim ex delicto vel quasi delicto ortæ, non tolluntur simili
1 modo, vt infrà dicemus. Tolluntur†autem illæ obligationes duobus modis, aut ope exceptionis, aut ipso iure.

2 Ope exceptionis † dicuntur tolli, quando naturalis obligatio tãtum sublata est, ciuili remanente, ex qua adhuc cõpetit actio, quæ tamen per exceptionem eliditur. Fit autem hoc multis modis, videlicet per omnes exceptiones peremptorias iuris. Et primò ratione pacti, vt si creditor facit debitori suo pactum de non petendo, liberat eum à naturali oblig

Exceptionis ope quo modo dicũtur tolli obligatiões.

obligatione.Quia autē ciuilis obligatio per hoc nudum pactū tolli non potuit,cōpetit creditori adhuc actio cōtra debitorē,quē debitor per exceptionē pacti de nō petēdo, elidit.Et sic obligatio ope exceptionis tollit. Secundò,ratione doli,vel metus:vt si qs dolo,vel metu inductus est ad ꝓmittēdum per stipulationē ꝓpter dolū vel metū,naturaliter nō obligatur,quia defuit cōsensus. Propter promissionē tamen adhuc durat ciuilis obligatio,quę tribuit stipulatori actionē: sed illa eliditur ope exceptionis,doli,vel metus,&c. Idē dic de exceptionibus non nu.pec.iusiurādi,& iuramēto voluntario,& omnibus aliis exceptionibus perēptoriis iuris, quæ elidūt ciuilē obligationē,non ipso iure,sed ope exceptionis. Tertiò,rei iudicatæ ratione,vt si quis me cōueniret in iudicio pro centū,& iudex ferret pro me sententiā absolutoriā, quæ trāsiret in rē iudicatā,per illā essem liberatus à naturali obligatione:ciuilis tñ remaneret, à qua liberarer opponēdo exceptionē rei iudicatæ.l.iij.ff.de exceptio. Quartò,ratione tēporis,vt si emissem bona fide à creditore hypothecam aliquā,posset debitor,cuius est hypotheca,à me vēdicare.Tamē si possideo eam xxx.annis,liberor:ita ꝙ si me conueniret, exceptione præscriptionis me defendere possem. Quintò,per chirographi exceptionē:nam creditor restituēdo debitori chirographū,aut instrumentū, videtur ei tacitè facere pactionem de non petendo.l.Labeo ait.ff.de pactis.

Obligatio quando dicatur tolli ipso iure.

Ipso iure dicitur tolli obligatio,qñ omnino extinguitur, nec aliquæ reliquiæ,neque naturalis,neq; ciuilis obligationis durant:& fit multis modis.Primò,solutione.Secūdò,acceptilatione. Tertiò,nouatione,& delegatione. Quartò,cōtrario consensu.Quintò,compensatione.Sextò,confusione. Septimò, oblatione, depositione,& consignatione pecuniæ debitæ.Octauò,interitu speciei debitæ sine culpa debitoris. Huc refer omnes exceptiones peremptorias facti,siue intētionis,siue litis finitæ.Primùm dicemus de solutione.

Est autē † solutio,actualis satisfactio per ipsum debitorē, 3
si est habilis persona vel per aliū eius nomine, creditori idoneo facta.Dico,si est habilis persona;qa prodigus,furiosus, pupillus,&c.licet debeāt,non tamē sine tutorū vel curatorū authoritate soluere debent, Dico, vel per aliū eius nomine: quia tutores,& curatores,nomine pupillorum,& minorum soluunt.Itē procuratores,& quilibet administratores. Item

quilibet pro alio soluere potest. Dico, creditori idoneo: quia pupillo, & similibus, nõ potest fieri solutio, sed tutoribus, & & curatoribus. De quo vide §. at ex contrario. cũ §. seq. iũcta gl. in verb. soluerit. suprà quib. alie. licet, vel nõ. Dico, actualis, propter res incorporales, quę sicut tradi non possunt, ita neç solui. Dico, satisfactio, quia omnis satisfactio, siue fiat pignoribus, siue fideiussoribus, volente creditore, pro solutione habetur. l. satisfactio. cum gl. ff. de sol. Et sic solutione est sublata omnis obligatio. adeò quod non opus sit soluenti se defendere exceptione. Si tamen exceptionẽ solutionis obiecerit, non dicitur exceptio iuris, sed facti, siue intẽtionis, siue litis finitæ, vt infrà de exceptionibus dicemus.

Acceptilatio.

4 Acceptilatio, † est quidã distractus obligationis, in quo ad similitudinẽ stipulationis interrogatio debitoris pręcedere, & respõsio creditoris sequi debet, ad hoc vt debitor à naturali & ciuili obligatione liberetur. Et habet nomẽ ab acceptũ ferre, quasi creditor dicat. Habeo pro recepto, quod mihi debebas, etiã si nulla solutio intercesserit. Dico, in, definitione, distract⁹, ad differẽtiã stipulationis, quæ quoq; fit per interrogationẽ & respõsionẽ: sed ea tẽdit ad obligãdũ, hæc verò ad liberandũ. Dico, ad similitudinẽ stipulationis, ad differentiam nudi pacti de nõ petẽdo, per quod tollitur tãtùm naturalis obligatio, ciuili remanẽte integra, à qua tamẽ ope exceptionis reus quoq; liberatur. Dico, interrogatio debitoris, & respõsio creditoris: quia in hoc distractu debitor interrogat creditorẽ: Quod ego tibi ꝓmisi, habésne acceptũ? Creditor respondet, Habeo acceptũ, id est, habeo pro recepto, licet nihil solutũ sit. Dico, debitorẽ ab vtraq; obligatione liberari: quia acceptilatio est propriè imaginaria solutio. Sicuti ergo per verã, & actualẽ solutionẽ, omnis tollitẽ obligatio, ita quoq; per illã imaginariã solutionẽ tollitur obligatio verbis cõtracta.

Quibus modis fiat acceptilatio.

5 Fit autẽ † acceptilatio duobus modis, per simplicẽ acceptilationẽ, & per Aquilianã stipulationẽ. Simplex acceptilatio locũ habet in sublatione obligationis. quæ ex stipulatione orta est: ea enim, quia solẽnibus verbis est cõtracta, cõtrariis solẽnibus verbis tolli potest: quia nihil tam naturale, quàm vnũquodq; eodem genere dissolui, quo colligatũ est. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Acceptilatio autẽ, quæ per Aquilianã stipulationẽ fit, habet locũ in aliis obligationibus, quæ ex cõtractibus iuris gẽtium sumpserunt

pſerunt originẽ.Illæ autẽ,quia aut re,aut cõſenſu contrahũtur,nudis verbis tolli nõ poſſunt. Quolibet†enim eodẽ genere diſſoluitur,quo eſt colligatũ. Transfundãtur autẽ illæ obligationes primùm in Aquiliana ſtipulatione, & poſteà fiat acceptilatio. Aquiliana ſtipulatio fit hoc modo:Si Titi⁹ mihi deberet centũ ex cauſa mutui,& eſſet quoq; obligatus ex cauſa emptionis, illæ obligationes tolli non poſſunt per acceptilationẽ,quia re & cõſenſu ſunt contractæ,Si tñ ego ita ſtipulor à Titio debitore, Titi, promittis mihi ex cauſa ſtipulationis omne id,ad quod ex quibuſcũq; aliis cauſis mihi obligatus es?Si Titius promittit,iã omnes illæ obligationes ſiue re,ſiue cõſenſu cõtractæ fuerint, trãsfuſæ ſunt in ſtipulationẽ, adeò ꝙ iã nõ habeãtur pro obligationibus,re,& cõſenſu cõtractis,ſed verbis.Iã itaque poſt illã obligationẽ trãsfuſam Titius debitor interrogat creditorẽ, Habéſne acceptũ,ꝙ hodierno die ꝑ Aquilianã ſtipulationẽ tibi promiſi? Si creditor reſpõdet,habeo,acceptũque tuli,&c.Titius debitor omnino eſt liberatus:primũ enim oẽs obligationes ſunt trãsfuſæ in Aquilianã ſtipulationẽ, obligatio autẽ ex illa ſtipulatione contrariis verbis per acceptilationẽ.ſ.ſublata eſt. 6

Forma Aquilianæ ſtipulationis.

Tertius modus,quo obligatio ipſo iure tollitur,eſt nouatio.Dicitur†autẽ nouatio, prioris obligationis in poſteriorem transfuſio.Et habet nomẽ à nouãdo. Eſt†autẽ duplex, propria,& impropria.Propria nouatio eſt,quæ obligationẽ primã ſimpliciter tollit,& trãsfundit in ſecũdã.Et ea†quoque eſt duplex,vera nouatio, & quaſi nouatio. Vera nouatio eſt,quando quis eandẽ rem,quæ ſibi debebatur,ab eodẽ debitore,aliquid addendo vel minuẽdo,æquè principaliter ſtipulatur,vt hoc modo, Titi, promittis mihi vſumfructum fundi tui : Si ipſe promittit,poſteà ſtipulor, Titi,promittis mihi totũ fundum tuum? Et ipſe promittit:iã quæritur,vtrũ prima ſtipulatio,quæ cõtinet minus,ſit trãsfuſa in poſteriorem?Circa quod dic,illam ſtipulationem fieri bifariam. Aut enim expreſsè agitur,quòd ſecũda ſtipulatio fiat animo nouandi:& tunc transfunditur prima in ſecundam.Si verò non agitur expreſsè de nouando, non fit nouatio, ſed agitur ex vtraque ſtipulatione.Et hoc verũ,quando quis ſtipulatur ab eodẽ debitore. Si autẽ noua perſona in ſecũdam ſtipulationem acceſſerit,veluti ſi debitor delegaret aliũ,qui per ſtipulationem promitteret ſtipulatori quod ipſe debebat, fieret 7 8

Nouatio.

nouatio per delegationẽ, quia acceſſit noua perſona.l.fi.C. de noua. Quaſi nouatio eſt, quę fit per ſtipulationẽ pœnalẽ, hoc modo: Titi, promittis mihi ædificare domũ, & ſi nõ ædificaueris intra annũ promittis nomine pœnæ cẽtũ? Iã quæritur, vtrũ cùm iſta pœna, ædificare domũ, adhuc ſit in obligatione, vel vtrũ per ſtipulationẽ pœnalẽ illa obligatio ſit nouata. & diſtingue, Aut eſt expreſsè actũ de vtroque ſoluẽdo: & vtrũq; debetur. Aut eſt tãtũ de pœna actũ: & prior obligatio eſt nouata. Aut nihil eſt actũ: & tũc in dubio quoq; debetur ſolũ pœna, Vide Doct. in l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obli. Impropria nouatio eſt, quãdo prima obligatione manente adiicitur ſecũda obligatio, quod fit per litis cõteſtationẽ, & ſentẽtiã, Per litis conteſtationẽ enim in multis cauſis hęredes incipiũt eſſe obligati, q. antè obligati nõ erãt. Sic quoq; per ſẽtẽtiã adiicit noua obligatio priori, quia vltra primã actionẽ oritur quoq; actio ex ſẽtẽtia, quę vocatur in factũ.

Cõtrarius conſenſus. Quartò tollitur obligatio ipſo iure per contrarium conſenſum. Quod habet locum primò in obligationibus, quæ conſenſu contrahuntur, traditione rei, vel ſolutione pretij nondũ ſecuta: & ſic re integra, &c. Secundò, habet locum in quibuſdam maleficiis, vt in iniuria, quæ diſſimulatione tollitur, quo ad ius partis. Vide glo. hîc in verb. quæ conſenſu.

Cõpẽſatio. Quintò tollitur per compenſationem, de qua infrà in §. *Confuſio.* Compenſationes. de actionibus.

Sextò tollitur cõfuſione, quod fit, ſi debitor ſit hæres creditoris, vel creditor hæres debitoris: tunc confundũtur eorum bona, & tolluntur obligationes, quæ inter eos contractæ erant. l. debitori. C. de pact. cum ſimili. in glo. ibi allega.

Oblatio. Septimò tollitur oblatione, depoſitione, cõſignatione, vt hoc modo: Si debitor pecuniã debitã, quam creditor recuſat accipere, cõſignat, & deponit in publico, ipſo iure liberatus eſt ab obligatiõe ſortis & vſurarũ. l. acceptã. cũ gl. C. de vſur.

Interitus ſpeciei. Octauò tollitur, ſi ſpecies debita ſine culpa debitoris interierit. l. ſi ex legati. ff. de verb. oblig.

Nonò tollitur transfuſione: vt cùm debitor deportatur, vel aliud delictum cõmittit, propter quod omnia bona publicantur: tunc transfundũtur obligationes in fiſcum, ita vt debitor ipſo iure liberetur, & fiſcus teneatur creditoribus, vt ſucceſſor. l. ſi debitori. in princ. ff. de ſolu. Vide glo. fin. hîc tit. noſtro. Et huc refer omnes exceptiones litis finitæ.

VERS. *Quicquid te mihi.*

Non opus est, creditorem vti omnibus istis verbis, quæ sunt in textu, sed satis est interrogare de sua obligatione.

§. *Quo genere.*

Acceptilatio enim à iure ciuili est introducta: cõtract⁹ aũt ex cõsensu & re, sunt iuris gentiũ: & ius ciuile nõ põt tolle re, quæ sunt iuris gentium. §. fi. de legi. agna. tut. Ergo &c.

FINIS LIBRI TERTII Institutionum Imperialium.

CLARISS. VIRI D. MELCHIORIS KLING. *I. V. Doct. in Quartum Imperialium Institutionum Librum Dictata.*

De obligationibus, quæ ex delicto nascuntur. Tit. I.

1 *Delicta sunt duplicia, priuata & publica.*

2 *Delictorum priuatorum quatuor sunt species, furtum, rapina, damnum, & iniuria.*



X quatuor causis, quib⁹ obligationes nascũtur, duæ sunt absolutæ, cõtract⁹ & quasi cõtractus: restant posteriores duæ, delicta, & quasi delicta. Sunt autẽ delicta duplicia, priuata, & publica. Priuata persequimur ciuiliter, & criminaliter. Ciuiliter, qñ petimus vt pœna nobis adiudicet. Criminaliter, quãdo agimus, vt reus luat pœnã in corpore, vel pstet quid fisco. Sunt autẽ quatuor species priuatorũ delictorũ. Furtũ, Rapina, Damnũ, Iniuria, De publicis infrà audiemus in ti. fi. de priuatis aũt dicemus ordine, & primùm de furto.

1 *Delicta duplicia.*

2 *Quatuor species priuatorũ delictorum.*

DE FVRTO.

1 *Furtum quid sit, & vnde dictum.*

2 *Definitionis furti explicatio.*

3 *Ex furto duæ oriuntur actiones, cõdictio furtiua, & actio furti.*

4 *Condictio furtiua datur habenti ius non autem dominium rei surreptæ.*

5 *Actione furti hodie agitur ad pœnam corporalem.*
6 *Actio furti cui, & contra quem competat.*
7 *Domino rei surreptæ datur vendicatio rei.*
8 *Furtum quinque solidorum, secundum ius feudorum, puniẽdum pœna laquei, minus verò virgis expiandum.*
9 *Impunita furta quæ dicantur.*
10 *Suscipiens rem furtiuam scienter, hodie tenetur actione furti.*

1 *Furtum.* Est autem † furtũ, contrectatio fraudulosa rei alienæ mobilis, corporalis, vel etiam vsus eius, possessionísve, quæ fit animo lucri faciẽdi, inuito domino quod iure naturali est prohibitũ committere. Et habet nomẽ à furuo, id est, nigro, eo ꝙ clàm, & obscurè fit, & plerũque nocte: vel à fraude, vel à ferẽdo, id est, auferendo: vel à græco verbo, pherein, quod ferre, siue portare significat, vnde etiã ipsi phores quasi ablatores deduxerunt. l. j. ff. de furtis. §. furtum. hîc tit. nost. Dico, in definitione, contrectatio: quia sine actuali contrectatione furtum non dicitur fieri, licet voluntas, vel verba, vel scriptura interueniãt. Sola enim cogitatio, vel scriptura, furem non faciunt. l. j. ff. de furtis. Dico, fraudulosa: quia si quis credat aliquẽ facilè permissurũ cõtrectare res suas, cõtrectãdo non cõmittit furtum. Item, si quis putat sibi licere clanculũ surripere res suas proprias, & surripit rem alienã, putãs propriã, surripiẽdo non cõmittit furtũ. §. quia tamen. infrà de vi bon. rap. Dico, rei alienæ: quia in re propria quis non potest cõmittere furtũ. Secus si habet cum alio rẽ cõmunem, vt l. si socius. ff. de furt. Dico, mobilis: quia immobilia propter sui immẽsitatem cõtrectari non possunt. §. quod autẽ. suprà de vsuc. Si tamẽ quis cretã de fundo alieno abstulerit, furtũ cõmittit, nõ quia fodit cretã, sed abstulit. l. si cretæ. ff. de furtis. Dico, corporalis: quia res incorporales sicuti nec tradi, nec possideri possunt, ita nec cõtrectari. l. seruus. §. incorporales. ff. de acqui. rer. do. Dico, vsus, possessionísve: quia si creditor vtitur pignore, & depositarius deposito, furtũ cõmittunt. §. furtũ autẽ. hîc tit. nos. Dico, animo lucrifaciẽdi: propter eos, qui res alienas contrectãt, non tamen animo furãdi: furtum enim nõ cõmitunt. §. itẽ si is. suprà de vsuc. & præscrip. Dico, domino inuito: quia quãdo fit volente domino, etiã si surripiens putat inuito domino fieri, furtũ nõ est. §. placuit. cum §. seq. hîc tit nostro. Dico, quod iure naturali prohibitũ est cõmittere: quia ius naturale dicit: Quod tibi nõ vis fieri, alteri

teri ne feceris. Hinc eſt, quod Scythæ, qui iure ſcripto carent, nullum delictum grauius puniunt, quàm furtum, vt apud Iuſtinũ. De furti diuiſione hîc nihil dicemus, licet olim in furtum manifeſtum, & non manifeſtum diuideretur, tamen illa diuiſio hodie non habet locum, ſed eadem ratio eſt de furto quocunque modo contracto. Oriuntur † autem 3
ex furto duæ actiones. Condictio furtiua, & actio furti. *Actiones ex furto.*

Condictio furtiua datur domino, eiúſq; hæredi, cõtra furem, eiúſq; hæredẽ, ſi aliquid de furto ad eos peruenit, vel lis cum fure cõteſtata ſit ad perſecutionem rei ablatæ, ſiue eius æſtimationẽ. Si † tamẽ is, cui res ſurrepta eſt, dominus 4
non ſit, ſed habuerit forte ius in re, puta ius pignoris, datur ei condictio certi, &c. Venit autem in hac actione res ipſa, etiam impenſis, & diligẽtia furis melior facta. Hoc verum, ſi extat res: ſi autẽ nõ extat, venit æſtimatio rei quãti plurimi fuerit à tempore furti, etiã ſi res ſine culpa furis perierit: ſemper enim fur moram facere videtur. l. in re. §. ſi ex cauſa. ff. de condict. furt. Et hæc actio eſt ciuilis.

Actio autem furti eſt criminalis, & datur ad pœnã: olim in quadruplum & duplum: hodie † autem, quia illa diſtin- 5
ctio ſublata eſt, agit hac actione vt fur luat pœnã in corpore. Datur † autẽ hæc actio omnibus, quorũ intereſt ex hone- *Actio furti criminalis.*
6 ſta & ꝓbabili cauſa, vt puta domino, quaſi domino, &c. de quibus in textu. Mitigatur tamẽ pœna propter minorẽ ætatem. Cõpetit verò cõtra furẽ, ſiue pubes, ſiue impubes fuerit, dũ tamen ſit doli capax l. impuberem. ff. de furtis. Deinde contra eum, qui furi præbuit opem, ſiue cõſilium ad ſurripiendas res. Sed hoc eſt verũ, ſi furtũ eſſet ſecutum, alioqui non datur. l. ſi is. ff. de furtis. Et hæc actio nõ datur, contra hæredes furis, quia eſt pœnalis. §. non autem. infrà, de *Quibus competat.*
7 perpet. & temp. actionibus. Datur † quoque domino, cui res ſurrepta eſt, rei vẽdicatio, qua vẽdicat rem ſuam, à quocũque fuerit poſſeſſa. Item actio ad exhibẽdum, qua agit con- *Rei vendicatio & ad exhibẽdũ etiã competunt.*
8 tra poſſidentem, vt detur inſpectio rei poſſeſſæ.

Pœna † autem furti de Iure conſuetudinario, eſt pœna laquei, quæ ſecundũ iura feudorum habet locũ, ſi quis fuerit furatus valẽs quinq; ſolidos: ſi minus furatus fuerit, virgis
9 caſtigatur. §. ſi q s quinq; ſolidos. de pace tenẽ. & ei⁹ violat. *Furtũ impuniſio.*

Impunita † furta ſunt, quę fiũt permittẽte Iure, quale fuit furtũ Iudæorũ in Aegypto. Itẽ ſi quis furaretur res Turca-

rum,siue aliorum Barbarorum.l. non solũ. C. de commer. & merca.Item si quis surripit res aleatoris.l.j.ff.de aloato. Hęc & similia puniri non possunt:qui enim facit aliquid lege permittente,non peccat.l.Gracchus.C.de adulteriis.

EXPOSITIO Textus. §. *Oblatum furtum.*

Si fur rem furtiuam dedit alicui custodiendam,is autem, qui custodiã suscepit, timet ne apud eũ inueniatur, ideóq; offert tertio custodiendam, apud quem si concepta fuerit, habet cõtra offerentẽ actionem oblati furti.Hodie † susci-

Receptator.

piens rem furtiuam scienter,& celãs, tenetur actione furti.

Rem apud se. Hodie nõ potest quis cogi,vt permittat quẽ scrutari in domo sua, vtrum ibi sint res furtiuæ, siue furto subtractæ.Expedit enim patrifamiliãs ne secreta patrimonij sui pandantur. Hoc tamen fallit, quando esset suspicio cõtra aliquem,& apparent indicia,quod res esset in domo alicuius:quia tũc potest implorare officium Iudicis, vt detur familia pro quærendo furto.Ita tamen,vt quærens primùm iuret de calumnia.Vide Ioan.de Plat.hîc.

Præfatæ actiones. Id est, quæ ex requisitione oriebantur ab vsu communi recesserunt.Si verò furem susceperit,& celauerit,fur non est,sed receptator: & punitur eadem pœna qua fur.Vide totum tit.ff.de receptat.

An neutro. Et videtur quòd neutro teneatur : quia delictum est factum cum consensu & voluntate domini.Furtũ autem fit,quando quid cõtrectatur inuito domino, sed tamen contrarium hîc deciditur.

Contra eum dari. Datur enim actio in duplum ad interesse pro seruo corrupto,& quoque furti actio in duplum.

Affectus punitur sine effectu.

Consilium corruptoris. Hîc vides puniri affectum sine effectu secuto.Punitur enim Titius hic de seruo corrupto, cũ tamen corruptus nõ sit,quod videtur esse contra regulam, Cogitationis pœnam nemo patitur. l. cogitationis. ff. de pœnis.Sed dic illum affectum per signa exteriora hîc fuisse demonstratum:idcóque punitur.

§.*Interdum.* Agit pater contra furem tantùm, vt fur puniatur etiã de iure veteri.Non enim poterat petere duplũ, vel quadruplum : quia liberi hominis nulla est æstimatio. Præterea,duplum & quadruplum petebat is,qui erat dominus rei ablatæ,sed pater non est dominus filij,cùm sit liber homo.l.cùm hæredes.§.fin.ff.de acqui.possess.

Non

Non tenetur. Id eſt, ſi furtum non eſt ſecutum: ſi verò ſecutum eſt, tenetur, vt ſuprà diximus, de mandato.

§. *Hi qui.* Quia ex delicto filij cõtra patrem, & ſerui contra dominum, non competit actio furti.

Quia nec ex alia vlla cauſa. Res à filio patri ſurrepta fit furtiua, & ſic vitioſa, ideoq; vſucapi non poteſt ab alio poſſeſſore, qui emit eam à filio. Pater tamen nõ poteſt agere cõtra filium actione furti: quia eſt actio famoſa, quæ inter patrem & filium non habet locum. Sicuti quoque vxor ſi furata ſit marito, non tenetur actione furti, ſed actione rerũ amotarum. Itaq; ſi filius habet caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe peculium, vnde poſsit ſoluere, datur patri cõtra eum actio in factum. l. ſi quis vxori. §. 1. & ij. ff. de furt. Quod hîc dicitur, dominum non habere actionem furti cõtra ſeruum furem, procedit, ſi ſint leuiora furta: tunc enim publicè vindicanda non ſunt. Si verò ſint magna furta, agitur contra eos criminaliter. l. reſpiciendum. §. furta ff. de pœnis.

Filius patri ſurripiens.

Cuius intereſt. Ratione honeſtæ cauſæ, vel ratione cuſtodiæ, vel ratione poſſeſs ionis, vel iuris realis.

Agere poſſe. Quia eius intereſt ratione iuris, quod habet in pignore.

In perſonam. Scilicet debitoris. Hîc nota commodius eſſe agere actione reali, quàm actione perſonali.

De furto facto fulloni, & commodatario

§. *Quæ de fullone.* Sicuti fullo, & ſarcinator propter cuſtodiã, quam præſtant, habẽt cõtra furẽ actionem furti, ſi ſunt ſoluẽdo, ita quoq; cõmodatarius, q̃a eius intereſt ratione cuſtodiæ. In hoc tamẽ differũt, quod ſi fullo, vel ſarcinator, ſoluendo ſint domino, nulla cõpetit actio cõtra furẽ. In re cõmodata autẽ ſublata, habet dominus electionẽ, vel agere cõtra cõmodatarium actione cõmodati, vel contra furẽ actione furti. Vna tamen electa, ad alterã redire nõ poteſt. Ratio autẽ iſtius differẽtiæ eſt, quia cõmodatum fit gratia vnius tantùm, ſcilicet commodatarij, ideóq; ex liberalitate domini commodantis, fauetur ipſi dño, vt habeat electionẽ contra quẽ agere velit. Sed cũ fullone, & ſarcinatore, fit locatio ratione vtriuſque: quare ſi fullo cuſtodiam ſuſcepit, & eſt ſoluendo, ipſe agit actione furti re ſublata.

Commodatam acceperit. Id eſt, ſemper dominus habet electionem, ſiue commodatarius ſit pro parte ſoluendo, ſiue ſit in ſolidum ſoluendo.

§. *Furti actio, siue dupli.* Pœna autē criminalis furti, de iure nouo est, ꝙ fustigetur. Authē. sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. Hoc fallit, si sit famosus, qui scilicet sępius furatus sit, vel alioqui magnū furtum commiserit, vt gl. in d. Auth. sed nouo iure. & tūc suspenditur. Secundò fallit, quādo furando frangit publicam pacem: tunc enim pro furto quinque solidorum suspēditur. Ita loquitur. §. si quis quinq; solidos. de pace tenenda. in vsib. Feud. Tertiò fallit, si per statuta & consuetudines prouinciarum aliter est dispositum.

De vi bonorum raptorum. Tit. II.

1 *Rapina, est cōtrectatio rei alienæ mobilis, vi, & dolo malo fctā*
2 *Actio vi bon. rap. introducta est ab edicto ptoris, cuius tria sūt capita.*
3 *Actio vi bon. rap'. cui, & contra quem detur.*
4 *Rapina & furtum quot, & quibus modis differant.*

1 *Rapina.*



Apina, †est cōtrectatio rei alienę mobilis, vi, & dolo malo facta. Explicationē generis, & quarūd ādifferētiarū, vide. s. de fur. Dico in definitione, rei mobilis: qa immobiles rapi nō possūt, sicuti nec occupari, sed ꝓpriè inuadi dicunt. Dico, vi, ad differētiā furti, ꝙ clā fit. Dico, dolo malo: qa si quis rē alienā rapuerit, putās suā esse, errore duct', hac actiōe nō tenet, sed aliter punit, vt audiem' ī tex.

Oritur autē ex hoc delicto actio, quæ vocatur vi bono-
2 rum raptorum. Et est †inducta per edictum prætoris, quod habet tria capita. Primum caput est, quando coactis, id est, coadunatis hominibus est datum damnum. Secundū, cùm
Huius delicti actio. non coadunati sunt homines, sed simpliciter res aliqua dolo malo per vim rapta est. Et istis duobus capitibus pœna est quadruplum intra annum vtilē, post annū verò simplū. In quadruplo autem compræhēditur persecutio rei. l. ij. ff. de vi bonorum rapt. Tertium caput est, vbi est damnū datum in turba, ad hoc principaliter nō cōgregata, sed ad rapientis cursum & clamorem aduentitia. Eius pœna est duplum intra annum vtilem: post annum, simplum, vt colligi-
3 tur ex d. l. ij. & l. prætor ait. §. erit. ff. eod. Datur†autem hæc
Cui competat, & aduersusque. actio ei, cuius interest, res raptas non esse, eiúsque hæredibus: de quo interesse vide quæ suprà dixi de furtis.

Et datur contra raptorē, & eum, qui præbuit opem, & auxilium

xilium. Illi verò qui publicas vias obsident, & rapiunt, vltimo supplicio afficiuntur, secundum consuetudines regionum. Vide Bar. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis.

EXPOSITIO Textus.

Et est intra annum vtilem. Pro anno vtili, intelligite quadriennium. l. superuacuam. C. de tempo. in integ. resti.

VERS. *Quadruplum.* Vides† hic esse duas differẽtias inter furtũ & rapinã. Prima, quòd in duplo, vel in quadruplo furti nõ inest rei persecutio: sed in quadruplo rapinæ inest rei persecutio, ita ꝙ pœna rapinæ in effectu tãtũ triplũ est. Secunda differentia: nõ distinguitur vtrũ sit raptor manifestus, vel non manifestus, semper enim in quadruplo ponit. 4 *Furti, & rapinæ discrimina.*

Quàm qui clàm amouet. Ratio ꝙ raptor mitius punitur, quã fur manifestus, hæc est, quòd raptor se exponit periculo mortis inuadendo: fur autem non sic. Secũdò, quòd furtum est frequentius, quã rapina, debet itaque seueriùs puniri propter exemplum. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis.

VERS. *Quòd non solùm.* Nota hic, quòd rapina habet locum in rebus mobilibus, inuasio autem in rebus immobilibus. Si quis autem dolosè inuadit res immobiles, tenetur eas restituere cum fructibus.

De lege Aquilia. Tit. III.

1 *Damnum quid hic significet, & vnde dictum.*
2 *Tria sunt actionis iniuria damni capita. & nu. 3.*
4 *Differentia inter præsentem ac sequentem titulum.*
5 *In quibus personis imperitia non excuset.*
6 *Quando ex vna re duæ oriuntur actiones, criminalis scilicet & ciuilis, vna intentata, potest & altera intentari.*
7 *Actio directa inquantum differat ab vtili.*



Damnum,† de quo hîc loquimur, dicitur propriè, quando quis dolo, culpa, siue iniuria seruum, siue quadrupedem alterius occiderit, vulnerauerit, vel alioqui res eius fregerit, ruperit, aut vsserit. Et habet nomen à demo, quasi sit ademptio, siue diminutio patrimonij. l. iij. ff. de dã. infect. Dico, dolo siue culpa: quia si quis seruum alienum, insidiatorem siue quadrupedem ad sui defensionem vel casu occiderit, hac lege non tenetur: quia quod quis ad corporis siue vitæ suæ defensionem facit, iustè facit. l. vt vim 1 *Damnum hic.*

ff. de

ff.de iust.& iu.Secundò dico,dolo & culpa,propter infantes & furiosos,qui,cùm non habeant animi iudicium non pos-sunt dici damnum dare. Sub culpa comprahende imperi-tiam,siue negligentiam:vt si quis foueam lupis fecerit,eo lo co,quo frequenter homines ire solent:vel si quis equos cō-miserit ei,qui propter imperitiam non potuit gubernare,si-ue retinere.Item si quis stipulam suam, siue spinam incēdit, & ignis latiùs euagatus, vicini segetem, siue vineam læsit, quoque tenetur hac actione,nisi subita vis venti id effecerit l.qui occidit.§.in hac.ff.ad leg.Aqui.Dico,iniuria, ad diffe-rentiam quadrupedum siue animalium irrationalium, quæ dicuntur pauperiem facere,&non damnum,cùm in eis non sit iniuria:sensu enim carent:vt sup.si quadr. paup.fec. dica-tur.Seruum,dico:quia si quis liberum hominem occiderit, tenetur leg.Cornelia,de sicariis,& punitur ferro.§.item lex Cornelia.j.de pub.iud.Dico,seruum vel quadrupedem vul-nerauerit:iterum ad differentiam liberi hominis: qui enim liberū hominē vulneraт,tenetur actione iniuriarum,de qua in tit.seq.Dico,res eius fregerit,&c.quia omnia dāna, qui-buscūque modis fiant in rebus nostris,huc referenda sunt.

2 Oritur autē actio ex hoc delicto,quæ dicitur damni iniu ria,quę est introducta ab Aquilio Tribuno,&†habet tria ca pita. Ex primo capite tenetur is,qui alienum seruum, alie-námve quadrupedem,quæ pecudum numero venit, quales sunt muli,asini,oues,boues,&c.iniuria occiderit.In seruo ta men occiso distingue,Aut est occisus casu: & occidens non tenetur.Aut dolo:& tūc occidēs tenetur leg.Corne.de sica-riis,& tanquam homicida punitur gladio.Et si lege Aquilia prius actū sit,nihilominus potest etiā agere lege Cornelia de sicariis.l.inde Neratius.§.si dolo.ff.ad leg.Aquil.Aut est occisus culpa,& locum habet actio legis Aquiliæ,& quoque extraordinariè punitur occidens.In actione l.Aquiliæ pri-mùm venit æstimatio occisi quanti plurimi eo anno vendi potuisset.Secundò,omne damnum, quod ex illo facto acci-dit,veluti si seruus esset hæres institutus, & priusquam iussu domini hæreditatē adiret,occideretur, teneretur occidens non tantùm de seruo occiso,sed etiā de damno priuatæ hæ-reditatis.§.illud.hîc tit.nostro.Secundū caput nō est in vsu.

Huius edicti actio.

Quid in hac actione veniat.

3 Ex tertio †capite, competit actio pro omni damno cæte rarum rerū,vt puta si quis seruum, vel eam quadrupedem,

quæ

quæ pecudum numero venit, vulnerauit, vel eam quadrupedem, quæ pecudũ numero non est, veluti canem, vel ferã bestiã occiderit. Præterea, si dãnum est datũ in aliis omnibus rebus, qu e anima caret, quod fit rũpendo, frangẽdo, vrendo, &c. competit hæc actio. In hoc tamẽ distingue, Aut quis dedit damnum suo corpore in aliud corpus, veluti si sua manu seruũ vulnerauerit: & datur directa actio legis Aquiliæ. Aut datur dãnum à nõ corpore in corpus, veluti si quis pecus alienum ita incluserit, vt fame perierit & necaretur. Vel de co pore datur dãnum in nõ corpus, veluti si quis tibi anulum de manu excusserit, vt in aquã caderet. His duob⁹ casibus datur vtilis actio l. Aquiliæ, & quoq; actio in factum. Aut datur dãnũ de non corpore in nõ corpus, veluti si quis misericordia ductus debitorẽ meũ incarceratum soluerit, vt liber fieret: & habet locũ actio in factũ subsidiaria. Vide gl. si. hîc. Obligat aũt is, qui dãnũ dedit, ex tertio capite, ad æstimationẽ rei, quanti ea res triginta diebus proximis fuerit.

EXPOSITIO Textus.

Si aliter periculum effugere non potest. Ac sic cum moderamine inculpatę tutelæ. Differt † hic titulus à tit. sequen. quòd in hoc accipitur iniuria pro omni eo, quod est factum non iure, siue per dolum, siue per culpam fiat: in titulo autem sequenti accipitur pro contumelia, in qua venit tantum dolus non culpa. Secundò, quòd actio l. Aquiliæ datur ad dãnum resarciendum regulariter, in hac actione autem iniuriarum agitur ad vindictam. 4 *Discrimen huius titu. cum seq.*

VERS. *Nam si id.* Vides itaque duo requiri ad hoc, vt quem casus fortuitus in hac actione excuset. Primò, ludens iaculis sit talis, qui consueuit similia facere, Secũdò, quòd faciat loco consueto, alioqui non excusatur.

Neque proclamauit. Hunc textum nota ad hoc, si vicinus timet ne ex ædibus suis alteri vicino damnum accidat propter ædes eius male emendatas, vt primò denuntiet vicino ædes esse emendandas, vt damnum euitetur: quod si vicinus contempserit, & posteà ex ædibus denuntiantis damnum datum est, non tenetur: quia alter potuit præcauere. Hoc quoque colligitur ex l. qui foueas. ff. eod. tit. 5

VERS. *Imperitia quoque culpæ.* Quod † dicitur imperitiam culpæ annumerari, procedit in medico, & artificib⁹, qui artẽ aliquã profitentur. Item in iudice, qui propter imperi- *Vbi imperitia culpæ ascribatur.*

tiam

tiam malè iudicat:eo enim ipso quòd se locat pro iudice & assessore,videtur se asserere peritum,& ideo tenetur de imperitia.l.si iudex.ff.de variis & extraordin.cogn. In aliis enim,si se peritos non asserunt,hoc non procedit.

Sed quanti id in eo anno. Ita tamen quòd æstimatio fiat, quanti res cõmuniter valuerit,non ex singulari affectione.

Longè aliquando pluris. Vt si quis occidisset cæcum,qui ante annum cæcus nõ fuerat,occidens in plus teneretur,quam in æstimationem damni:tenetur enim præstare æstimationem sani hominis,cùm mutilatum occiderit.

Qua ratione. Hæc actio quoque alia ratione est pœnalis, quia per inficiationẽ crescit in duplũ.§.in duplum.j.de act.

VERS. *Ideoq; constat.* Nisi hæres inde factus sit locupletior,vt puta,quia tu occidisti bouem,& hæres tuus comedit carnes eius,gl.in d.l.inde Neratius.ff.ad leg.Aquil.

§. *Liberum autem est.* Nota ex hoc textu optimam regu-
6 lã.Quãdo † ex eodẽ delicto oriũtur duæ actiones, ciuilis, & criminalis,quòd vna intentata,altera quoque potest intentari.Et est liberũ actori à qua actione velit incipere. In hoc tamen distingue, Aut vtraque actio tendit ad vindictam & tunc vna peracta,altera non competit.Exempli causa: Si liber homo iniuria esset occisus,tenetur occides primũ actione iniuriarũ:deinde quoq; de homicidio ex lege Corne. de sicariis.Hæ ambæ actiones tendunt ad vindictã: quare vna electa,altera non habet locum,debet tamen accusatio primùm eligi.l.prætor edixit.§.si dicatur. ff.de iniur. Aut vna tendit ad persecutionẽ rei familiaris, & altera ad vindictã: &tunc licet in eodem libello nõ possint simul intẽtari,iuxta l.interdum.ff de publ.iud.tamen vna peracta,altera nihilominu durat,vt in terminis nostris. Primùm enim agi potest ciuiliter ad æstimationem serui occisi ex l.Aquilia: qua actione finita,potest nihilominus intentari publica accusatio legis Corneliæ de sicariis.Idem dic de furto, rapina, & similibus.Ex rapina enim cõpetunt duæ actiones.Prima est quadruplum,in qua inest persecutio rei raptæ. Secunda est criminalis,de qua iam diximus, quæ tendit ad vindictã.Ita
7 loquitur text.noster hîc,& l.prætor ait §.hoc edicto.ff.de vi bon.rap.& l.vnica.C.quando ciui.act.cri.præiud.

Duæ actiones simul intentata.

Actio vtilis & directa.

§. *Cæterùm placuit.* Licet differentia † sit inter actionem directam,& vtilem,quantum ad verba,in effectu tamẽ nulla

la est differentia. Idem enim consequitur agens actione vti li quod consequitur actione directa: nam vtrinq; emẽdatio damni præstatur: vt colligitur ex l. antepe. ff. de nego. gest. Dicitur autẽ propriè directa actio, quæ competit ex verbis & mẽte legis xij. tab. vtilis verò dicitur, quando nõ expressè constat ex verbis leg. xij. tab. Sed Iuriscõsulti ex interpretatione introducunt. l. pe. ff si quadr. paup. fec. dic. Actio in factum subsidiaria legis Aquiliæ est à prætore in subsidium l. Aquiliæ introducta, vbi lex xij. tab. expressè non prouidit, nec alij Iuriscõs. per interpretationẽ dederũt vtilẽ actionẽ.

De iniuriis. Tit. IIII.

1 *Iniuria hic propriè dicitur, quando quis dolo malo liberi hominis corpus, dignitatem vel famam lædit.*

2 *Iniuria fit quatuor modis, re, verbis, literis, & gestu.*

3 *Impuberes, & furiosi, licet possint pati iniuriam, facere tamẽ non possunt.*

4 *Actio iniuriarum vnde, & quando nascatur.*

5 *Actio iniuriarum quibus, & contra quos competat. & nu. 6.*

7 *Contra quemcunque actio de dolo, ratione personæ, locum habet contra eundem & actio iniuriarum intentari potest.*

8 *De iniuria potest quis vel ciuiliter, vel criminaliter agere.*

9 *Pœna æstimari debet pro dignitate personæ eius, qui iniuriam passus est, & pro facti atrocitate.*

10 *Iniuriæ atrocitas ex quatuor perpenditur, ex ipso facto, loco, persona, & ex loco vulneris.*

11 *Alterutra actione electa, actor ea debet esse contentus.*

12 *Qui non teneantur actione iniuriarum.*

13 *Actio iniuriarum tollitur septem modis.*

14 *Conuentus actione iniuriarum: si soluit ante cõdemnationem id, in quod poterat condemnari, non fit infamis.*

15 *Differentia inter sententiam iniquam, & iniustam.*



Niuria, vt hîc sumitur, dicitur, propriè, quãdo qs dolo malo liberi hominis corpus, dignitatẽ vel famã lædit. Dico, dolo malo: quia si quis ioco, aut certando, vel etiam inuitus quem lædit, non tenetur hac actione. l. illud relatum. §. j. & l. si cum seruo. ff. eo. Secundò, dico, dolo, ad differentiam damni legis Aquiliæ, vbi quoque locum habet leuissima culpa, hîc autem tantũ dolus. Dico, liberi hominis: 1 *Iniuria hîc.*

si enim

si enim quis seruum læserit, habet locũ actio legis Aquiliæ. Dico,læsit:nã si liber homo occiditur,agitur propriè l. Cor ne.de sicariis,& instituitur publicum iudicium.

Quot mo- d fiat in- iuria.

2 Fit autẽ † iniuria quatuor modis,re, verbis,literis,& gestu.Re,quoties manus inferũtur:quod fit,quãdo quis se pulsatũ aut verberatũ,vel domum suã vi introitã dicit.Et actio ex hac iniuria descendẽs,est ciuilis,& nõ prætoria:competit enim ex lege Cornelia,ideoque est ꝑpetua,id est xxx.annis vt gl.hîc in §.sed & lex Cornelia.in verbo,introduxit. Huc refer, si quis domũ absentis signat,vel liberũ hominem pro seruo fugitiuo capit,vel stuprũ etiã in ancillã alicuius committit,vel in inferiorẽ vicinũ aliquid proiicit,vel in superiorẽ vicinũ fumũ immittit.l.si iniuriæ.l.si stuprum.l.si inferiorũ.cũ simil.ff.eo.Et isto casu tenetur actor probare ea esse facto animo iniuriãdi:omnia enim ista sine iniuria fieri possunt.

Conuiciũ.

Verbis fit iniuria,cùm alicui cõuicium fit:veluti,si quis fur nominatur. Huc quoque refer,si quis fideiussores idoneos reprobat,vel fideiussores in iniuriam debitoris interpellat.l.si creditor.ff.eo.Et in istis duobus casibus quoq; requiritur,ea esse facta animo iniuriãdi.Literis fit iniuria, cũ quis librũ,carmen,vel historiã ad infamiã alicuius pertinentem,scripserit,vel cõponi curauerit.Nec refert ediderit nomine suo,vel alieno,an adiecto nomine eius, in quem scripsit,nécne.Idẽ dic de eo,qui talẽ scripturã curauit emendã,vel vẽdendã.Et competit pro hac iniuria publica accusatio, imponiturque pœna capitalis.l.vnica. C.de famo.lib. Gestu fit iniuria,vt si quis vtitur veste lugubri,vel squalida ad iniuriã alicuius,vel barbã,capillosq; demittit, vel alioqui faciẽ quis mutet,siue linguã in contumeliã alicuius extẽdat.Et in hac quoque requiritur,ꝙ actor probet, eũ animo iniuriãdi fecisse.In aliis enim speciebus iniuriarũ regulariter probatio imponitur reo,videlicet, vt probet se non animo iniuriandi fecisse.Et iniuria,quæ verbis,& gestu fit,est à prætore introducta,ideoque annalis, nec post lapsum anni de ea agi potest.l.si non conuicij.cum simil.C.de iniuriis,gloss.in dicto §.sed & lex Cornelia.in verb.introduxit hîc titu.nostro.Possunt autem facere iniuriã,& hac actione conueniri omnes,qui iniuriam pati possunt: Hoc † tamen fallit in furiosis,& in impuberibus, qui licet patiantur iniuriam. ipsi
3
tamen iniuriam propriè facere non possunt. Nam iniu-

ria ex effectu facientis consistit.

Oritur †autē ex hoc delicto actio,quæ vocatur actio iniuriarū:quæ tū demū nascitur,si iniuriā passus eam ad animū reuocauerit.Si enim quis aduertit,& no reputat pro iniuria, sed ridet,nec curat, actio iniuriarum non nascitur, Vel etiā si esset rata,tamen per dissimulationem aboleretur, nisi corpus læderetur. §.fi.cum ibi no.hîc tit.nostro. Et datur†hæc actio primùm illi,qui per seipsum passus est iniuriā. Secūdò datur patri,qui per liberos suos iniuriā passus est,licet filiofamiliâs ꝑ sua persona quoq; actio iniuriarū cōpetat,iuxta l.filiusfamiliâs. ff.de actio.& obli.pater tamen habet exercitiū actionis.Tertiò datur marito ꝓpter iniuriā illatā vxori, non autē ecōtrà:vxores enim à viris, non viri ab vxoribus, defendendi sunt.§.patitur. hîc tit.nost. Et pro iniuria illata vxori competūt tres actiones. Primò,patri vxoris. Secūdò, marito eius.Tertiò,socero,si maritus adhuc erat in potestate:nec vnius actio ꝑ aliā cōsumitur.l.j.in fi.ff.eo.Quartò,datur hæredibus,si facta est iniuria cadaueri, ossibus,& epitaphio defuncti , vel si quis famæ defuncti insidietur. l.osla.ff. de relig.& sum.fu.& d.l.j.§.si fortè.ff.eo.Quintò,datur dn̄o pro atroci iniuria illata seruo:vel si atrox nō fuerit,in cōtumeliam tamē domini facta sit,adhuc cōpetit actio.§.seruis autē.hîc tit.nost. Et datur†primò contra eum,qui fecit iniuriam.Secūdò,in eum,qui dolo malo curauit vt fieret. Tertiò,in eum,qui mandauit alicui vt faceret iniuriam.Quartò in eum,qui cōduxit aliquē ad hoc. Quintò,in eum qui persuasit alicui aliâs nolēti,vt sibi obediret ad iniuriam faciendam.§.non solum.hîc tit.nost.l.non solum.in prin.& §.si mādato.cum seq.ff.eo.Cōtra impuberes tamē & furiosos,vt s. diximus,nō datur:qa hîc requiritur dolus qui nō potest esse in furioso & impubere infantię proximo.Et in†summa,cōtra quēcūque actio de dolo ratione personæ locū habet cōtra eundē habet quoque locū actio iniuriarū.Hinc sequitur cōtra vniuersitatē aliquā , siue senatū,actionem iniuriarum propriè intētari nō posse quia vniuersitas de facili dolū non potest committere,l.sed si ex dolo.§.sed an municipes.ff.de dolo. Cōtra hæredes quoq; & hæredibus hæc actio nō dat, nisi lis fuerit contestata.l.iniuriarum actio.ff.eod.Condemnatus autem hac actione infamatur.§.ex quibusdā. infrà de pœna teme.litig. Qui vult vitare infamiam,defendat se per

4 *Huius delicti actio.*

5 *Quibus competat.*

Actiones pro iniuria vxori illata.

6

7

procuratorẽ:tunc enim ſentẽtia fertur nõ cõtra ipſum principalẽ ſed contra procuratorẽ.l.j. C.de ſentẽ.& interlo.om.
8 iu. De omni † iniuria poteſt quis vel ciuiliter vel criminaliter agere. Ciuiliter agit,quãdo petit pœnam ſibi adiudicari: & datur actio in tantũ,in quãtum iniuriã paſſus ad animum reuocauerit: vt cum dicit in libello,ſe malle tot vel tot aureos amittere,quàm talẽ iniuriam pati:licet in tali æſtimatione plerũque iudicis taxatio attẽdatur. Criminaliter agit, quãdo petit iniuriantẽ puniri in corpore,vel ad pœnã pecuniariã fiſco applicãdã:& tunc iudex poteſt pœnã imponere ex arbitrio, adeò q̃ ſuũ arbitrium vſque ad mortẽ extẽdere poſſit,ſecũdum gl.in §.in ſumma. in ver.extraordinaria hîc tit.noſt.modò facti qualitatem diligenter perpendat, quod
9 † fit,ſi cõſiderat dignitatẽ eius, qui iniuriam paſſus eſt:ex ea enim augetur,ſiue minuitur,pœna. Alioqui pœna plerũque
10 augetur,ſi iniuria eſt atrox,quod † fit quatuor modis. Primò, ex ipſo facto,vt ſi quis fuſtibus cæſus eſſet. Secũdò,ex loco, vt ſi in foro,vel in conſpectu prætoris iniuria facta eſt. Tertiò,ex perſona,vt ſi quis magiſtratũ iniuria affecerit. Quartò,ex loco vulneris,vt ſi quis in oculo percuſſus eſſet,&c. Si
11 † tamẽ ciuilis vel criminalis actio electa fuerit,actor vna cõtentus eſſe debet,nec poteſt redire ad aliã:vtraque enim tẽdit ad vindictã.l.prætor edixit.§.ſi dicatur.ff.e.niſi vnà cum iniuria quoq; dãnum datũ eſſet:tũc enim etiã poſt criminalẽ actionẽ poſſet quis agere ad dãnũ,vt gl.& Doc.in §.fi.hîc
12 tit.noſt. Excuſatur † autem quis ab actione. Primò ratione officij,vt ſi quis in magiſtratu cõſtitut⁹ quid exequitur, vel paulò durius quẽ alloquitur,ſiue iubeat incarcerari,non videtur hoc facere cauſa iniuriæ. Iuris enim executio non habet iniuriam.l.iniuriarũ actio.ff.eo. Secũdò,ſi veritatẽ dicit is,qui iniuria afficit aliquem,ſed in hoc diſtingue, Aut Reipu.intereſt hoc ſcire,veluti ſi quis obiiceret alicui, eum eſſe ſpuriũ,vel damnatũ de homicidio,&c. ſi vera ſunt,non tenetur obiiciens:Reipu.enim intereſt eius infamiã notã eſſe,ne ad teſtimonia vel dignitates admittatur. Aut reipu. non intereſt ſcire,veluti ſi quis obiiceret alicui,quòd eſt cæcus vel claudus,&c.& tunc tenetur obiiciens.l.eum, qui nocentem. cum ibi,not.per Bart.ff.de iniur. Tertiò,ſi quis facit iniuriã cauſa vindicandæ Reipub.vt ſi ſcutum illius perforaret, qui malè ſe geſſiſſet in bello, non teneretur, quia fieret ad vindictam

De omni iniuria,& ciuiliter & criminaliter agi poſſe.

Dignitatẽ iniuſti ingenda pœna attẽdi.

Grauitas iniuriæ,ex quibus perpendenda ſit.

Non admitti hac actione variationem.

Quos non liget hæc actio.

dictam maiestatis publicæ.l.quod reip.ff.eo. Quartò,ratione artis, vt si quis astrologus vel diuinator consultus, dicit quem furem,non tenetur actione iniuriarum, sed aliâs tanquam illicitam artem exercēs, punitur.l.item apud Labeonem.§.si quis astrologus.ff.eod.

Tollitur†autem hæc actio iniuriarum septem modis.Primò, dissimulatione, quòd scilicet iniuriam passus comedit, bibit,risit,& iocosè conuersatus est cum iniuriante.§ si.cum glo.hîc tit.nost. Secundò, per pactum.l.si tibi.§.quædam.ff. de pact.Tertiò,per transactionem.Quartò per iusiurãdum delatum iniurianti,si iurat se nō fecisse iniuriam, vel fecisse, non tamen animo iniuriandi.l.non solùm.§.j.vers.proinde. ff.eo. Quintò per lapsum vnius anni.l.si non conuicij.C.eo. Sed hoc verum est, quod tollitur ope exceptionis, non tamen ipso iure: quia sicut tempus non est modus inducendæ obligationis,ita nec tollendæ,vt dixi in §.at si stipuleris.suprà de verb.oblig.In tribus tamen casibus perpetua est hæc actio,scilicet quãdo quis est verberatus,pulsatus,vel domus sua per vim introita.§.sed & lex Cornelia. cum ibi not. infrà eod.Sextò,per satisfactionem, vt scilicet non possit amplius ad vindictã agi,licet ad dãnum.Et†hîc nota optimam cautelam,quòd quando agitur contra aliquem actione iniuriarum,& timet de condemnatione,est cōsultum, vt soluat ante condemnationem id,in quod damnari possit,& sic euitat infamiam: soluitur enim per sentētiam interlocutoriam ab obseruatione iudicij, quæ interlocutoria habet vim sententiæ definitiuæ.Vide Barto.in l.infamem.ff.de publ.iudic Septimò, tollitur morte illius, qui passus est iniuriam, ante litem contestatam, & morte iniuriantis post litem contestatam.l.si eam.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau. 13 *Iniuriarũ actio vt tollatur.* 14

EXPOSITIO Textus.

Cùm enim prætor. Differentia†inter sententiam iniustam & iniquam est.Iniqua dicitur, quando quis scienter iniquè iudicat:& tum facit litem suam,& tenetur insolidum.Iniusta sententia dicitur,quando ignoranter, & per imperitiam iniustè iudicat,tūc nō tenetur in solidũ, sed inquantũ bono viro videtur,nec etiã efficitur infamis.Vide.Ioã.de Pla.hîc. 15 *Sententia iniusta & iniqua.*

Pugno pulsatus. Differētia inter pulsare,& verberare,hæc est,quia verberare fit cum dolore,vt fustibus:pulsare autem sine dolore,vt pugnis. *Pulsare, verberare.*

§. *In summa.* Vel criminaliter vel ciuiliter, vna tamen intentatā nō potest redire ad aliā, cū vtraq; tēdat ad vindictā. *Per procuratorem.* In actione tamen iniuriarum ciuiliter intentata admittitur procurator, etiam mandatum generale habens. l. licet. §. ad actionē. cum glo. ff. de procurat. l. sed si vnius. §. procuratorem autem. ff. eodem.

De obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. Tit. V.

1 *Quasi delictum dicitur, quando quis non ex dolo, neque lata culpa, sed forte ex imperitia, vel negligentia sua, vel suorum conueniri potest.*


2 *Iudex quando, & quomodo male iudicando litem suam faciat.*

3 *Paterfamiliâs inquantum teneatur, si quis ex domo sua, siue deiiciendo siue effundendo, læsus est.*

4 *Si quid appensum est, quod nocere posset, licet non nocuerit, tamen appendens tenetur ad decem aureos.*

5 *Caupones, stabularij, exercitores nauium, si quid per illorum ministros rebus illatis damni datum fuerit, tenentur in duplum.*

6 *Ex quasi maleficijs oritur actio in factum.*



DE obligationibus, quæ ex contractibus, quasi cōtractib9, & delictis, dictū est, de illis aūt q̄ ex quasi delictis proficiscūtur, dicendū erit. Dicitur † autē quasi delictū 1 *Quasi delictum.* propriè, quādo quis neq; ex dolo, neque lata culpa, sed forte ex imperitia, siue negligētia sua, vel suorū conueniri potest. 2 *Iudex male iudicās.* Eius ponūtur hîc in tex. tria exēpla. Primū † est de iudice, quòd is male iudicādo litē suā facit: in quo distingue, Aut is iudex fuit paterfamiliâs, aut filiusfamiliâs. Primò casu subdistingue, Aut sciēs, vel ex proposito malè iudicauit: & tūc aut loquimur de ciuilibus causis, & iterū distingue, Aut est iudici aliquid datū vel promissum, vt malè iudicaret: & dānatur læsæ parti in triplū eius quod accepit, & in duplū illius quod promissum est. auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui malè iudi. Aut neq; datū, neq; promissum q̄d est, sed alioqui dolo, & ex ꝓposito alterā partē læsit: & datē cōtra eū actio in factū, siue de dolo ad expēsas, & æstimationē litis, fitq; infamis. l. fi. de pœna iud. qui malè iud. Aut loquimur de criminalibus causis: & confiscātur omnia eius bona, quòd malè iudicauit:

depo

depositoque cingulo & dignitate in exiliũ mittitur.d. Authẽ. nouo iure.§.si quis autem.in Authẽ.vt litig.in exord.lit.iur. coll.ix. Et hoc mẽbrũ distinctionis nõ pertinet ad nos, quia illi iudices verè delinquũt. Aut malè iudicauit, non tamẽ ex dolo, sed per errorẽ, aut imperitiã: tũc, aut pars læsa appellauit à sẽtẽtia: & nõ tenetur iudex, si pars succubuit in causa appellationis, quia eius sẽtẽtia manet firma, arg.l.à procõsulibus.C.de appe. Si verò læsus in causa appellationis obtinuit, siue non appellauit, punitur iudex. Pœna autẽ est in arbitrio iudicis, qui debet habere rationẽ sũptuũ & dãnorũ, læsæ partis. Dic tamen, aut iudex errauit circa facillimas leges, quas scire debebat, qualis est.auth.cessante. C.de legiti. hære. & grauius punitur. Aut circa difficillimas leges errauit, vt de intellectu legis, Gallus.ff.de libe.& posth.& mitius punitur secũdum gl. Aut iudex fuit filiusfamiliâs: & distinctiones suprà traditæ quoque locũ habẽt: distingue tamẽ; Aut is filiusfamiliâs habitauit in domo patris: & pater cõueniri potest de eo, quod per imprudẽtiam iudicauit, quatenus est in peculio filij secũdum quosdã. Aut seorsũm habitauit: & ipse filius cõuenitur, nõ pater.§.si filiusfamiliâs.cũ gl.hîc tit.nos.

Error circa faciles & difficiles leges.

2 Secundum † exẽplum est, si ex alicuius domo, vel propriã ipsius, vel conducta, vel in qua gratis etiã habitat, quid deiectum effusũm ve fuerit, & alicui noceret: & tenetur inhabitans pro deiecto, siue effuso à familia sua, vt ab vxore, liberis, & ministris, &c. Quo casu distingue, Aut deiiciẽdo, vel effundẽdo, dãnum datur in rebus: vt si quis effunderet aquã putridã sub die, & læderet vestes alicuius, teneretur simpliciter ad duplũ dãni, &c. Si de nocte factũ fuerit, distingue. Aut fit in loco, per quẽ frequẽter iter fieri solet: & quoq; tenetur deiiciens siue effundens. Aut alio loco: & non tenetur. Aut damnũ est datũ personæ alicuius liberi hominis: & subdistingue, Aut deiiciendo vel effundendo est vulneratus: & dãnatur effundẽs, siue deiiciẽs, in quãtum iudici æquum videtur, scilicet ad expensas factas in curatione, in mercede medicorũ, & in operis quibus caruit, & cariturus erat. Aut liber homo deiiciendo est occisus: & pœna quinquaginta aureorum statuta est, nõ tñ pro æstimatione occisi: quia liberi hominis nulla est æstimatio: sed vt nõ impune fiat, hæc pœna statuta est, quæ datur actori, quia hæc actio est popularis.§.ob hominem liberum.& ibi Ioan.de Pla.hîc tit.nos. Idẽ dic de eo

Iniuria ex deiectione & effusione.

Si ex appẽso dãnum fiat. 4 quod appensum est. Hoc† tamen adde, si appensum nocere possit, licet nondũ nocuerit, tamen pœna decẽ aureorum statuta est in appendentẽ. Si verò nocuerit, dic secundũ distinctionẽ proximè traditã. Et licet paterfamiliâs hoc casu teneatur ex facto vxoris, liberorũ, & ministrorum, tamen si filiusfamiliâs seorsùm ab eo habitauerit, & quid ex domo ei⁹ deiectũ fuerit effusúmve, &c. pater cõueniri nõ potest, sed ipse filius, dicto §. si filiusfamiliâs. hîc tit. nostro.

5 Tertium exẽplum† est, si illi, quos caupones, stabularij siue exercitores nauiũ negotiis suis præponũt, in rebus illatis damnũ dederint, vel furati fuerint, ipsi caupones, stabularij, siue ipsi exercitores nauiũ, ex quasi maleficio cõueniri possunt. Et datur actio contra eos in duplũ, propterea ꝙ malorũ hominũ opera vsi sunt. Distingue tamen, aut primùm constat, quisnam ex seruis dederit damnũ, & poterit damnũ passus contra eum actione noxali agere, in qua est liberum cauponi, stabulario, &c. vel seruũ dare pro noxa, vel eum retinere, vel noxã alioqui resarcire, vt ī. per totum tit. de noxalib. act. Aut non constat, quis fecerit: & agit dãnum passus contra cauponem, nautã, stabularium, actione

Actio in factũ ex omnibus maleficijs oritur. 6 in factũ ad duplum. Vide Azo. super hoc titu. Ex† omnibus ergo quasi maleficiis oritur actio, quæ vocatur in factum: & datur regulariter etiã hæredibus, non autem contra hæredes, quia est pœnalis. §. fi. in glo. hîc tit. nostro.

De actionibus. Tit. VI.


1 *Quare doctores iuris sint tam diligentes in coniungendis continuationibus titulorum.*
2 *Continuatio omnium titulorum à secundo libro incipiendo vsque ad præsentem titulum.*
3 *Actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.*
4 *Actio & officium iudicis quid differant.*
5 *Quando, & quos liceat extra iudicium persequi.*
6 *Actiones sunt duplices, reales, & personales.*
7 *Actiones reales quæ sint, & quotuplices.*
8 *Actiones personales quæ dicantur & quæ illarum origo.*
9 *Ex delicto tripliciter oriuntur actiones, ex facto proprio familiæ, & ex lasciuia animalium.*
10 *Ex quasi delicto oritur actio in factum.*
11 *Actiones, quæ ex contractibus oriuntur, quædam dantur in non contrahentem, quædam in contrahentem tantùm.*

Actio

12 *Actiones contra non contrahentem quædam dantur peculio tenus, quædam in solidum.*

13 *Actionum contra contrahentem aliæ sunt mistæ, aliæ merè personales.*

14 *Actiones in solidum quæ sint, & quomodo diuidantur.*



Vi Iura† docēt solēt in coniungendis continuationibus titulorũ,& rubricarũ, plerunq; diligentes esse,tum propter faciliorem intellectũ materiæ propositæ, tum quoq; ꝙ rubricarum authoritas maxima est,& sępe pro legibus allegari soleat,nisi sint Rubricæ Decretorum:quę cũ sint factæ docēdi tātũ causa,ab eo,qui ius cōdēdi leges nō habuit,pro Authēticis nō habētur,nec etiã quicquã probare possunt.Sicuti de istis omnibus copiosissimè Iason hîc in princ.scribit.Nos autē quia principalē titulũ istius libri, quàm breuissimè enarrare decreuimus,rationem cõtinuationis quoq; nō intermittemus:& vt sequētia facilius intelligãtur,ducemus continuationē, nō à proximo titulo præcedēti,sicuti fieri solet,sed ab initio secundi libri. Primùm †itaq; scias,ea,quæ ab initio secūdi libri vsq; ad hūc tit.dicta sunt,cōtinere causas actionũ.Secundus liber cũ principio tertij,vsq; ad titulũ de oblig.habet causas actionũ realiũ,eodē ferè ordine,quo hoc titulo tractãtur. Certũ enim est,quòd primus titulus secūdi libri tractat modos, quibus dominia rerum cōsequimur:dominiũ autē tribuit actionē realē,quæ vocatur rei vēdicatio:& est omniũ præcipua,de qua tractatur in §.omniũ.versic.aut cum eo.hic tit. nostro. Sequentes tituli in secūdo libro de seruitutibus,de vsufructu,de vsu & habitatione,tractãt res incorporales, vt seruitutes reales,& personales:seruitutes autē tribuũt actiones quæ vocantur negatoria,& confessoria,de quibus habes in §.æquè.hîc ti.nostr.Престереà titulus de vsucapionibus, tractat de materia quasi dominij,ex quo nō oritur rei vēdicatio,sed actio Publiciana,de qua in §. nanq;. hîc tit. nostro. Postremò requiri ͤ materia successionis,ex qua ori ͤ actio, quæ vocatur petitio hęreditatis,illa habet duplicē causam. Aut enim oritur ex testamēto,aut ab intestato.Actio ex testamento est duplex,vniuersalis & singularis.Actio vniuersalis oritur ex titulis de testamentis, de hæredibus instituēdis,de substitutionibus,de fideicōmissis vniuersalib⁹.Actio

1

2 *Series atq; ordo huius operis.*

singularis oritur ex titulis, de legato, de fideicõmisso singulari. Petitio verò hæreditatis ab intestato orit ex materia titulorũ, de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, de senatusconsul. Tertulliano, de senatusconsul. Orficiano, de successione cognatorum. Titulus verò de bonorum possessionibus, pertinet ad interdicta adipiscenda. Et tantum de secũdo & principio tertij libri. Terti' liber à titulo de obligationibus, vsq; ad hunc titulum, continet causam actionũ personalium, quæ est obligatio. Obligationis autem causæ sunt quatuor, cõtractus, quasi cõtractus: delicta, quasi delicta. Contractus fiũt quatuor modis, re, verbis, literis, & cõsensu. Ex contractibus, qui re cõtrahuntur, oriuntur actiones, condictio certi, cõdictio indebiti, actio cõmodati, depositi, & pignoris: de quarũ causis est titulus, quibus modis re cõtrahi. obl. Et habetur in §. itẽ Seruiana. §. rei persequẽdæ. §. omnes autẽ. & §. actionum quædam, hîc tit. nostro. Ex cõtractu verbali oritur actio ex stipulatu, de cuius materia est titulus, de verbo. oblig. & d. §. omnes autem. hîc tit. nostro. Ex literarum obligatione oritur actio de nõ numerata pecunia, de quo est tit. de litera. obli. Ex consensu oriuntur actiones ex empto, vẽdito, locato, cõducto, pro socio, mãdati: de quibus sunt tituli de emptione, locatione, societate, & mandato, & d. §. actionũ quædam. hîc tit. nostro. Ex quasi contractu oriuntur actiones negotiorum gestorum, tutelæ, cõmuni diuidũdo, familiæ erciscundæ: de quibus est titulus de obligationibus, quæ ex quasi cõtractu nascũtur.

Causæ obligationis.

Actio de non numerata pecunia.

Quot & quæ actiones ex delictis.

Principium quarti libri tractat de delictis priuatis, & quasi delictis. Ex delictis oriuntur quatuor actiones, furti, vi bonorum raptorum, legis Aquiliæ, & iniuriarum: de quibus in singulis titulis. Ex quasi delicto oritur actio personalis in factum, de quo in ti. de quasi delicto. Et sic habes quòd omnia suprà dicta causæ actionum sunt. Sicuti ergo auroram matutinã sequitur pluuia, ita dominium, & quasi dominiũm, & obligationem sequitur actio. Et cohæret hîc titu. cũ superioribus, sicuti cohærent causæ & effectus: quia autem omnes causæ absolutæ sunt, nunc de effectu earum, hoc est, de actionibus, dicemus.

3 Actio, †est ius persequẽdi in iudicio, quod sibi debetur, vt hîc, in princ. tit. nostri. Genus istius definitionis, Ius est. Dico autem ius, ad differentiam rerum corporalium, quæ in

in iure cõsistere nõ possunt, vt s. de rebus corporalibus diximus. Secũdò ad differẽtiã officij iudicis, qđ non est species iuris, sed potius exercitiũ quoddã, nec potest ꝓpriè dici actio. In hoc tamen distingue. Aut cõsideramus officiũ iudicis, prout personæ iudicis cohæret: & tunc nullo modo potest dici actio: nam actio cõpetit partibus, qua ius suum consequuntur. Aut cõsideramus officium iudicis, vt à partibus petitur, & imploratur in locũ deficiẽtis actionis, qualis est petitio restitutionis in integrũ, itẽ petitio excusationis à tutela &c. & largè loquẽdo potest dici actio. Si enim hoc casu specificum nomen non habet, tũ appellatur persecutio. l. pecuniæ. vel si. persecutionis. ff. de verb. sig. Persecutio autem quoq; dicitur actio. l. actionis verbo. ff. de verb. signi. Ergo tale officium iudicis largè potest dici actio. Sed †strictè & propriè loquendo, omnino differũt actio & officiũ iudicis. Primò, certũ est, ꝙ actio regulariter præsupponit ius aliquod, vel obligationẽ. l. licet. §. ea oblig. ff. de procura. Officiũ autẽ iudicis propriè neq; dominiũ, neq; obligationẽ præsupponit: nã non debetur, quod officio iudicis petitur, sed quasi debetur, vt deprehẽditur in petitione restitutionis in integrũ, &c. l. qui per collusionem. §. pretij. ff. de actio. emp. Bart. in l. fi. ff. de iniuriis. glo. in l. si seruũ. §. fin. in verb. posse. ff. de verb. obli. Hinc est ꝙ pars læsa simpliciter implorat officiũ iudicis, & iudex nõ ex debito, sed ex mera gratia, & misericordia subuenit, secundum gl. super rub. ff. de interrog. actio. Secũdò differũt, ꝙ in his, q̃ veniunt iure actionis, pars per interpellationẽ, etiã extraiudicialẽ cõstituitur in mora. l. qui Romæ. §. cohæredes iũcta glo. in verb. intestato. ff. de ver. obl. Et gl. in l. vinum. in verb. cùm petitũ esset. ff. si cer. peta. In his autẽ, quæ officio iudicis veniũt per interpellatione extraiudicialẽ, pars non constituitur in mora. l. cùm postulassem. in prin. ff. de dam. infec. &c. Ratio diuersitatis colligitur ex prima differẽtia, quòd scilicet officium iudicis nullã præsupponit obligationem: & vbi nulla est obligatio, ibi quoque nulla est petitio: vbi autem nulla est petitio, ibi quis nõ potest in mora constitui. Ergo. &c. l. si pupill⁹. ff. de ver. obli. Dico in definitione, persequẽdi, ad differentiam exceptionũ, quæ dãtur reis, nõ vt persequantur, sed vt se cõtra actores defendãt, secundũ glo. hîc in ver. persequẽdi. Dicò autẽ, in iudicio, ad differentiã †eorũ, quæ 5

Officiũ iudicis & actio.

4

persequimur extra iudicium:quales sunt fures nocturni & diurni,milites deserentes militiam,publici latrones, & malefactores,debitores fugitiui, quando iudicis copia haberi non potest,dummodo tamen creditor vltra viginti horas eum non retineat,alias diceretur habere priuatum carcerem, contra dispositionem Iuris.C.de priuatis carcer. per totum.l.iiij.ff.ad l.Aquil.C.per totum, quãdo licet vnicuique &c. Et in summa omnes, qui ad perpetuam obedientiam adstricti sunt,quales sunt vxores,liberi,serui,extra iudicium propria authoritate capere, & persequi possumus secundum glo.hîc,& Iason.in verb.indicio.

Quod officio iudicis petitur, nõ debetur. Dico,quod sibi debetur.Primò ad differẽtiã officij iudicis,per quod non petimus quod nobis debetur, sed quod quasi debetur,vt s.diximus.Secũdò,ad differẽtiã accusationum criminalium & publicorum iudiciorum,in quibus nõ persequimur quod nobis debetur, sed ad vindictã agimus, vt quis puniatur.Potest quoq; positum esse ad differẽtiam actionum realium,in quibus nihil debetur, sed petimus id, quod prius nostrum est,secundum gl. hîc quæ tamẽ in hac parte reprobatur.Licet enim in actione reali propriè nulla sit obligatio,tamen subest quædam quasi obligatio,vt glo.
6 hîc decidit.Sũt†autẽ actiones duplices,reales, & psonales.
7 *Actiones reales.* Reales†sunt,quibus rẽ persequimur,cõtra quẽcunq; possessorẽ:& sunt aut præiudiciales,aut nõ præiudiciales.Non præiudiciales diuidunt in vẽdicatorias,& reuocatorias.Vẽdicatoriæ sunt,quibus res nostras vẽdicamus.Et sunt duplices.Quędã dãtur directè ad res vẽdicãdas,quędã verò sunt præparatoriæ vẽdicationis.Quæ directè dãtur, sunt duplices:aut enim dãtur pro reb⁹ corporalibus, aut incorporalibus.Pro rebus corporalibus dantur duæ,rei vẽdicatio,quæ datur domino,& actio Publiciana, quæ dat quasi domino. Pro rebus incorporalibus quoq; dãtur duæ, confessoria,& actio negatoria.Præparatoriæ vẽdicationis sunt duæ, actio ad exhibẽdũ,& actio rescissoria. Reuocatorię actiones reales sunt duplices:quædã enim dicunt propriè reuocatoriæ, quædã verò auocatoriæ.Reuocatorię dicunt, qb⁹ traditio rei,quæ in fraudẽ alicuius facta est,reuocat: & sunt quinq;, Pauliana,Fauiana, & quasi Fauiana, Caluisiana, & Interdictũ fraudatoriũ. Auocatoriæ sunt,quibus auocãtur res,quæ locatorib⁹ vel creditorib⁹ tacitè obligatę erãt:quales sunt actio

actio Seruiana,& quasi Seruiana,Saluianũ interdictũ. Actiones autem reales præiudiciales dicũtur, quibus de statu alicuius personæ cõtendit̃.Et sunt tres. Prima datur domino & seruo.Secũda patrono & liberto.Tertia parẽti & filio.

Actiones†personales verò dicuntur,quibus agimus contra eũ,qui est nobis obligatus ad faciendũ aliquid, vel dandum,& semper aduersus eundẽ habẽt locũ: & illæ oriuntur ex obligatione. Obligatio verò actionẽ personalẽ pariens, orit̃ ex quatuor causis,ex delicto,quasi delicto, cõtractu, & quasi contractu. Quæ†ex delicto oriuntur, subdiuiduntur. Quædã oriuntur ex delicto , siue facto proprio cuiusdam, quædam verò ex facto seruorũ,siue lasciuia animalium suorũ.Illarũ autẽ,quæ ex facto proprio oriũtur,quędã sunt pœnæ persecutoriæ tãtũ,quædã verò mistæ.Pœnæ persecutoriæ tãtũ dicũtur,quib⁹ pœnã persequimur debitã ex aliquo delicto priuato:& illæ dãtur vel in simplũ, vel in duplũ: vel in quadruplũ,vel ex arbitrio iudicis.In simplũ dãtur actiones pœnales,quarũ sunt tres.Prima dantur aduersus eũ,qui quid ex albo prætoris corrupit.Secunda aduersus eũ,qui patronũ,vel parentem in ius vocauit,cùm id non impetrasset. Tertia aduersus eum,qui vi exemit eum,qui in ius vocaretur.In duplũ dat̃ actio furti nõ manifesti, & actio serui corrupti.In quadruplum verò datur actio furti manifesti,actio qđ metus causa,actio de ea pecunia quæ ad hoc data est, vt quis calumniæ causa negotiũ alicui faciat.Ex arbitrio iudicis agitur actione iniuriarũ.Mistę verò dicũtur,quibus tam rem,quàm pœnam persequimur simul. Et illæ quoq; dãtur, aut in simplũ,aut in duplum,aut in triplũ, aut in quadruplũ. In simplum datur actio leg.Aquiliæ,de damno dato,si modò reus cõfitetur se damnum dedisse.In duplũ dantur, primò actio depositi ex quatuor causis , vt si quis deposuerit causa tumultus,ruinæ incendij,vel naufragij. Secundò, actio ex testamẽto cõtra eos,qui relicta sacrosanctis ecclesiis dare distulerint.Tertiò,actio legis Aquiliæ de dãno dato. Intellige autem illas tres actiones,tũ demum in duplum dari, si reus negauerit:contra confitentẽ enim dãtur in simplum. In triplũ datur actio cõtra eos,qui maiorem veræ æstimationis quantitatem inferunt , vt litium executores ampliorem sportularum summam inde exigere possint. In quadruplum verò datur actio vi bonorum raptorum. Et in istis

8 *Actiones personales.*

9

Mistæ actiones.

omnib

omnibus actionibus mistis, rei persecutio cõtinetur sub ipsã
pœna. Nec enim datur specialis actio ad rem persequendã.
Et tantũ de actionibus, quæ oriuntur ex facto proprio cuiusq;.
Actiones verò, quæ ex facto seruorũ, siue animalium
suorum lasciuia oriuntur, sunt duæ, actio noxalis, & actio, si
quadrupes pauperiẽ fecisse dicatur. In istis habet dominus
electionẽ, vt det vel seruũ, siue quadrupedem pro noxa, vel
dãnũ resarciat. Et tantum de actionibus ex delicto. Ex quasi
10 † delicto oritur actio in factũ, de qua suprà in tit. proximo.
11 Actiones † quæ ex contractibus oriuntur, subdiuiduntur.
Actio peculio tenus Quædam enim dãtur nõ tãtùm cõtra ipsum contrahẽtem,
sed etiam contra eũ, qui habet cõtrahentem in potestate, pa
12 trẽ scilicet, & dominũ. Et illarum † quædã dãtur peculio tenus
contra patrẽ & dominũ, vt est actio de peculio. Quædã
verò dantur contra patrem & dominũ ex cõtractu filij, vel
serui insolidũ, cũ limitatione tamen: & sunt quinq;: actio q̃
iussũ, tributoria, de in rem verso, institoria, & exercitoria.
13 Quædã † verò actiones dãtur contra ipsum cõtrahentẽ tantùm,
Mistæ actiones. & illarũ quædã sunt mistæ, quædam merè personales.
Mistæ dicũtur, quæ sunt tã reales, quàm personales: & sunt
tres. Familiæ erciscundæ, cõmuni diuidundo, & finiũ regundorum.
Merè personales sunt duplices, quædam dantur contra
reum, non in solidũ, sed in quantũ facere potest: & sunt
quinque: actio de dote, quã agit mulier contra maritũ. Item
si quis egerit cum parente vel patrono suo. Actio pro socio.
Itẽ si quis conuenitur ex donatione sua, & quando agũt cre
14 ditores cõtra eũ, qui cessit bonis. Actiones † autem, quæ dantur
insolidũ, dicũtur in quibus reus condemnatur ad totũ id
quod petitur. Et sunt duplices: Aut enim bonæ fidei, aut stricti
iuris. Actiones bonæ fidei dicuntur, in q̃bus ex æquo &
bono multa veniũt, de q̃bus nõ est actũ, & sunt decem & septẽ.
Ex empto, vẽdito, locato, conducto, negotiorum gestorũ,
mandati, depositi, tutelæ, cõmodati, pignoratitia, familiæ
erciscũdæ, cõi diuidũdo, præscriptis verbis, quæ de æstimato
proponitur, quæq; ex permutatione competit, & petitio
hæreditatis. His adde actionem pro socio, licet non detur
in solidũ. Stricti iuris actiones dicuntur, in quibus nihil venit,
nisi de quo expresse est actũ, vt sunt actio de constituta
pecunia, actio in factũ ex iureiurãdo descẽdẽs. Actio ex stipulatu,
cõdictio certi, ex mutuo, depositi. Et breuiter, omnes
aliæ

aliæ actiones personales, quæ suprà inter actiones bonæ fidei numeratæ non sunt. Et tantum de contractibus.

Ex quasi contractu oriuntur sex actiones, de quibus diximus suprà de obligationibus, quæ ex quasi contractu nascuntur. nunc ordine de singulis suo loco dicemus, & de realibus primum.

DE ACTIONIBVS REALIBVS.

1 *Actio realis est, per quam rem nostram, ab alio possessam, petimus.*

2 *Possessor quis hîc dicatur.*

3 *Actiones reales quomodo diuidantur.*



Dicitur† autem actio realis propriè, per quam rem nostrã, quæ ab alio possidetur, petimus. Quod dico in definitione, rẽ nostram: tu primũ intellige de domino, qui petit rẽ suã. Deinde de quasi domino, qui petit rem nondum vsucaptã. §. nanque. hîc titu. nostro. Tertiò de eo, qui ius aliquod habet in re quadam, vt seruitutem, & id amisit, §. æquè hîc tit. nostro. Quartò de eo, qui habet ius pignoris, vel hypothecę in re alicuius. §. item Seruiana. hîc tit. nostro. Quod dico in definitione, ab alio possidetur: fit ad differẽtiã actionis personalis, quæ nõ respicit possessores rerũ, sed personas ex contractu quasi cõtractu, delicto, vel quasi delicto obligata. Hæc autẽ actio propriè inhæret rei, & sequitur possessorem, qualiscũq; etiã fuerit. Quod† autem dico possessor: tu intellige primùm qui naturaliter & ciuiliter possidet. Secundò de eo, qui naturaliter tantùm possidet. Tertiò de eo, qui desiit dolo malo possidere. Quartò de eo, qui quasi possidet res incorporales, & iura: vt seruitutes, iurisdictiones, decimas, & similia. Et breuiter intellige de omnibus, qui restituendi habent potestatem, vel dolo desierunt habere potestatem restituendi, & c. l. officium. ff. de rei ven. Diximus autem actiones reales esse duplices, quasdam dari directè ad res vendicandas, & illas subdiuidi. Aut enim dantur pro rebus corporalibus, quales sunt rei vendicatio, & actio Publiciana. De rei vendicatione primùm dicemus.

(Right margin: 1 *Actio realis.* — 2)

DE REI VENDICATIONE.

1 *Rei vendicatio est actio realis, quæ datur domino contra quemlibet possessorem, ad rem suam vendicandam.*

2 *Vendicatio rei est duplex, directa, & vtilis.*

Actor

3 *Actor in hac actione tenetur probare se esse dominum rei petitæ, & reum esse possessorem.*

4 *Quomodo debeat probari dominium rei petitæ.*

5 *Quot, & quibus modis probetur possessio rei.*

6 *Reus alienans rem dolo ante litem contestatam, conuenitur actione in factum ad interesse.*

7 *Reus, si tempore primæ citationis primum desiit possidere, præsumitur in dolo.*

8 *Forma libelli rei vendicationis.*

1 *Rei vendicatio.* REi vendicatio† est actio realis, quæ datur domino contra possessorem quemlibet, ad vendicandam rẽ suam corporalem. Genus istius definitionis est actio. Dico, autem realis, ad differentiam actionum personalium. Dico autem, domino, ad differentiã actionis Publicianæ quæ datur quasi domino ad vendicandam rem suam, quam nondum vsucepit. Secundò ad differentiam actionis confessoriæ, & negatoriæ, quæ quoque non datur dominis, sed illis qui habent ius in re alterius, puta seruitutem realem: & sic capitur hic dominus proprie & stricte. Dico, contra possessorem, ad differentiam actionum personalium. Secundò, ad differẽtiam rerum incorporalium, quæ non possidentur, sed quasi possidentur. Est autem duplex rei vendicatio, directa, & vtilis. Di-
2 recta† datur illi, qui habet plenum dominium in re aliqua, vel saltem dominium directũ: qualis est dominus feudi, siue emphyteusis. Vtilis autem rei vendicatio cõpetit illi, qui habet vtile dominium alicuius rei, qualis est vasallus vel emphyteuta. l. j. §. fi. ff. si ager vectig. vel emph. petatur.

Causa istius actionis est dominium propriè & strictè sumptum. In libello autem rei vendicationis medium concludendi est, quòd actor est dominus rei petitæ, & reus est
3 possessor. Tenetur† ergo actor probare illa duo copulatiuè, nempe se esse dominum, & reum esse possessorem, aliàs rei vendicatio non procedit. Quibus autem modis illa duo pro-
4 bentur, dicemus. Et † primò de probatione domini, quæ est difficilis, circa quam distingue, Aut loquimur de rebus, ex quarum qualitate constat, quòd ante occupationem, siue appræhensionem actoris fuerint in bonis nullius, quales sunt feræ bestiæ, gemmæ, lapilli in litore maris inuenti, item insula in mari nata, &c. de quibus loquitur §. feræ igitur bestiç. cum seq. sup. de rer. diui. Et dominium illarum re-

Conclusio libelli in rei vendicatione.

Probatio dominij.

rum

rum probatur directè per probationem occupationis, siue appræhẽsionis, per regulã. Quæ nullius in bonis sunt, occupanti concedũtur. Et hæc probatio est facillima. Aut loquimur de rebus, ex quarũ qualitate colligi nõ potest ꝙ anteà nullius fuerint, sed certũ est eas dñm habuisse, quales sunt fundi, domus, animalia mãsueta, pecunia numerata, & omnes species, siue res opera hominũ factæ, & in esse productæ de quibus loquitur l. adeo. §. cùm quis. ff. de acqui. rer. do. & §. cum ex aliena. cum multis seq. sup. de rer. diuis. Et in istis distingue. Aut probatur ꝙ quoque in nullius bonis, aliquan diu fuerint, quod fit tribus modis. Primò, si prior dñs habuerit illas res pro derelicto, vt ff. per to. pro derel. Et hoc casu probatur dominiũ ꝑ solã apprę hẽsionẽ, siue occupationem.

Secundò, si res erat tributaria, & vacauit biennio, præsumitur quoq; habita pro derelicto, probaturq; dominiũ per appræhensionẽ & possessionem biennalẽ. l. qui agros. C. de om. agro deser. lib. xj. Tertiò, si officio iudicis fiunt proclamata, vel affigũtur publica edicta hoc modo: Si quis velit dicere illam vel illã rẽ suã esse, cõpareat intra certum terminũ, &c. Et si nemo cõparuerit intra illũ terminum, censetur quoque res habita pro derelicto, & occupans eã postea eius dominiũ per appræhẽsionẽ probet, secundũ Ias. hîc, qui multa ad hoc allegat. Istis tamẽ tribus casibus probatur tãtùm vtile dominiũ, nõ autẽ directũ. Aut probari nõ potest, quòd aliquãdiu in nullius bonis fuerint, & dic. Aut quærimus de probatione dominij vtilis: & tunc, si quis dicit, & probat se rem immobilẽ decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes cũ titulo, & bona fide possedisse, dominium vtile probatũ est, secũdũ glo. & doct. in l. traditionibus. C. de pact. Aut quærimus de probatione dñij directi: & dic. Aut loquimur de rebus mobilibus: & probatur dominiũ, si possessio cũ titu. & bona fide per trienniũ continuũ probata fuerit. d. l. traditionib⁹, &c. Aut loquimur simpliciter de quibuscũque rebus: & probatur dominiũ bifariã. Primò, ꝑ præscriptionẽ tãti tẽporis, cuius initij nõ extat memoria, secũdum Bald. & doct. in d. l. traditionibus. Secũdò per allegationẽ alicuius tituli, vt si quis dicat rem sibi donatã, vẽditã, legatã. Itẽ ꝙ habeat ex successione alicuius, vt hæres, &c. Sed hoc casu requirũtur tria copulatiuè. Primũ ipse titulus, vt emptio, legatũ, donatio. Secundò, ꝙ res fuerit tradita. Tertiò, ꝙ tradens

Probatio dominij vtilis.

fuer

fuerit dominus.l.cùm res.iuncta gl.& quæ ibi notantur per Doct.de prob. Vide Spec.in tit.de loc.§.fin.versi.lvj.Nec satis est probare titulum & traditionem,si non probetur,tradentẽ dominũ fuisse:nemo enim plus iuris in aliũ transferre potest,q̃ ipse habet,iuxta vulg.reg.in vj.Et hæc de probatione dominij à parte actoris in rei vendicatione dixisse sufficiant. Nunc dicemus quid actor teneatur probare à parte rei.Requiritur ergo ad hoc,vt rei vendicatio locũ habeat,vt probet reũ rẽ petitã possidere,aut dolo desiisse possidere.

5 Probatur autem † possessio multis modis. Primò si reus insistit in ipsa re.l.j.& iij.cum simil.ff.de acquir.possess.

Probatio possessionis

Secundò,si fructus illius rei colligit. Tertiò, si ei respondetur de pensionibus,secundum Bart.& Docto.in l.qui vniuersas.§.quod per colonum.ff.de acquir.possess.Quartò, si fecit fundum coli.gl.in l.iij.C.fin.regun.Ne autem actor accipiatur,primùm debet reum conuenire,& interrogare, an possideat illam rem,vel an dolo desierit possidere, quia velit eam vendicare.l.qui petitorio.ff.de rei vend. Et si reus in iudicio fateatur se possidere,vel desiisse possidere,iam actor tutus est,& potest contra eum agere, modo tamen probet dominium. Nec refert,siue reus possideat,siue non:nihilominus damnatur dominio probato, quia per confessionem obtulit se liti.l.fin.autẽ.in prin.ff.de rei ven.Si autẽ negauerit,dicemus quid iuris.Primò,quando reus negat se dolo desiisse possidere,actori probandũ est eũ possedisse,& se denũciasse,ne alienaret illam rẽ,quia velit eã vendicare: quo probato,probatum est rem desiisse dolo possidere.Barto.in d.l. qui petitorio.ff.de rei ven.In hoc bene distingue. Aut reus alienauit rem vendicandam post litẽ contestatam, & conuenitur nihilominus rei vendicatione.d.l.qui petitorio. Aut

Admonitio actoris.

6 alienauit † ante litem contestatã,dolo:& non competit rei vendicatio contra eũ,sed actio in factũ ad interesse, vt colligitur ex tit.C.de alien.iu.mut.caus.fact. Ita tenet quoque

7 Panor.in c.j.extrà de alien.iud.mut.cau.facta.Quidam † tamen arguunt,si reus tempore primæ citationis possederit, & postea desierit possidere,quòd præsumatur in dolo, Allegat ad hoc Iason Baldum in capitulo finali. extrà de iudi. Secundò quando scilicet reus post aptum actoris libellum negat se possidere, distingue. Aut bona fide negat, id est, nesciens se possidere; & nihil efficit negatio, etiam si possidear

sideat, secundum Bart. in l. fin. ff. de rei vendic. Aut mala fide negat, id est, sciens se possidere. & subdistingue, Aut negat qualitatem possessionis, vt quia dicit se emisse à vero domino: & tunc si actor probat alium titulum, puta quòd reus possessionem cõsequutus est à furioso, pupillo, vel simili: & punitur reus in trãslatione possessionis. Aut negat ipsam possessionem: & tunc si negat partem possessionis, & ab actore de mendacio conuincitur, adiudicatur illa pars, quam negauit, actori. Bald. in l. cogi. C. de pe. hæred. Si verò negat totã possessionem, & ab actore conuincitur, tenetur iudex ad petitionem actoris, eum mittere in possessionem rei, tãquam vacãtem, domino etiam nondum ab actore probato. d. l. fi. ff. de rei vendic. Et huc refer totum titulum suprà de rerum diuisio. Libellus in rei vendicatione, quo ad substantialia, potest ita proponi præmissis præmittendis.

LIBELLVS IN REI vendicatione.

Corã† vobis D. iudex, cõparet Titius, & proponit Sẽpronium fundũ Tusculanũ possidere, vel dolo desiisse possidere. Quia autẽ fundus iure dominij directi vel vtilis ad actorem spectat, & reus habet facultatẽ restituendi, ideóq; petit actor se declarari dominũ illius fundi, & reũ ad restitutionẽ, vnà cum fructibus à tãto tẽpore perceptis, quíq; à diligenti patrefamiliâs, vsque ad finẽ illius cõtrouersię percipi potuissent. Hoc procedit contra possessorẽ malæ fidei. Bonæ fidei enim possessor non tenetur de fructibus percipiẽdis, sed tantùm de perceptis & extãtibus. Vide gl. §. si quis à non domino. in ver. cogitur restituere. s. de rerũ diuisione. Quos actor deductis omnibus impẽsis ad eius culturã factis, pro tot vel tot aureis taxat, salua tñ iudicis taxatione, cõdẽnari, eúmq; cõdemnatum ad restitutionẽ prædictorum cõpelli, & cogi. 8

Malæ fidei & bonæ fidei possessor, de quibus fructibus teneantur.

Et hæc vera sunt, quãdo petitur res vnà cũ fructib⁹. Si verò simplex res peteretur, fieret talis cõclusio libelli. Petit itaq; actor se declarari dominũ rei petitæ, & reum ad eius restitutionẽ condẽnari, dãnatúmq; ad restitutionẽ cogi & cõpelli.

DE ACTIONE PVBLICIANA.

1 *Actio publiciana est actio realis, qua petimus id, quod nobis ex iusta causa à non domino traditum, sed nõdum vsucaptũ est.*
2 *Actio Publiciana à quo, & quare sit introducta.*
3 *Vendicatio rei, & Publiciana in quibus conueniant, & in*

quibus non, & nume. 4.

5 *Ad quasi dominium quinque requiruntur.*

6 *Agens Publiciana duo necessario probare tenetur, traditionem scilicet, & titulum.*

7 *Causæ actionis Publicianæ sunt duplices, propinqua & remota.*

8 *Reus cõuictus actione Publiciana tenetur restituere rẽ cũ omnibus fructibus, damnis & expensis, sicut & in rei vendicatione.*

9 *Actiones reales extinguuntur per vsucapionẽ, & præscriptionẽ.*

10 *Libellus actionis Publicianæ quomodo debeat formari.*

11 *Experiens primò rei vẽdicationẽ, nec potest probare dominiũ, põt postea nihilominus instare Publicianã si soluit reo expensas.*

12 *Actor ignorans num sit dominus vel quasi dominus rei petitæ, potest alternatiuè concludere.*

13 *Tutius est intentare iudicium possessorium, quàm petitorium.*

Actio Publiciana.



ECunda actio realis, quæ pro rebus corporalibus repetẽdis datur, est Publiciana. Est † autẽ
1 actio Publiciana actio realis, qua petimus id, quod nobis ex iusta causa à non dño bona fide traditũ est, & nodũ vsucaptũ. l. j. ff. de Publ.
2 in rẽ actio. Et habet † nomẽ à Publicio prætore, qui eam introduxit. Causa impulsiua hæc erat, cùm de iure ciuili nulla actio extaret, qua quis rem amissam, quę bona fide, & ex iusta causa tradita erat, nec tamen vsucapta (rei enim vendicatio soli dño datur) Publicius æquitate motus, hãc actionem introduxit, ne quis suo iure, id est, quasi dominio temere priuaretur. §. nanque si cui. hîc tit. post. Sed dico in definitione, actio realis, ad differentiã actionũ personaliũ. Quod autem sit realis, inde patet, quia datur quasi domino ad petendam rem sibi ex emptione, donatione, vel alia iusta causa traditã, & nondũ vsucaptã cõtra possessorẽ quẽcunq;. Inde patet quoq; ex eo, ꝙ Imperator eã connumerat inter actiones reales prætorias. Dico, ex iusta causa. ad hoc enim vt hæc actio locum habeat, requiritur iusta causa, hoc est, ꝙ præcedat aliquis titulus ad translationẽ dominij aptus: quales sunt tituli emptionis, donationis, dotis, legatorũ, &c. l. ij. & iij. ff. de Publi. actio. Dico, à nõ domino: quia si à vero domino res tradita esset, & posteà amissa, cõpeteret non Publiciana actio, sed rei vẽdicatio. Dico, bona fide: nã q sciẽs rẽ alienã emit, is non facilè habet vsucapiẽdi causam, ideoq; eam rẽ amissam hac actione recuperare non potest. Vbi enim vsucapio,

&

& præscriptio locum nõ habet,ibi quoque non oritur actio Publiciana,& econtrà.l.traditionẽ. & quæ ibi notãtur.ff.de Publiciana in rem actio. Dico,traditũ:quia sine traditione, vel quasi traditione,regulariter possessio non procedit. Vbi autẽ nulla est possessio, ibi quoq; nulla oritur vsucapio, vel præscriptio.Et vbi nulla est vsucapio,ibi quoque non habet locum Publiciana. Ergo vbi nulla traditio vel quasi,non est locus Publicianæ vt Sorites sit perfectus.Dico nondum vsu captum:quia si res mobilis possessa vsucapta, vel immobilis præscripta esset,non cõpeteret actio Publiciana:sed rei ven dicatio:quia per vsucapionem rerum mobilium transfertur directum dominium, & per præscriptionem immobilium transfertur vtile dominium. d.l.traditionibus. cum ibi not. C.de pact.Sed de istis singulis infrà latiùs dicemus.

Vides iam†rei vẽdicationem, & actionẽ Publicianam in quibusdam cõuenire. Primò, sicuti rei vẽdicatio datur vero domino,ita Publiciana quasi dño. Secundò,sicut rei vendicatio datur contra eum,qui possidet, vel desiit dolo possidere:item qui habet restituendi facultatẽ,ita quoque Publiciana.Tertiò,sicuti in rei vẽdicatione possessor tenetur de dolo,culpa seu mora,item de damnis,fructibus,& expensis restituendis,ita quoque in Publiciana.Et breuiter in omnibus ferè conueniuntur,iuxta l.eũ qui.§.in Publiciana.ff.de Publ. in rem actio.Differũt†tamẽ quoque in quibusdam, Primò, rei vẽdicatio non datur ad res incorporales.l.vendicatio. ff. de rei vendic.Actio autem Publiciana datur tam ad res corporales,quàm ad incorporales.Si enim seruitus,quæ est res incorporalis,à non domino esset alicui constituta, & priusquam præscriberetur,amissa, cõpeteret pro ea recuperãda actio Publiciana.l.si ego.§.si de vsufructu.ff.de Publi.in rem actio. Et est ratio diuersitatis, secundum Ias.quia pro rebus incorporalibus constitutis per veros dominos competunt actiones speciales,scilicet cõfessoria & negatoria.Si verò à nõ dominis constituuntur seruitutes, & posteà amittũtur nulla extat specialis actio, ideo extẽditur ad eas actio Publiciana.d.l.si ego.Secũdò differunt,ꝙ rei vendicatio datur etiam contra titulo possidentem.l.officium.ff.de rei vendic.Publiciana autem non datur contra titulo possidentem, vt colligitur ex l.siue.§.si duobus.iuncta glo.ff.de Public.in rem actio.nisi talis titulus esset procuratus in odium agentis:tum

3 *Publiciana in quibus cũ rei vendicatione conueniat.*

4 *Earũdem discrimina.*

enim possessor esset in mala fide: vel nisi possessor haberet titulũ à fure, vel ab alio, qui tenuisset rẽ cũ vitio. Istis enim casibus cõpeteret Publiciana, etiã cõtra titulo posidẽtem, secũdum Ias.& Doc.hîc.Ratio autẽ, ꝙ Publiciana nõ datur regulariter contra tit.posidentem,hæc est,ꝙ posidẽs cum tit.habet duo,titulum scilicet, & possessionẽ:agens autẽ Publiciana cõtra tit.posidentẽ habet tantũ vnum,nẽpe nudũ titulũ,quia possessio est amissa:& sic in posidẽte cum titu. sunt duæ rationes,in altero verò tm̃ vna. Vbi autẽ sunt plures rationes,ibi quoq; debet esse fortius ius.§.si verò.cũ ibi not.s.de adop. Causa istius actionis est quasi dominiũ.Sicuti em̃ in rei vẽdicatione requiritur actorẽ esse dñm, ita quoq; in hac actiõe requiritur actorẽ esse quasi dominũ.Requirũ

5 tur†autẽ ad quasi dominiũ,vt ex superioribus colligi potest quinq;.Primò,traditio rerum mobiliũ,corporaliũ,vel quasi traditio rerum immobiliũ, vel incorporaliũ.l.traditionẽ.ff. de publ.in rẽ actio.l.seruus.§.incorporales.ff.de acquir. rer. do. In titulis tñ pro legato,& pro hærede,nõ est necessaria traditio, cùm etiã sine ea quæratur dominiũ:apprehẽsio tñ necessaria est,secũdum glo.in l.Celsus.in verb.existimarẽt. ff.de vsucap. Secundò,ꝙ ex titulo habili ad translationẽ dominij traditio facta sit, vt ex emptione,donatiõe, dote,&c. vt s.diximus.Tertiò,ꝙ à non domino acceperit.Quattò,ꝙ bona fide acceperit ab eo,quem putauit dñm,quiq; habebat facultatẽ dispõnẽdi de rebus suis,vt non pupillus,nec furiosus,&c. & crediderit per traditionẽ se dominũ factũ.l.eum, qui à furioso.§.Prætor.ff.de public.in rem actio.Quintò,ꝙ credat se tẽpore agẽdi dñm non esse, vel dubitet,propterea

6 ꝙ nõdum vsuceperit.Sed tñ†hæc quinq; omnia de necessitate probãda non sunt,sed tantùm duo, nẽpe traditio,& titulus:reliqua tria nõ itẽ. Primò,enim probare non tenetur rem à non dño traditã,secundũ Ang.hîc. Neq; etiã bonam fidem probare tenetur illa enim prǽsumitur,donec contrarium probetur.Præterea hæc & similia consistũt in intellectu,& relinquuntur alicuius consciẽtiæ, nec possunt cadere in sensum testis,secundum gl.hîc,in verb.dicit. Et prædicta

7 quinque requirũtur à parte actoris.†Dic autẽ breuibus,causam actionis Publicianę esse duplicẽ,propinquã & remotã. Propinqua est quasi dominium. Causæ remotæ sunt causæ quasi dominij,vt traditio,titulus,bona fides,&c. Sicuti causa propin

Quæ ad quasi dominium requirantur.

Necessitas in probatione quasi dominij.

propinqua rei vendicationis est dominium, & causæ remotæ sunt modi acquirendi rerum dominia,&c Materia istius actionis tota dependet ex titulo de vsucap.& præscrip.

A parte autem rei requiruntur illa ipsa, quæ suprà de rei vẽdicatione enumerauimus, videlicet ꝙ reus possideat, vel dolo desierit possidere. Item ꝙ habeat restituendi facultatem. Sicuti autem † rei vendicationis effectus est, quòd reus 8 testibus, instrumentis, vel propria confessione conuictus, tenetur rem restituere cum omnibus fructibus, damnis,& expensis,ita quoque in actione Publiciana dicendum est.

Extinguuntur † autem prædictæ duæ actiones per vsucapionem,& præscriptionem: nam si res mobilis spatio triennij,& immobilis inter præsentes decẽnio, & inter absentes viginti annis bona fide,iusto titulo possessa fuerit, extinctæ sunt actiones reales: quia dominium, vel quasi dominium, quæ sunt causæ istarum actionum,per vsucapionem,& præscriptionem in possessorem translata sunt. 9 *Interitus rei vẽdicationis & Publicianæ.*

LIBELLVS IN ACTIONE Publiciana.

Licet † domus,quam Titius possidet,actori ab eo,quem credidit dominũ esse ex iusta causa,emptionis scilicet,tradita sit, ab eóque aliquandiu possessa, ita ꝙ in causa præscribendi fuerit,tamen cùm ipse abesset,illa domus à Titio appræhensa,& occupata est,qui eam iam possidet, nec vult restituere,licet restituẽdi habeat facultatem. Petit ergo actor per vestram sententiam declarari,eam domũ iure quasi dominij ad se pertinere, & Titium possessorem ad illius restitutionem condemnari, condemnatúmque opportunis iuris remediis ad restitutionem compelli,& cogi. 10

Nota † hìc obiter, si quis intentauit primò rei vendicationem,& in ea succubuit,quia dominium non potuit probare quòd nihilominus adhuc poteſt intẽtare Publicianã, & econtrà, modò soluat aduersario suo expensas.l.minor. §.si seruus.ff.de euictionib. Secundò nota,† licet regulariter libellus incertus non valeat, nec etiam admittatur, tamen quãdo actor incertus est, an sit dominus vel quasi dominus illius rei,quam petit,potest alternatiuè concludere, videlicet,peto me declarari dominum,vel quasi dominum:& valet libellus, secũdum Innocen.in c.constitutus. extrà de restitutio.in integrum. Et tantum de actionibus realibus, quæ 11 *Qui succubuit in altera harum actionum,nihilominus ad alterã habet regressum.* 12

 dantur

dantur pro rebus corporalibus. Et prædicta procedũt in iudicio petitorio, hoc est, quando actor petit se declarari dominum, vel quasi dominũ, & est paratus probare dominium vel quasi. Secus si intentaretur iudiciũ possessorium, hoc est, si quis diceret se fuisse in possessione alicuius rei, & spoliatũ esse: tum intẽtaretur interdictum vnde vi, vel remedium ex canone, reintegranda ij.q.iij. Et hoc casu satis est probare possessionem, & spoliationem. c. in literis. extrà de rest. spol. Et tutius† est intentare possessorium, quam petitorium pro
13 pter probationes: multò enim faciliùs probatur possessio, & spoliatio, quàm dominium, vel quasi.

DE ACTIONIBVS REALIBVS, quæ dantur pro rebus incorporalibus,

Actiones Reales, quę dantur pro rebus incorporalibus, hoc est, seruitutibus, & aliis iuribus, sunt duæ, confessoria, & negatoria.

DE ACTIONE CONFESSORIA.

1 *Confessoria est actio realis, qua agimus contra impedientem nos vti iure, siue seruitute competenti nostræ personæ, vel rebus nostris ex re alterius.*

2 *In quibus conueniat hæc actio cum superioribus, & in quibus non, vt nume. 3.*

4 *Res incorporales bifariam petuntur, sicut & res corporales.*

5 *Actio confessoria est duplex, directa, & vtilis.*

6 *Ius, quod in re alterius habemus, quomodo probandum.*

7 *Reus conuictus actione confessoria cogitur vnà cum restitutione interesse, fructuum, & damnorum ab impedimento abstinere, & cauere actorem vlterius, neque per se, neque per hæredes ac successores suos impeditum ire.*

8 *Quibus modis probetur possessio seruitutis in re aliqua.*

9 *Actio confessoria tollitur illis ipsis modis, quibus seruitutes amittuntur, pro quibus competunt.*

10 *Libellus actionis confessoriæ quomodo formandus.*

1 Confessoria, † est actio realis, qua agimus contra impedientem nos vti iure siue seruitute competenti nostræ personæ, vel rebus nostris ex re alterius. Et dicitur confessoria, quia proponitur verbis affirmatiuis. Dico in definitione, actio realis. Primò, quia datur illi, qui habet affine dominij, id est, ius in re. Secundò, quia rei, hoc est, fundo siue domi

Actio confessoria.

domui inhæret,& rem sequitur à quocunq; cœperit possideri.l.via constitu.§.si fundus.ff. de seruit. rustic. prædior. Dico,iure:quia hæc actio non tantùm competit pro seruitutibus,sed pro quolibet iure incorporali,secundum Ioan. Fab.hîc,& Spec.in §.ij.in tit. de restit. spol. Hinc est quòd si quis me impediret in receptione decimarum,vel redituũ ex re aliqua,vel impediret me vti iurisdictiõe, competeret actio cõfessoria cõtra impediẽtẽ. Dico, seruitute,propterea ꝙ hæc actio pro omnibus seruitutibus, tã realibus, quã personalibus datur.Dico,nostræ personæ,propter vsumfructum,vsum,& habitationẽ,quæ sunt seruitutes personales, & personis inhærent,quæq; cum personis intercidunt. Dico,rebus nostris,propter seruitutem vrbanorum & rusticorum prædiorũ,quæ non personis,sed rebus,hoc est, fundis, siue domib⁹ debẽtur.Dico autẽ,ex re alterius. Primò,quia res alicuius propria ei nõ seruit.Secundò, quia seruitus est relatio,& versatur inter duo extrema,fundamentũ s.& terminũ.Fundamentum est res aliena seruiens:nam in ea consistit seruitus.Terminus verò est res, siue pſona dominãs, quò respicit illa seruitus.Cõuenit autẽ† hæc actio cum superioribus,quòd sicuti rei vendicatio datur domino, & Publiciana quasi domino,ita quoque hæc datur illi,qui habet ius in re,quod est affine dominij.Differt tamẽ† ab eis,ꝙ illæ dãtur pro rebus corporalib.hæc autem pro rebus incorporalib.Sicuti autẽ res corporales possunt peti bifariã, in iudicio petitorio,& iudicio possessorio,vt dixim⁹,ita† quoque res incorporales,de quibus hîc loquimur,petũtur bifariam.Aut enim petitur earũ proprietas, aut quasi possessio. Proprietas petitur in iudicio petitorio, in quo scilicet actor petit declarari illam seruitutẽ iure ad se pertinere:& tum propriè locũ habet hæc actio confessoria. Est† autem hæc actio duplex,directa,& vtilis.Directa daẽ illis qui habent directum dominium in prædiis,siue domibus, quibus debetur seruitus.Et datur contra eum,qui est directus dominus illius rei,ex qua seruitus debetur. Vtilis verò datur illi,qui habet vtile dominiũ,siue ius aliquod in illa re, cui debetur seruitus:quales sunt,creditor pignoris vsufructuarius,emphyteota,vasallus,secundum Ioan.de Plat.hîc.

Seruitus versatur inter duo extrema. 2 3 4 5 *Cõfessoria duplex.*

Causa istius actionis est ius, qđ in re alterius habemus. Hoc autẽ† ius ꝓbatur per cõtractus inter viuos vel per vl- 6

timam voluntatẽ, iuncta patientia domini illius rei seruientis: quæ loco traditionis habetur. Item per præscriptionem modò is, qui agit, fit dominus directus, vel vtilis fundi illi⁹ dominantis. Si enim esset quasi dominus, competeret actio Publiciana, vt s. diximus. Effectus istius actionis est, quod reus 7 cõuictus† ad petitionem actoris, & implorationem officij iudicis cum restitutione interesse, fructuum, & damnorum abstinere cogitur. l. loci corpus. §. in confessoria. cum §. seq. & l. & si forte. §. fin. ff. si seruit. vend. Præterea tenetur reus conuictus præstare cautionẽ, quòd in futurum nec ipse, nec hæres eius, nec successores eius impedituri sint actorem vti tali seruitute. l. harum. cum similib. ff. si seruit. vendic.

Et prædicta vera sunt, quãdo quis agit iudicio petitorio, id est, quãdo dicit, hoc ius vel hãc seruitutem in re alterius sibi cõpetere, virtute alicuius cõtractus, siue actus, & quasi traditam per patientiam domini hoc casu tenetur illa probare. Secus autẽ si ageret iudicio possessorio. i. si diceret se in quasi possessione alicuius seruitutis in re alterius fuisse, & de facto eiectũ, siue in ea turbatũ, & sic spoliatũ se proponit, & agit ad restitutionem quasi possessionis. Quo casu nõ competit actio cõfessoria, sed pro spoliatione vtile interdictũ, vnde vi, vel vtilis actio in factũ, surrogata in locũ illius interdicti, vel vtilis actio ex cõstitutione. l. si qs in tãtã. C. vnde vi. de quibus dicemus. j. de interd. Et hoc casu teneretur tãtum probare, se in quasi possessione fuisse, & per reũ eiectũ. Pro turbatione autẽ possessionis quasi istius cõpeteret interdictum, quasi vti possidetis. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vẽdic. Vide Specu. de restit. spol. in §. nũc dicemus.

8 Quãdo autẽ† quæritur, quibus modis probetur hæc possessio, distingue, Aut loquimur de seruitutibus negatiuis, vt est, altius non tollere ædificata: & probatur per vnũ solum actum: vt si actor dicat, se prohibuisse ne altius tollatur ædificium vicini, & aduersariũ acquieuisse probationi. Bart. in l. j. C. de seruit. & aqua. Aut loquimur de seruitutibus affirmatiuis, quales sunt ire, agere, licere: item aquã ducere per alterius fundum, & in istis subdistingue: Quædam sunt, in quibus potest vsus esse per modum facultatis vel amicitiæ, vt ire per fundum: cuilibet enim datur facultas per alterius fundum eundi, nisi prohibeatur. l. iij. §. plane. ff. de acq. rer. do. & de his non dicitur. Quædam sunt, in quibus vsus nõ pot

Probatio possessionis seruitutis.

potest esse per modum facultatis: vt si quis ducat aquã per fundum tuum, tunc per primum actum inducitur quasi possessio. l. j. in prin. & §. quod autem. ff. de aqua quot. & æsti.

Tollitur autem actio confessoria illis ipsis modis, quibus amittuntur seruitutes, pro quibus competũt, quos vide suprà de seruit. & vsufruc. 9

LIBELLVS IN ACTIONE confessoria.

Conuenit cum Titio, & emi ab eo pro tot aureis ius, vt per fundum suum Tusculanum ad fundum meum Seianũ, quorũ cõfinia cohærent, aquam ducere liceret. Et ipse post seruitutis istius cõstitutionem passus est ducere aquam, in fundũ meum, & ita per suam patientiã hoc mihi ius quasi tradidit. Quúmq; aliquãdiu in libera & quieta possessione ducendi aquam per fundum suum fuissem; & id mihi virtute dicti contractus, & quasi traditione liberè licere putassem, familia Titij eius iussu me impediuit, & adhuc impedit, quò minùs mihi aquã ducere liceat, propter qđ impedimentũ tanti mea interest; &c. peto itaq; per vestrã sentẽtiam declarari, eam seruitutem ducendæ aquæ per fundum Tusculanum Titij, fundò meo Seianò competere, Titiũq; condemnari, vt post præstationem interesse, mediante vestro officio caueat, se hæredes, & successores suos in futurum non esse impedituros, me vti iure meo constituto, &c. 10

Hic libellus ita esset formãdus, si quis iã fuisset in quasi possessione seruitutis per contractum, & quasi traditione constituræ, & iterum amissæ. Secus autem si seruitus tãtùm promissa esset, & non quasi tradita: tum enim ageretur contra promittentem actione personali ex stipulatu, præscriptis verbis, vel ex empto, secundum Iason. hîc.

DE ACTIONE NEGATORIA.

1 *Actio negatoria quid sit, & vnde dicta.*
2 *In seruitute non altius tollendi, tam actio confessoria, quàm negatoria locum habet.*
3 *Actio negatoria pro omnibus iuribus & seruitutibus competit.*
4 *Quæ necessario in hac actione requirantur.*
5 *In actione negatoria onus probandi incumbit reo.*
6 *Quot, & quibus modis reus possit probare seruitutem sibi in rebus actoris esse constitutam.*
• *Forma libelli actionis negatoriæ.*

1 Actio†negatoria est actio realis,qua agimus, res nostras non seruire rebus siue personæ illius,qui contendit sibi ius in eis cōpetere.l.ij.cum ibi no ff. si seruitus vēd. Et dicitur negatoria, quia plerunq; negatiuè proponitur, licet interdum proponatur verbis affirmatiuis,effectus tamē semper est negatiuus:vt quum dico ius mihi esse altiùs tollendi ædes meas,idem est,acsi dicerē prohibēte vicino, ius ei non esse prohibendi me,ne altiùs tollā. Ita quoq; licet confessoria plerunque proponatur verbis affirmatiuis, tamen interdū quoque proponitur negatiuis verbis: vt cū dico vicinum meum non posse altiùs tollere ædes suas,per hæc verba ago actione confessoria, mihi competere ius in

Actio negatoria.

2 ædibus vicini,ne ipse altiùs tollat.Et sic†nota hîc obiter,in seruitute altius non tollendi, vtranq; actionē locum habere,tam confessoriam,quàm negatoriam. Confessoria locū habet,quādo ago mihi ius esse in ędibus vicini mei,ne ipse altiùs tollat.Negatoria autem,quando contendo aduersarium ius nō habere in ædibus meis,quo impediat ne altiùs tollā:& sic ago tantùm pro liberate mea retinēda,quæ mihi cōpetit de iure cōmuni. Cùm enim aër sit cōmunis res, vnicuique liberum est eo vti,nisi ex cōuentione prohibeatur:ideo nego vicino meo ius cōpetere,quo me prohibere cupit ne altiùs ædificem l.altiùs.C.de seruit.l.cum eo. cum simil.ff.de seruit.vrban.præd.Dico,actio realis: quia datur domino illius rei,quę cōtenditur esse libera,& in qua negatur seruitus.Dico,res nostras,ad differentiam actionis confessoriæ,qua agimus rem alienā nobis seruire.Reliquæ partes definitionis omnes positæ sunt ad differētiam actionis

3 confessoriæ.Nota†quoque hanc actionem nō tantùm pro seruitutibus,sed quoq; pro aliis iuribus cōpetere, veluti si quis neget ex rebus suis deberi decimas, reditus, vel cēsus.

4 Ad hoc†autē vt hæc actio locū habeat,requiruntur duo. Primùm,ꝙ actor habeat dominiū,vel ius aliquod in ea re, in qua negatur seruitus.Secūdò, ꝙ reus prætendat in ea re sibi esse constitutā seruitutē. Et licet in omnibus actionib⁹ onus probādi regulariter imponatᷣ actori,& non reo: ideo ꝙ si actor in probatione defecerit,reus, & si nihil omnino præstiterit,absoluitᷣ,iuxta vulg.l.qui accusare.C.de edē. In

In negatoria requisita.

5 hac†tn̄ actione diuersum seruatur, quia actor non tenetur probare intentionē suæ actionis,videlicet rem suā non seruire

Natura negatoriæ.

uire rebus alienis, sed satis est vt probet se dominũ istius rei esse. Hoc enim casu eius intẽtio est fundata per probationẽ dominij, propter præsumptionẽ iuris, q; præsumit, quaslibet res esse liberas: quæ præsumptio trãsfert onus probandi in reũ, vt scilicet probet in rebus actoris ius sibi cõstitutũ esse. Et hoc ideo, quia actor agit negatiuè, reus autẽ excipit affirmatiuè: affirmatio verò probanda est, & nõ negatio. l. actor. C. de probatio. Vide gl. in l. sicuti. §. sed si quærat. in ver. possessoris. ff. si seru. vend. Bar. in l. in ædib. C. de ser. & aqua.

Probat † ergo hoc casu reus seruitutem sibi constitutam in rebus actoris multis modis, vt per pactiones, stipulationes, contractus, per vltimã voluntatẽ, &c. §. si quis velit. sup. de seruit. Itẽ, per præscriptionẽ, quæ habetur loco cõstituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstiua. l. si quis diuturno. in prin. ff. si ser. vend. Et sic reus in actione negatoria in effectu nihil differt ab actore in actione confessoria. 6

LIBELLVS IN ACTIONE negatoria.

Licet † fundus Titianus iure dominij vel quasi, quo ad Sempronium liberè, & sine aliquo onere, vel seruitute ad me pertineat, tamen quia Sẽpronius contendit in eo constitutã esse seruitutẽ fundo suo, eaq; vtitur, licet ego negem, & vtẽdo res meas facit deteriores, peto ergo per vestram sententiam declarari, Sempronio non esse ius vtendi aliqua seruitute in rebus meis, sed fundum meum, quo ad ipsum esse liberum. Et tantum de actionibus realibus non præiudicialibus, quæ dantur directè ad res vendicandas. Nunc de præparatoriis rei vendicationis dicemus. 7

DE ACTIONIBVS Præparatoriis.

1 *Actiones præparatoriæ quæ sint, & quotuplices.*

Dicuntur † autem præparatoriæ actiones ideo, quia præparant viam aliis actionibus, quando res ob aliquod impedimentum vendicari, & haberi non potest: & sunt duæ actio ad exhibendum, & actio rescissoria. 1 *Cur dicantur præparatoriæ actiones.*

DE ACTIONE AD EXHIBENDVM.

1 *Actionis ad exhibendum definitio, definitionisq; expositio.*
2 *Quibus actio ad exhibendum dari soleat.*
3 *Actio ad exhibendum in quibus rebus competat.*
4 *Quomodo & vbi exhibitio rei fieri debeat.*
5 *Quæ requirantur in actione ad exhibendum.*

6 *Reus*

6 *Reus conuictus hac actione, condemnatur ad rei exhibitionem, cum omnibus accessionibus & vtilitatibus.*

7 *Libellus huius actionis quomodo sit formandus.*

1 Actio†ad exhibēdum, est actio realis, quæ datur cuilibet, cuius interest pecuniariter, ad hoc vt res mobilis exhibeat in publicū, detúrq; experiundi copia: & habet locum cōtra quēcunq; possessorē.l.ij.ff.ad exhib. Dico, actio realis: quia persequitur rem, à quocunq; fuerit possessa naturaliter & ciuiliter, vel naturaliter tātùm, siue etiā detēta per se vel per aliū. Imò datur contra quēlibet, qui tempore sentētiæ habet restituendi facultatē.l.cùm seruus.ff. ad exhiben. Licet ergo text.in l.iij.§.est autē.ff.ad exhibē. dicat, quòd sit actio personalis, tamē id potest intelligi, quòd delictum interdū præbet causam huic actioni. Sicuti videmus in seruo, qui noxā dedit, & posteà absconditur, iam agitur vt is seruus exhibeatur, & sic delictū istius actiōis, hoc casu causa est. Tamē quia semper persequitur ipsam rem, à quocunq; fuerit possessa, potest dici realis, præsertim cùm propter rei vendicationē sit præcipuè inducta.l.j.ff ad exhibē. Dico, pecuniariter: hoc intellige ad differentiā affectionis. Licet enim alicuius interfit ex affectu quòd res exhibeatur tamē si inde non sentit cōmodū pecuniariū, non habet locum hæc actio. Dico, cuius interest pecuniariter: quia hæc

2 actio†multis datur. Primò datur domino, qui præparat vt posit rem suā à possessore suo vendicare: & hoc casu idem ferè operatur q interrogatio, quà actor interrogat reum, an non possideat rē, de qua suprà in rei vendicatione dictū est. Estq; maximè necessaria, propter res, quæ iure accessionis alicui acquirūtur. Vt si mea gēma inclusa esset tuo auro non possum vendicare priusquam eximeretur: ago itaq; ad exhibendū, vt separetur gemma ab auro, & posteà vendicetur.l.gemma.ff.ad exhibe. Et hoc casu est præparatoria rei vendicationis directæ. Secūdò datur ei, qui habet seruitutē in re aliqua: vt si quis haberet vsumfructū equi, & hoc casu est præparatoria rei vēdicationis vtilis. Tertiò datur ei, qui habet ius in re, scilicet ius pignoris, vel hypothecæ: & tunc est præparatoria Seruianæ vel hypothecariæ. Quartò dat ei, qui petit omnes seruos alicuius exhiberi, vt noxiū seruū agnoscat. Nam quādo testes dicūt se nō agnoscere psonā, vel rem nominaliter, sed si eam viderent, cognoscerent, res

Quibus hæc actio detur.

siue

siue persona debet eis ostendi,l.si criminis.C.ad exhi. Quo casu est præparatoria actionis noxalis. Posti emò datur cui libet,cuius interest pecuniariter rē exhiberi.l.iij.per totum ferè.ff.ad exhibēn.Dico,res mobilis, ad differentiā rerum immobilium, quæ sine alicuius exhibitionis propositione se exhibent. Itaque†pro rebus mobilibus tantùm locū habet:circa quas distingue. Aut promissa est exhibitio ipsi actori per reum:& tunc non habet locum hæc actio, sed actio ex stipulatu propter promissionem:quia factum est de ductum in obligationem.l.vbi autē.§.qui id.ff.de ver.oblig. 3 *Hæc actio ad immobiles res tantū spectat.* Aut non est promissa exhibitio:& tunc,aut quærimus de tabulis testamēti alicuius,siue codicillis exhibēdis, quas forte aliquis detinet:& subdistingue, Aut ipse testator adhuc viuus,vel eius hæres post mortem testatoris agit pro exhibēdis tabulis:& habet hæc actio locū.l.iij.§.si ipse.ff.de tabulis exhibēdis.l.iij.ff.quemad.testam.aper.l.iij.§.si quis.ff.ad exhib.Aut alius quidam præter testatorem & hæredem, cuius interest tabulas exhiberi,vt puta legatarius,&c.agit, & non competit hæc actio,sed interdictum de exhibendis tabulis.d.l.iij.§.si ipse testator.ff.de tabul exhiben.& d.l.iij.§. si quis.ff.ad exhib.Aut quærimus de aliis rebus mobilibus, quàm tabulis testamenti,vt seruo,equo,pecude &c. Et sub distingue,Aut loquimur de instrumentis:& variæ cōpetunt actiones,secundum varietatem contractuū celebratorum. Exemplum:Legatarius agens contra hæredem, vt exhibeat instrumenta,quibus probatur origo rei legatæ,habet actionem ex testamento.l.instrumenta.C.de fideicom. Sic quoque emptori agenti contra venditorem competit actio ex empto ad exhibitionem instrumentorū, quibus proprietas & approbationes finiū probentur.l.Titius hæres.ff. de act. emp.Plura exempla vide apud Azo.in summa sua.C.ad exhib.Dico,vt exhibeatur in publicū:quia res corā magistratu exhiberi debet.l.iij.§.hoc interdictū.ff.de tab.exhib.l.in publicum.ff.de seruis fugi. Ita†enim exhibitio fieri debet, 4 quòd actor rem exhibitam tangere & appræhendere possit: & si instrumentū est exhibendū,ita exhibeatur, vt actor facultatē legēdi & describendi habeat. Est autem exhibitio facienda in eo loco,vbi res fuit tēpore litis contestatæ. Si verò actor velit alibi exhiberi,tenetur in se suscipere periculū & omnes expēsas,exceptis illis,quę in inuestigādo siue curādo *Qualiter sit exhibitio faciēda.*

do consistũt. Et res est exhibẽda in ea causa, in qua fuit cùm iudiciũ susciperetur. Dico, detur experiũdi copia: quia priusquã res exhibeãtur, pleræq; actiones intentari nõ possunt, cùm illa exhibitio ad præparationẽ rei vendicationis, aliarumq; actionũ fiat. Dico, & habet locũ cõtra quẽcunq; possessorẽ: q † in hac actione principaliter requirũtur duo co-
5 pulatiuè. Primò, quòd reus possideat, & habeat facultatẽ restituẽdi. Secũdò. quòd actoris intersit pecuniariter, vt dictũ est. Sed ad probationẽ istius interesse nõ requirũtur testes, vel instrumẽta, sed satis est, actorẽ curare, se non calumniæ causa exhibitionem postulare. l. thesaurus. ff. ad exhibend.

Duo præcipue hanc actionẽ requirere.

Causa materialis est istius actionis, dominium, quasi dominium, ius in re, contractus, & delictum. Quando dominium, & quasi dominium est causa, tunc præparat viam rei vẽdicationi directæ, & actioni Publicianæ. Quãdo ius in re est causa, vt est ius vsusfructus, tũc est præparatoria rei vendicationis vtilis. Contractus quoque potest esse causa, sicuti videmus in pignore: & tunc est præparatoria actionis Seruianæ. Delictum quoque potest esse causa: & tunc præparat viam actioni noxali, sicut suprà diximus. Causa finalis est vt res exhibeatur. Effectus est, quòd † reus conuictus condem-
6 natur ad exhibitionẽ rei, cũ omnibus accessionibus, & vtilitatibus. Et si dolo noluerit exhibere, iurat actor cõtra eũ in litẽ, id est, iurat quòd sua tantũ interfit, rẽ nõ exhiberi. l. nõ ignorabit. C. ad exhib. Si verò culpa rei intercessit quo minus res exhiberetur, teneretur ad interesse. l. si optione. cum l. seq. ff. ad exhibend. Vide Azo. in summa. C. ad exhibend.

Actionis ad exhibẽdũ effectus

Libellus in actione ad exhibendum.

7 In hac † actione libellus est formandus eo ipso modo, quo formaretur, si principalis actio, propter quã exhibitio petitur, intẽtaretur: & hoc ideo, ne iudex putet exhibitionẽ sine causa postulari. In principali tamen causa non proceditur príusquam exhibitio fiat. Sed certa forma libellandi in hac actione præscribi non potest, cùm multarũ, actionum, vt diximus sit præparatoria, quarum quælibet habet suum proprium medium concludendi. Ponamus itaq; vnũ exemplũ, vt scilicet sit præparatoria actionis noxalis, hoc modo, Domine iudex, vicinus meus habet plures seruos quorum vnus ædes meas clanculum ingressus est, & viginti aureos furtim subtraxit. Quia autem illis, qui egrẽdientẽ cum pe-

cunia subtracta videuntur, notũ eius nomẽ non est, & tamen si inspectioni detur, furẽ demõstrare & agnoscere possent, peto pronuntiari vicinũ meũ teneri ad exhibitionẽ omniũ seruorũ suorum, vt testes cognoscere, furemq; indicare possint, & mihi deinde noxalẽ actionẽ cõtra dominũ furis intẽtare liceat. Hoc modo quoq; in aliis actionibus formad' esset libellus, vt si rem tuã velis exhiberi, proponeres ad similitudinẽ rei vẽdicationis, te dominũ illius rei, & Titium possessorem, qui tamẽ neget tuã esse, petas itaq; eũ condemnari vt exhibeat, tuq; post hæc rei vẽdicationẽ intẽtare possis.

DE ACTIONE RESCISSORIA.

1 *Actio rescissoria est, qua agitur ad rem vsucaptam, quasi vsucapta non esset.*

2 *Actio rescissoria tribus competit, præsenti contra absentem, absenti contra absentem, & absenti contra præsentem.*

3 *Quando præsens agit contra absentem, non attenditur causa absentiæ.*

4 *Præsens contra absentem tum demum hac actione agere potest, si absens neminem domi idoneum reliquit, & qui à præsente potuisset conueniri.*

5 *Quando hæc actio detur absenti contra absentem, & quando absenti contra præsentem. & num. 6.*

7 *Absentia est quintuplex, necessaria & probabilis, probabilis tãtum, necessaria tantum, voluntaria cum contumacia.*

8 *Exempla necessariæ & probabilis absentiæ.*

9 *Appellatione vinculorum quid veniat.*

10 *Absentibus ex probabili & necessaria causa, succurritur actione rescissoria.*

11 *Probabiliter abesse dicuntur, qui causa studiorum absunt, & illis quoque competit actio rescissoria.*

12 *Qui dicantur necessariò abesse & quando illis detur actio rescissoria.*

13 *Voluntariè, sed sine contumacia absunt, qui causa sui commodi absunt, & illis non competit hæc actio.*

14 *Absens voluntarius & contumax dicitur, qui citatus per iudicem non comparet, & is nec agens, nec appellans auditur.*

15 *Quibus, & contra quos datur actio rescissoria. & nu. 16.*

17 *Actio rescissoria datur tam pro rebus mobilibus quàm immobilibus.*

18 *Actio rescissoria duo complectitur remedia, rescindens scilicet*

licet & resaßoriums.

19 *Resciſſoria actio interdum eſt realis, interdum perſonalis.*

20 *An materia huius actionis per vnum libellum poßit proponi, an requirantur duo.*

21 *Quid potißimum obſeruandum ſit volenti concipere libellum actionis reſciſſoriæ.*

Actio resciſſoria. Secūda actio præparatoria, eſt actio reſciſſoria, quæ licet interdū ſit perſonalis, vt quādo præcedens actio eſt perſonalis, tamē quia plerūq; habetur pro rei vendicatione vtili, ſecūdū Iaſ. hîc, nos eā quoq; huc volumus inſerere. Eſt aūt nihil aliud hæc actio, q̄ quæ reſcindit vſucapionē. Dicitur aūt
1 † actio reſciſſoria, qua agitur ad rē vſucaptā, quaſi vſucapta nō eſſet. Et habet nomē à reſcindēdo, quia vſucapionē completā reſcidit: & eſt cōtraria publicianæ. In publiciana enim actione quaſi dn̄s, qui amiſit rē ſuā nōdū vſucaptam, repetit eā quaſi eſſet vſucapta: ita ecōtra: in hac actione actor repetit rē vſucaptā, quaſi nunquā vſucaptā. Dico in definitione,
2 ſimpliciter, qua agitur, quia † hæc actio datur tribus. Primò,
Quibus detur. præſenti contra abſentē, qui ſcilicet in abſentia rē præſentis vſucepit vt ſi Titius venderet Sēpronio librū meū, & traderet, Sempronius aūt emptor poſteà diſcederet, & abeſſet per cōtinuū triēniū, ita librū meū vſucaperet, poſt vſucapionem cōpletā rediēs, mihi non cōpetit contra eū rei vendicatio: quia illa datur domino tantū: dominium autē per vſucapionem tranſlatū eſt. l. traditionibus. C. de pact. Competit verò actio reſciſſoria, qua peto per officiū iudicis me in integrū reſtitui, & vſucapionē reſcindi, vt rē meam, cuius dominium per vſucapionem in emptorē tranſlatū erat, vtiliter vēdicare poſſem. Et hoc † caſu quādo præſens agit cōtra abſentē, nō
3 diſtinguitur, ex quib⁹ cauſis vſucapiēs abfuerit. Datur enim
Reſciſſoriam nullā cauſam abſentiæ inſpicere. cōtra eum, qui reipu. cauſa abeſt, & ſic ex cauſa neceſſaria & probabili multò magis competit contra eum, qui abeſt ex cauſis probabilibus tantùm, vel non neceſſariis: vt colligitur ex textu noſtro hîc. Requiritur † tamen hoc caſu, q̄ ab-
4 ſens domi non reliquerit procuratores, neq; etiam habeat coniunctos, ſiue idoneos poſſeſſores, quos præſens domi in vſucapiētis abſentia potuiſſet conuenire, & vſucapionem interrumpere. l. ergo. cum ſimil. ff. ex quib. cau. maio. Si itaque abſens neminem domi reliquit, tunc datur hæc actio contra redeuntem. Præſens tamen non tenetur ſemper expectare

ctare,donec absens redeat,sed si sperat breui reuersurũ, ex-
pectare tenetur: sin minus, vt si est captus absens ab hosti-
bus,& non tenetur expectare præsens,sed detur curator bo
nis absentis, contra quẽ poterit procedere ordinariè, vsque
ad definitiuam sententiã & executionẽ.l. ab hostibus.§.ego
autẽ.ff.ex quib.cau.maio.Vide Ias.hîc in §.rursus.& Bar.in
l.ignorare.ad finem.C.de resti.milit.Secũdò†datur absenti 5
contra absentem:vt sine absente Titius rem meã bona fide
emeret,& post traditionẽ quoq; abesset, donec vsucapionẽ
compleret:si posteà ambo reuertimur,competit mihi cõtra
Titium actio recissoria, qua ago,vt officio iudicis restituar
in integrũ,& vsucapio rescindatur:egóq; rẽ meã vtiliter vẽ-
dicare possim. Tertiò†datur absenti contra præsentẽ:veluti 6
si Titius bona fide emeret à Seio rem Sempronij,& pręsens
vsucaperet,quia fortè Sempronius absuit per triẽnium, da-
tur Sempronio reuerso actio rescissoria contra præsentem.

Sed in istis casibus duobus, quando scilicet absens agit
contra absentem,vel absens contra præsentem, non quæli-
bet absentia excusat ad hoc vt vsucapio possit rescindi. Dic
ergo†absentiam esse quintuplicem. Prima est necessaria & 7
probabilis. Secunda probabilis tantum. Tertia necessaria *Absentia*
tantum.Quarta voluntaria sine contumacia.Quinta volun *multiplex.*
taria cum contumacia secundum glo.& Bart.in l.fi. ff.de re-
stit.in integr. & Iason in §.rursus.hîc titu.nostro. Exempla
†necessariæ & probabilis absentiæ multa colligi possunt: 8
vt primò si quis abest, propter Rempublicam cuiuscunque
ciuitatis,vt causa militiæ,siue legationis.l.sed & si per Præ-
torem.§.fin.ff.ex quib.cau.maio.Secundò,si abest causa ad-
uersæ valetudinis.l.quæsitum.ff.de re iudic.Tertiò,si captus
est ab hostibus.l.ab hostibus. & l.ait Prætor.§.item ei.ff.ex
quib.caus.maio.Quartò,si captus est à prædonibus,aut po-
tentioribus vi, & detinetur in vinculis. l. succurritur. ff. ex
quibus causis maio. Appellatione†autem vinculorum,non 9
tantùm veniunt carceres,& compedes:quia etiam is in vin- *Appella-*
culis esse dicitur qui ita obligatus est,vt sine dedecore in pu *tio vinculo*
blico apparere non possit, vt dicit Ias.in §.rursus.coll.xj.hîc *rũ quid cõ*
tit.nostro. & colligitur ex glo.c.si qui testium.in verb.pau- *tineat.*
pertate.extrà de testib.Et†illis omnibus qui hoc modo ab- 10
sunt,& dominia rerum per vsucapionem amittunt, succur-
ritur per restitutionem in integrum,datúrq; actio rescisso-

ria,qua agunt ad res vſucaptas,quaſi vſucaptę non eſſent.Et
hoc verũ,ſi domi non relinquerint procuratorẽ,nec defen-
ſorem qui nomine eorum potuiſſet agere, & vſucapionem
impedire.Quid autem iuris ſit,ſi domi relictus eſt procura
tor,& tamen abſens eſt læſus:vide quæ notantur per Bart.
11 & Doct.in l.fi.ff.de reſti.in integ.Exẽpla† probabilis abſen-

Abſentiæ probabilis exemplũ.

tiæ tãtum hæc ſunt,vt ſi quis abeſt cauſa ſtudiorum, hoc eſt
probabile,ſed non neceſſariũ,quia nemo cogitur, &c. Et is
rediẽs quoq; reſtituitur,ſi domi nõ reliquerit procuratorẽ,
qui potuiſſet vſucapionem impedire.Vide quæ not.in l.con
12 tumaciam.§.contumax. ff.de re iud.& l.necnon. in princ.ff.

Exẽplum neceſſariæ.

quib.ex cau.maio. Exemplum † abſentiæ neceſſariæ tãtùm
vt ſi quis eſſet relegatus, & circa hoc dic, Aut quis expulſus
eſt vi è ciuitate,ſiue aufugit propter iuſtum metum : & dic,
Aut illius bona ſunt publicata : & agitur contra fiſcum. Aut
ſunt per ſententiam alicui priuato adiudicata:& ſentẽtia eſt
ipſo iure nulla,quia ſententia contra abſentem non contu-
macem lata,non valet.l.de vnoquoque.ff.de re iudi.Si verò
nemini ſunt adiudicata, ſed vſucapta per aliquem vſucapio
reſcinderetur per hanc actionẽ. Aut quis eſt relegatus pro-
pter aliquod delictum : & is ſimpliciter non reſtituitur, niſi
domi non potuiſſet relinquere procuratorẽ. l. Papinianus.
13 ff.de mino.Exemplum,abſentiæ † voluntariæ ſine contuma

Exẽplum volũtariæ.

cia eſt,vt mercatoris,vel alterius cuiuſpiã,qui abeſt ſui com
modi cauſa:& is rediens,non habet reſciſſoriã actionẽ con-
tra eum,qui res ſuas vſucepit.Plerunque enim habent domi
procuratorem negotiorũ, ſecundum Iaſ.in d.§.rurſus. in xj.
14 col.hîc tit.noſtro.Exemplum †abſentiæ voluntariæ cũ con
tumacia eſt,vt ſi quis citatus & monitus per iudicẽ, tamen
abeſt,& is quoque non habet actionem reſciſſoriam,nec au
ditur appellans regulariter.Vide Bart. in d.l.fi.ff.de reſtit.in
integrum.Et regulariter quotieſcunque quis ex neceſsitate,
& non ex volũtate adeſt, nec potuit per aliũ res ſuas domi
curare, ſubuenitur ei per reſtitutionẽ in integrum.l.ſed & ſi
per prętorẽ.§.ſi in fi.ff.ex quibus cauſis maio.Et vbicunque
iudici æquum videbitur, poterit abſentẽ reſtituere ex clau-

Competit etiam ſucceſſoribus.

ſula generali,niſi cõtrarium iure cautum ſit.vide Ioan.Fab.
15 hîc. Secundò dico ſimpliciter,qua agitur : quia † hæc actio
non tantum datur læſis per vſucapionem, verũetiam rerum
ſucceſſoribus,& illis,quorum intereſt,vt colligitur ex l.pri-
mus.

mus.in prin.ff.de minor. Et datur † non tantùm cõtra eum, 16
qui immediatè sentit lucrũ ex vsucapione, verumetiã contra eius successores,& contra tertium,ad quem res peruenit maximè quando actio præcedens est realis. l. cùm miles, ff.ex quibus causis maio. Dico, ad rem vsucaptam simpliciter: quia † hæc actio datur tam pro rebus mobilibus, quàm 17 *Pro quib⁹ rebus detur.*
immobilibus vsucaptis. Quando pro mobilibus competit, vtilis est,& non directa, quia res mobiles vsucapiuntur: vsucapione autem transfertur directum dominium. l. traditionibus. C.de pact. Et prętor directum dominium restituere non potest,quare etiam directã actionẽ dare non potest. Dat itaq; hoc casu actionem, quæ per vsucapionem amissa erat post rescissionem vsucapionis vtiliter. Quando autem pro rebus immobilibus detur,directa est,& non vtilis: nam res immobiles præscribuntur: præscriptione autem dominium directum non tollitur, sed vtile. Quare rescissa præscriptione,adhuc competit actio directa, quæ ante præscriptionem completã competebat, licet sic sortiatur cognomen,& appelletur rescissoria. Vt si ante completã præscriptionem competiisset rei vẽdicatio,post rescissam præscriptionem adhuc competit: sed appellatur rei vendicatio rescissoria. Et sic de similibus,secundum omnes doct.hîc.

Complectitur † autem hæc actio duo remedia, remediũ 18 *Duo remedia hac actione contineri.*
rescindens,& remedium rescissoriũ,Remedium rescindens propriè dicitur officium iudicis, quod dat restitutionem in integrum,rescinditq; vsucapionem, quæ,quasi obstaculum, impediebat actionẽ,& ponit rem in statũ, in quo erat prius quàm vsucapio cõpleretur. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minori. & hoc petitur infra quadriennium. Remedium rescissorium,est illa actio,qua quis post vsucapionis rescissionẽ agit ad ipsam rem, quæ vsucapta erat. Et hæc † actio 19 *Et personalem & realem hãc actionem esse.*
interdũ est realis,interdũ est personalis. Realis est quando ante completam vsucapionem realis actio competebat: vt si rei vendicatio cõpetebat, post rescissionem vsucapionis adhuc intentatur rei vendicatio,sub nomine actionis rescissoriæ. Personalis verò, quãdo competebat personalis actio ante completam vsucapionem: veluti, si Titius fuisset mihi obligatus ex mutuo & actio esset extincta p pręscriptionẽ, quod fit per triginta annos,rescinderetur primùm illa præscriptio per remediũ rescindẽs,& daretur postea actio per-

sonalis ad mutuum meum persequẽdum sub nomine actionis rescissoriæ. Hinc sequitur,actionẽ rescissoriam non esse propriã speciẽ actionis per se, sed potiùs adiectionẽ actiõis præcedentis siue potiùs cognomen:sequitur enim omnino eius naturam. Vide Io.Fab.in §.rursus.in v.col.hîc tit.nost.

Causa efficiens istius actionis est læsio propter iustã absentiam,vel aliam iustã causam,quæ prætori iusta videri potest,vt iusta ignorantia.l.j. ff.quib. ex cau.maio. Quibus probatis, restituitur actor in integrum per officium iudicis rescindens vsucapionem.Causa materialis nulla est:quia nulla subest materia per se existens,ex qua hęc actio nascatur, sed Præto r tãtùm ex æquitate dat eam.Ideo dicitur datiua, & non natiua.Causa finalis est,vt vsucapio rescindatur.

LIBELLVS IN ACTIONE rescissoria.

20 Quidam †contẽdunt materiã istius actionis per vnum libellum coniunctũ expediri non posse,sed requiri duos libellos proponi separatim,ꝙ scilicet primò proponatur libellus in officio iudicis rescindẽte,in quo petatur restitutio in integrum,& vsucapionis rescissio.quibus impetratis proponendus sit alius libellus,illius scilicet actionis quæ per vsucapionẽ sublata erat sub nomine tamẽ actionis rescissoriæ.Quorũdam verò opinio est,satis esse, proponi vnũ libellum, qui cõtineat vtrũq;, vel saltem esse liberũ,cõiunctim vel separatim agi. Et hanc opinionem tenet Ias.hîc in fi.§.rursus.Nos formabimus libellos separatim,ex quibus quoq; facilè colligi potest ratio proponẽdi coniunctim. Non autẽ possunt præscribi certę regulæ,siue formæ libelli in actione,cum va

21 riarum actionũ naturã habet.Is autẽ†qui aptè libellũ concipere velit,primum obseruet qualis fuerit actio quæ per vsucaponẽ extincta erat,& narret in principio libelli impedimẽtum,siue causam,propter quam in integrũ restitui cupit. Deinde petat in libello eo ipso modo, quo peteretur in actione quæ per vsucapionem extincta est,siue sit realis,siue personalis.In personali tamẽ cõcluditur ad dandũ,vel ad faciendũ,in reali verò ad declarationẽ dominij,vel quasi. Forma itaq; libellũ in officio rescindente separatim hoc modo.

Cùm ego Reip,causa abessem, nemineq́ue domi, qui negotiũ meum expediuisset,reliquissem, vẽdidit Sempronius rẽ,quæ mea erat,& tradidit Titio, qui eã vsucepit antequã

redir

redirem, nec enim vsucapionē interrumpere potui propter iustum impedimentū. Cum autē iura absentibus, vel aliâs iusta causa impeditis, subueniant, eosq; in integrū restitui iubeant, peto per officiū vestrum me restitui in integrum. dictámq; vsucapionem rescindi, & me ad agendum pro dicta re admitti, perinde ac si vsucapta nunquam fuisset.

Postquàm autem per officium rescindens restitutio in integrū impetrata fuerit, vsucapióq; rescissa, potest deinde illa actio intentari, quæ per vsucapionem sublata erat, sub nomine tamen actionis rescissoriæ, hoc modo.

Licet Titius rem, quæ mea erat, cùm ego reipubli. causa abessem, emisset, & vsucepisset, dominiúmq; illius rei per vsucapionē in eum translatū esset, ego quoque impediebar illam rem vendicare: tamē quia illa vsucapio per officiū iudicis rescindēs rescissa est, & si obstaculū, quod agere impediebat, sublatum, ideo peto per vos declarari, dictā rem ad me pertinere iure dominij, vel quasi, eáq; mihi restitui, ac si vsucapta nunquàm fuisset. Et hæc est actio realis.

Eodem autem modo formatur in actione personali, vt tamen præmittatur causa obligationis, & in fine actionis rescissoriæ petatur ad dandum, vel faciendū. Qui verò coniunctim illa velit proponere, poterit vtrunque libellum in vnum simul connectere, & quoque admittitur, secundum Iasō. Et tantum de actionibus realibus, nō præiudicialibus vendicatoriis: nunc de actionibus realibus non præiudicialibus reuocatoriis dicemus.

DE ACTIONIBVS reuocatoriis.

1 *Duæ sunt actionum reuocatoriarum species, reuocatoriæ & auocatoriæ.*

2 *Reuocatoriæ quæ sunt & quotuplices.*

SVnt autem† actiones reuocatoriæ duplices. Quædam 1 enim dicuntur propriè reuocatoriæ, quædam verò auocatoriæ. Reuocatoriæ dicuntur, quibus traditio rei, quæ in fraudem alicuius facta est, reuocatur. Dico in definitione, traditio, ad differentiam actionum rescissoriarum, quibus agitur vt vsucapio completa rescindatur: his autem actionibus agitur principaliter, vt traditio, per quā dominium alicuius rei translatum erat, vel transferri debebat in fraudem alicuius, quasi facta non esset, reuocetur.

Reuocatoriæ actiones duplices.

Sunt autem quinque.
- Pauliana.
- Fauiana.
- Quasi Fauiana.
- Caluisiana,&
- Interdictum fraudatorium.

DE ACTIONE PAVLIANA.

1 *Actio Pauliana quid sit, & à quo introducta.*
2 *Quibus, & contra quos competat hæc actio.*
3 *Quotiensc unq; actus aliquis geritur à duobus in fraudem tertij, potest actus ille per vtilem actionem Paulianã reuocari.*
4 *Quomodo fraus in alienatione probetur.*
5 *Quando creditores possint reuocare alienationem bonorum à debitore factam.*
6 *Alienatio in fraudem legis fieri dicitur, quando actus geruntur inter personas prohibitas.*
7 *Pauliana actio est duplex, directa, & vtilis.*
8 *Duæ sunt causæ actionis Paulianæ, delictũ, & quasi contractus.*
9 *Actionem Paulianam non merè esse realem, neque merè personalem, contra cõmunem opinionem defenditur.*
10 *Actio Pauliana est triplex, perpetua, temporalis, & indifferẽs.*
11 *Forma libelli actionis Paulianæ.*

1 *Actio Pauliana.* Actio†Pauliana est actio realis, qua creditores priuati reuocant id, quod debitor in fraudem eorũ verè alienauit, & tradidit, quasi nunquàm traditum fuisset. Et habet nomen à Paulo Iurisconsulto, qui eam primùm introduxit, secundùm opinionem Vltramontanorum. Quod dico in definitione, actio realis, fit ideo primũ, quia Imperator eam connumerat inter reales, vt habetur in §. itẽ si quis in fraudem. hîc tit. nostr. Secundò ꝗ habet magnam cognationẽ cum superioribus proximis §§. Sicuti enim per rescissoriam rescinditur vsucapio completa, ita per Paulianã reuocatur traditio verè facta. Alioq; si quis regidè & strictè singula vellit excutere, ꝓbare posset, eam esse personalẽ, quia oritur ex
2 fraude, & sic ex delicto, & c. Quod dico, creditores, tu† primũ extende ad eum quoq; qui rem aliquam vni vendidit, nec tamẽ tradidit, & postea in fraudẽ primi emptoris eandem rem alteri quoque vẽdidit & tradidit. Certũ est, ꝗ cõditio secundi emptoris est potior propter traditionẽ, adeò ꝗ primus emptor illã rem vendicare non potest. l. quoties. C. de rei vend. l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publi. in rem

actio. Tamen si illa traditio secundo emptori in fraudem primi facta est, reuocať per vtilē actionē Paulianā, ac si res tradita nō esset: cū distinctione tamē, de qua infrà. Secundò extēde, si creditor alicui cesserit omnia iura, quæ habet cōtra debitorē quēdā, certū est, q̄ illa cessione nō obstāte, creditor cedēs ab eodē debitore possit petere ęs alienū (ꝓpter actionē directā, quā cedēs retinet) nisi cessionari⁹ cū debitore fuisset litē cōtestatus, vel nisi partē debiti suscepisset vel nisi cessionarius denūtiauerit debitori ne solueret cedenti, iuxta l. iij. C. de nouatio. Iā antē si creditor cedēs liberaret debitorē in fraudē cessionarij, priusquàm cessionari⁹ cum debitore potuisset litē cōtestari, vel partē debiti suscipere, vel debitori denūtiare ne solueret cedēti, poterit cessionarius illā liberationē à creditore debitori in fraudē eius factā, per vtilē actionē Paulianam reuocare. Tertiò extende: nam certum est quòd creditores habentes hypothecā expressam in bonis debitorum, præferūtur aliis creditoribus chirographariis, qui scilicet hypothecā nō habēt, licet sint priores, iuxta l. eos. cum multis similibus. C. qui potior. in pignor. habeātur. Tamen si illa hypothecatio posteriorum creditorū fieret in fraudē creditorū priorū, & posteriores creditores essent participes fraudis. i. scirent primā obligationē, & debitorē alioq; nō esse soluēdo, &c. posset illa hypotheca per creditores priores reuocari per vtilē actionē Paulianā. Alios autem casus, vtrū scilicet alienatio à patre in fraudem liberorum, & alienatio liberorū in fraudem parentū facta possit reuocari, vide per Angel. hîc. Tu breuiter conclude, quotiescunq; † actus aliquis geritur à duobus in fraudē tertij, ita q̄ fraus vtriusq; interuenit, potest is actus regulariter per vtile actionem Paulianam reuocari. Ita decidunt Doct. in d. §. item si quis in fraudē. hîc ti. nostro. Dico, priuati: quia inter creditores priuatos, & fiscum debitorē existentem, aliquid intereſt. nā in debitore ciuitatis siue fisci, satis est fraudem interuenisse à parte alienātis, licet accipiēns sit in bona fide: semper enim reuocari potest, nō distinguendo, siue alienatio facta sit ex causa lucratiua, siue onerosa. l. ij. C. de debit. ciu. lib. xj. Secus est in priuatis creditoribus: quia ad hoc vt traditio reuocetur per eos, requiritur q̄ fraus intercesserit à parte vtriusq;, tam alienantis, quā recipientis. Distingue tamē, Aut debitor alienauit titu. 3

Qui creditores aliis præferantur.

onerofo,vt quia vẽdidit &c.&tũc requiritur ꝙ interueniat ab vtraq; parte. Aut alienauit titulo lucratiuo, vt donatione,vel legato : & fatis eft probare fraudẽ à parte alienãtis.

4 *Probatio fraudis in alienatiõe.* Probatur† autem fraus in alienatione hoc modo, ꝙ debitor fciuerit fe habere creditores,& bona fua nõ fufficere l.fi quis cùm haberet.ff.de iis,quæ in fraudẽ cred.§. in fraudẽ.s.quib.ex cau.manu.nõ licet. Quòd autẽ fciuerit fe creditores habere,probatur de facili ex fuo proprio facto:nemo enim ignorãtiã proprij facti prætẽdere poteft.l.quanquam.ff.ad S.C.Velleia. Quòd autem fciuerit bona fua nõ fufficere creditoribus,facilè apparet:quia nemo videtur tã negligẽs effe,vt proprij patrimonij vires ignoret. An autẽ, & quando quis dicatur ignorare vires patrimonij fui, vide not.per Bar.in authen.fed cum.C.ad leg.Fal.& Iaf.hîc Deinde probatur fraus ex præfumptionibus.Primò,fi debitor alienat omnia bona fua ex caufa donationis , vel ex caufa emptionis, pro exiguo tamen pretio , vel alienaret maiorẽ partẽ,&c.præfumitur fraus ab vtraq; parte acceffiffe, licet aliâs non prohibetur.l.omnes.§.Lucius.ff. quæ in frau. cre. gl.in l.nomẽ.§.filio.in ver.omnis fubftãtia.& ibi Bart.ff.de leg.iij.l.fumma.in princ.ff.de pec.Secundò, fi alienatio fieret in cõiunctã perfonã.l.data.cũ fimil.C.de don.Tertiò,fi poft alienationem debitor reperitur ipfa bona poffidere.l. ficut.§.fuperuacuũ.ff.quib.mod.pig.vel hypo. fol. licet hoc cafu intelligi pofsit fimulata,& imaginaria alienatio , quæ eft ipfo iure nulla,nec opus eft vt reuocetur. Quartò,quando alienatio fieret clã,vt colligitur ex l.fin.ff. de ritu nupt. Iftis enim cafibus præfumitᷣ fraus,etiã fi nõ probetᷣ. Quòd

5 *Quæ requiruntur ad reuocationẽ fraudulofæ alienationis.* dico,reuocantur intellige†tribus cõcurrentibus. Primò,ꝙ alienatio fit facta fraude, de qua s. Secundò , ꝙ creditores fint per fententiã iudicis miffi in poffeffionẽ bonorũ debitoris. Tertiò,ꝙ fiat excufsio bonorũ debitoris , an f.ex illis,quæ alienata nõ funt,fatisfieri pofsit creditoribus , quo cafu reuocatio nõ admittetur.Si verò inde fatisfieri nõ poffit,intẽtaretur actio Pauliana.l.1.& l.ignoti.C.de reuo.his, quæ in frau.cre.Dico,in fraudẽ:nam propter alienationem bonorũ debitoris,quæ fine fraude creditorũ fit, hæc actio non datur.Quãdo autẽ dicatur in fraudẽ fieri, iam dictum eft.Dico,in fraudem creditorum:quia quando alienatio fit in fraudem legis,& non hominis , non reuocatur per hanc

actionem,sed est ipso iure nulla.l.si libertus.& ibi Bar.ff.de iure patro.Dicitur†autẽ tum fieri in fraudẽ legis, quando 6 actus geruntur inter personas prohibitas: vt si tutor cõtrahit cũ pupillo sine alterius tutoris authoritate, vt aliàs fit, ad excludendã legis prouidentiã,vt si temerè fundus dotalis alienaretur.l.nõ dubiũ.C.de legi. Sec° si fieret tantũ in fraudẽ alicuius hominis,vt creditoris:tum enim, licet ipsa alienatio per se valeat,potest tamẽ reuocari per hãc actionẽ.Dico in definitione,verè alienauit, ad differentiã alienationis simulatæ,& imaginariç,&c.quæ est ipso iure nulla.l. nuda.ff.de cõtr.emp.Dico simpliciter alienauit:quia nõ distinguitur,siue alienatio fiat per actus inter viuos,siue in vltima voluntate,vt legãdo,vel fideicõmittẽdo.Primo tamẽ casu cõpetit actio Pauliana directa. Secũdo verò casu cõpetit vtilis.l.q̃ autẽ.§.itẽ si necessarius,iũcta gl.ff.quæ in frau. cred.Vide Ias.in d.§.itẽ si quis in fraudem.hîc titu. nostro. Dico,tradidit:nã in alienatione efficaci traditionẽ interuenire necesse est.Sine traditione enim dominiũ nõ transfertur.§.per traditionẽ.cũ similib.I.de rer.diui.Ideo si res tradita nõ esset,nõ opus esset reuocatione. Dico, quasi traditũ nõ esset:in hoc enim casu fingitur in odiũ debitorũ, qui dolosè alienãt,q̃ traditio facta nõ sit,quç fictio vincit veritatẽ.Et in hac parte æquiparatur actió Pauliana rescissoriæ: in illa enim fingitur,rem vsucaptã nõ esse, cùm tamẽ re vera vsucapta sit.Sic in hac fingitur,rẽ alienatã non esse, cum tamẽ re vera sit tradita & alienata:quæ alienatio ipso iure quidem valet,potest tamẽ reuocari à creditoribus. Et hoc adeò verum est,quòd etiam in reuocatione pretium nõ restituitur,siue ab eo,qui accepit alienatã,siue ab hæredibus eius petatur:nisi pretium extet,vel esset in vtilitatẽ debitoris versum:tũ enim restitueretur emptoribus,cũ hac actione nemo fraudaretur.l.si debitor.l.ex his. & l. ait prætor.§. hæc actio.ff.quæ in frau.cred. An autem emptores possint retinere rẽ alienatã,si parati essent satisfacere creditorib°, vide Doct.in d.§.item si quis in fraudem.hîc tit.nostro.

Quando alienatio in fraudẽ legis fieri dicatur.

Est autẽ†hæc actio duplex,directa,& vtilis. Directa datur veris creditoribus,qua reuocãt id,quod per actus inter 7 viuos in fraudem eorum alienatũ est. Vtilis verò datur ex identitate rationis,etiam his,qui re vera creditores nõ sunt, vt si eadẽ res duobus est vendita,& in fraudẽ primi secũdo

Pauliana directa & vtilis.

tradita, de quo diximus s. super ver. creditores. Itē datur ꝑ reuocatione eorū, quæ in vltimis volūtatib⁹ alienata sunt.

8 Causæ actionis † Paulianæ sunt maleficiū, & quasi cōtractus. Ex maleficio tū demū dicit̃ nasci, quādo fraus à parte vtriusq;, tā alienantis, quā recipientis interuenit. Est enim fraus, siue dolus, delictū. l. itē exigit. ff. de dolo. l. j. iūcta glo. in verbo, crimine. ff. de fideiusl. tut. Ex quasi contractu dicitur nasci, quādo solus intercedit tātū à parte alienātis: nec recipiēs est particeps doli. Hoc enim casu nō potest dici ꝙ nascatur ex cōtractu, &c. quia recipiens rē alienatā cū creditoribus nihil cōtraxit. Ex maleficio quoq; nō potest dici orta: quia in eo requiritur dolus recipiētis, qui hîc deficit. Ex quasi maleficio quoq; non potest iudicari orta: quia neq; culpa quidē recipiētis accessit. Cū tamen necesse sit, vt hæc actio habeat aliquam causam. Recipiēs enim est obligatus creditoribus. Cōcludēdū ergo erit, hāc actionē ex quasi cōtractu ortā esse, ad similitudinē indebiti, quod ignorāter solutum est. Tenetur enim recipiēs ex quasi cōtractu. §. itē is cui. s. de oblig. quæ ex quasi cōtra. nascunt. Et in quasi contractibus obligatur quis, etiā si nō cōsentiat, per vulgaria.

Quomodo ex delicto nascatur.

9 Et ex † prædictis inferemus cōtra cōmunem opinionem, hāc actionē non esse merè realē, nec merè personalē. Merè realis nō est, quia realium actionū causæ sunt, dominium, quasi dominium, ius in re, &c. Sed causa actionis Paulianæ nō est dominiū, nec quasi dominiū, nec etiam ius aliquod reale, sed maleficiū, & quasi contractus causæ sunt, ex quibus oritur obligatio, quæ deinde parit actionē personalē. Merè personalis quoq; non est: quia hæc prosequitur rem alienatā, & agit contra possessores, vt alienatio rei reuocetur. Necesse ergo erit, eam nō esse merè personalē, cū personales tantùm personas obligatas prosequātur, nō autem rerum possessores. l. j. §. si hæres, iuncta gl. cū multis simili. ff. ad S. C. Trebel. Conclude igitur secundū Iaso. hāc actionem Paulianā esse actionem personalem in rem scriptam, de quibus suo loco dicemus. Et inde quoq; nunc sequitur, hanc actionem non esse datiuam, sed natiuā: quia nascitur ex maleficio, vel quasi contractu, vt dictū est. Effectus est, quòd possessores tenētur cedere bonis hoc modo in fraudē alienatis, de q b⁹ suprà. An aūt hoc verū sit in primis possessoribus tātū, vel an extēdatur ad alios possessores; id est, cos,

Paulianā neq; merè realē, neq; merè personalē esse.

eos, qui nõ ab ipso debitore, sed à primo emptore, & vltra acquisierũt, vide Ias. in d. §. si q̃s in fraudẽ. hîc ti. nost. Dic tñ breuib⁹, quãdiu durat fraus & dolus, tãdiu durat hæc actio: quia posita causa sequit̃ quoq; effect⁹: Est aũt † hęc actio in terdũ perpetua, interdũ verò tẽporalis, interdũ indifferens. 10 *Pauliana quotuplex.*
Perpetua est, quotiescũq; quid ex causa lucratiua ad aliquẽ dolosè puenit: id enĩ põt vsq; ad annos triginta reuocari. l. ait prætor. §. hæc actio. ff. quæ in frau. credi. secũdũ intellectũ Bar. ibi, & Ias. hîc §. nost. Tẽporalis verò est, quãdò res corporalis peruenit ad bonorũ possessionẽ ex causa onerò sa: tũ enim intra annũ vtilem. i. quadriennĩũ, reuocatio admittitur. d. l. ait prætor. §. annus. Incipit autẽ is annus curre re à tẽpore factę excussionis, vel à tẽpore, quo incipit noto riũ fieri, debitorẽ non esse soluendo. Indifferẽs verò est in alienatione rerũ incorporaliũ, vt si debitor in fraudẽ credi torum alium debitorẽ suum liberaret: tunc enim ad reuocandam illam liberationẽ datur tantũ tempus, intra quod illa actio debitoris durasset. d. l. ait prætor. §. si cõditionalis. ff. quæ in frau. cred. Et hæc actio datur hæredibus creditorum, & cõtra hæredes eorum, in quos bona sunt alienata.

Libellus in actione Pauliana.

Postquàm † aliquandiu cum Titio fuissem negotiatus, 11 suoq; nomine magnam pecuniæ summam imposuissem, ita quod in ducẽtis aureis mihi mãserit obligatus, quos ab eo cõsequi nõ potui. Licet autẽ hoc debitum notum ei fuerat, viresq; patrimonij sui perspectas habebat, quòd scilicet nõ sufficeret ad satisfaciendũ credito meo, cùm tamen experi retur me vehemẽtiùs vrgere ad crediti solutionẽ, domum, quæ tum extabat, ex qua tum potuisset satisfieri, in fraudẽ & præiudicium meũ alienauit, vẽdidit, & Sempronio tradi dit, q̃ vnà cũ eo erat particeps fraudis, & sciebat bona sua non sufficere credito meo. Quia autẽ contra dictũ Titium debitorẽ meum egi actione personali, & obtinui quòd mi hi in dictis ducẽtis florenis condemnaretur, iussuq; iudicis in possessionẽ bonorũ eius mittebat, sed comperi post excussionẽ, bona eius credito meo non sufficere. Quare peto domum illam in fraudẽ meam alienatam, quã nunc possidet Sẽpronius, vel dolo desiit possidere &c. in bona Titij debitoris mei, ac si alienata nunquã fuissent, restitui, meq; in eius possessionem mitti, vt inde mihi satisfieri possit.

Et

Et hic libellus procedit, quando alienatio facta est ex causa onerosa: si verò ex causa lucratiua facta fuisset, non esset necesse in libello meminisse fraudis recipientis alienationem: satis enim esset fraus alienantis.

DE ACTIONE FAVIANA.

1 *Actio Fauiana est, qua patronus id, quod libertus in fraudem suam verè alienauit, quasi alienatum non esset, reuocat.*

2 *Actio Fauiana in quibus differat à Pauliana.*

3 *Fraus liberti alienantis sua bona quomodo probetur.*

4 *Actione Fauiana agitur etiam ad fructus præteritos & perceptos post litem contestatam.*

5 *Actio Fauiana cessat ex quatuor causis.*

1 *Actio Fauiana.* ACtio Fauiana † dicitur, qua patronus id quod libertus in fraudē suam verè alienauit, quasi alienatum non esset, reuocat. Et habet nomen ab authore. Definitionē hîc nō explicabimus, idē em̄ in effectu cōtinet, quod definitio actionis Paulianæ. Ius enim, quod in superiori habet creditor in hac habet patronus: & sicuti creditor reuocat alienata à debitori. vt sibi satisfiat, ita quoque patronus reuocat. Differt 2 † tamē hæc actio ab actione Pauliana primū, quod in actione Pauliana creditor non tenetur quēlibet ex possessoribus *Discrimē.* pro rato conuenire, sed poterit eligere quē velit, & eū conuenire in solidū, quatenus ad eū puenit. In Fauiana autem si libertus res suas in plures alienauit, tenetur patronus omnes cōuenire in partē debitam, & sic pro rato. l. j. §. si plurib. ff. si quid in frau. patr. Secundò differt, quòd in actione Pauliana creditor reuocans nō tenetur restituere pretiū, si res in fraudem suam vendita est, in Fauiana autem patronus reuocans tenetur pretiū restituere. Et est ratio, quia creditor reuocās agit de damno vitando, patronus autē de lucro captando. In reuocatione tamen patroni datur emptori electio vtrum malit rem emptam habere iusto pretio, si forte primū pro viliori empta fuisset, an verò ab ipsa re discedere velit, pretio restituto. d. l. j. §. si quis in fraudē. ff. si quid in fraud. par.

Requiruntur autē ea ipsa, quæ in actione Pauliana, nempe fraus liberti alienantis in alienatione per actus inter vi-3 uos. In alienatione autem per vltimā voluntatem, à neutra *Probatio fraudis liberti.* parte dolus requiritur, dicta l. j. §. dolum. & §. si alienatio. ff. quæ in frau. patro. Liberti † autem fraus probatur illis ipsis modis, quibus debitoris fraus. Primò, si libertus sciuerit se hab

habere patronũ. Secundò, quòd sciuerit post alienationem patronũ suum non posse habere tertiam partẽ bonorũ suorum, secundũ ea, quæ habetur in §. sed nostrã. sup. de succ. lib. Secundò requiritur missio in bonorum possessionem liberti. Tertiò excussio, de quibus in proxima actione diximus.

Datur autem hæc actio patronis, & eorum hæredibus, si plures sunt, singuli reuocant virilem portionem, & vno deficiẽte, accrescit reliquis. l. quodcunq;. ff. si quid in frau. patr. Et datur contra recipiẽtes alienationem, eorumq; hæredes vsque ad xxx. ann. Est enim perpetua actio, & personalis in rem scripta. d. l. j. §. hæc actio. ff. si quid in frau. patro. Et agitur † in ea non tantùm ad ipsam rem, sed etiam ad fructus 4 præteritos & perceptos post litem contestatam. d. l. j. §. fi. & *Quid in* l. ij. ff. si quid in fraud. patron. Et si res non restituitur, iura- *ea veniat.* tur contra possessorem in litem. l. tenetur. ff. eod.

Cessat † autẽ hæc actio Fauiana ex quatuor causis. Primò 5 si patronus post excussionem potest habere tertiam partem *Quando* ex bonis liberti. l. si patronus. §. si libertus. ff. si quid in fraud. *expiret.* pat. Secũdò, si patronus nõ potest habere tertiam: ideo quia libertus in vita donauit quædã bona amicis bene meritis. l. vnius. ff. eod. Tertiò, si res in fraudem alienata non extat. Quartò, si libertus res suas donaret in fraudem patroni, vt donatarius eas alteri venderet, qui vsucaperet. l. si id. ff. eo.

DE ACTIONE CALVISIANA.

Actio Caluisiana est indifferens: cõpetit enĩ tam creditori ad reuocandã alienationẽ in fraudẽ suam à debitoribus factã, quàm patrono ad reuocãdam alienationem à liberto in fraudẽ suam factã, secundũ gl. hîc. Quando cõpetit creditori, in effectu est actio Pauliana: quãdo verò patrono competit in effectu, est actio Fauiana. Quare nihil de ea dicemus.

DE ACTIONE QVASI FAVIANA.

1 *Actio quasi Fauiana est, qua filius arrogatus id quod à patre adoptiuo in fraudem eius alienatum est, quasi alienatum non esset, reuocat.*

2 *Pater adoptiuus bona filij arrogati alienare non potest.*

3 *Impubes arrogatus, si pubes factus senserit sibi non expedire in patris adoptiui potestate esse, potest patrem cogere, vt ipsum emancipet.*

Actio quasi † Fauiana dicitur, qua filius arrogatus id, 1 *Quasi* quod à patre adoptiuo in fraudem eius alienatum est, *Fauiana.* quasi

quasi alienatum non esset, reuocat. l. fi. ff. si quid in frau. pat. Dico in definitione, filius arrogatus: quia iure cautũ est, si qs patremfamiliâs impuberẽ arrogauerit, qui tenetur cauere, si eũ posteà emãcipauerit, vel sine causa exhæredauerit omnia bona, quæ ab arrogato acceperat, se restituturũ, & præterea quoque quartã partẽ suorũ bonorũ. §. cùm aũt impubes cũ seq. sup. de adop. Iã si pater adoptiuus in fraudẽ filij arrogati alienaret sua bona, ita ꝙ post emancipationẽ vel exhædationẽ arrogati in bonis eius quarta pars extare nõ possit, cõpeteret filio actio quasi Fauiana, qua reuocaret vsque ad quartã partẽ. d. l. fi. ff. si quid in frau. pat. Et hæc vera sunt in
2 bonis ipsius patris alienantis. Secus † si pater adoptiuus arrogati bona alienaret. Hæc enim alienatio est ipso iure nulla, tanquã à legibus interdicta. l. cùm nõ solũ. §. ipsum aũt. cum § §. seq. C. de bonis, quæ liberis. quia pater in bonis arrogati habet nudũ vsumfru. §. ecce. sup. de acq. ꝑ arrogati. Ideo vti frui tenetur, salua rerũ substãtia. Si tamẽ pater adoptiuus in præiudiciũ filij arrogati velit omnino alienare, bona cautela esset: ꝙ filius priùs cogat patrẽ, vt eũ emãcipet. Licet enim regulariter pater cogi non possit, vt filiũ emancipet tamen
3 † si impubes est arrogatus, & pubes factus senserit sibi non expedire in patris adoptiui potestate esse, poterit patrẽ cogere, vt eum emancipet. l. nonnunquam, cũ l. seq. ff. de adop. Post emancipationẽ autẽ vendicaret bona sua à patre: quia per emancipationẽ ius patriæ potestatis, vnde vsusfructus debebatur, sublatũ est. §. præterea. sup. quib. mod. ius pa. po. sol. Et licet tex. in d. l. fi. ff. si quid in frau. patr. loquatur tantùm de filio arrogato, non autem de naturali & legitimo, tamen Bart. in l. nõvsque. ff. si quis à parente manu. extẽdit eũ quoq; ad filios naturales & legitimos, & distinguit hoc modo: Aut pater alienat in fraudẽ liberorũ ex titulo lucratiuo: & põt alienatio reuocari per querelã inofficiosæ donationis. Aut alienatio est facta ex titulo oneroso, vt ex causa emptionis: & tunc, si facta est pro minori pretio, in eo, quod vltra valet res, quam pretium, quoque reuocari potest alienatio per querelã inofficiosæ donationis. Si verò iusto pretio facta esset alienatio, distinguit. Aut ex pretio est satisfactum creditoribus patris: & nõ habet locũ reuocatio, etiã quo ad legitimã, quia legitima debetur, deducto ære alieno. Aut inde non est satisfactũ creditoribus, sed est fraudulẽta alienatio

Quomodo pater adoptiuus cogatur emãcipare.

tio

tio:& reuocatur vſque ad legitimā portionem. Idem dic de alienatione liberorū in fraudē parentū facta: debetur enim & parentibus ex bonis librorū legitima. Explicationem alia rum partium definitionis pete ex actione Pauliana. Fraus enim in hac actione quoque probatur, primò quòd pater ſciuerit ſe arrogaſſe filium impuberē. Secundò, quod ſciuerit in bonis eius quartam debitam deprehendi non poſſe.

DE INTERDICTO FRAVDATORIO.

1 *Interdictum fraudatorium quando habeat locum.*

INterdictum† fraudatorium propriè datur, quando quis rem non ſuam, ſed alienam in fraudem alicuius alienat. 1

Exemplum, Titius eſt impubes, & pupillus, habēs debitorem Seium, tutor pupilli habet creditorem Caium, & mandat Seio debitori Titij impuberis, vt ex credito ipſius impuberis ſatisfaciat Caio ſuo creditori. Hoc caſu creditum impuberis in fraudem ſuam eſt alienatum in creditorem tutoris ſui: quæritur an habeat locū actio Pauliana? Et dic quòd non, ſed competit interdictum fraudatorium, ſi modò creditor tutoris fuerit particeps doli, id eſt, ſciebat, ſibi ſatisfieri ex credito pupilli. l. pupilli debitor. ff. de ſolut. Et tantum de actionibus reuocatoriis. Nunc de auocatoriis dicemus.

De actionibus auocatoriis.

1 *Actiones auocatoriæ quid ſint, & quotuplices.*

2 *Actiones auocatoriæ quomodo differant à reuocatoriis.*

ACtiones† auocatoriæ dicuntur, quibus res nobis tacitè vel expreſsè obligatas à quocūq; poſſeſſore auocam⁹. Et ſunt tres. Actio Seruiana, quaſi Seruiana, & Saluianum interdictum. Hæ habēt† magnā cognationem cū ſuperioribus reuocatoriis. In hoc tamen differunt, ꝙ reuocatoriæ nō dantur quandiu extāt res poſt excuſſionem, vnde pōt ſatisfieri creditoribus: hæ autē ſimpliciter dātur, etiā ſi cōductor alioqui ſit ſoluēdo. Secūdò, in ſuperioribus requiritur fraus, hîc nō. Tertiò, in ſuperioribus requirit̄ vt creditor miſſus ſit in poſſeſſionē ex decreto iudicis, hîc ſatis eſt, res illatas eſſe. 1 *Actiones auocatoriæ triplices.* 2

DE ACTIONE SERVIANA.

1 *Actio Seruiana quid ſit, & vnde dicta.*

2 *Quādo locator debeat ſcire, quæ res ſint illatæ vel inuectæ.*

3 *Quando quis contradicendo poteſt actum aliquem impedire, nec impedit, & præſumitur conſentire.*

4 Pen

4 *Pensio pro re locata debet esse in numerata pecunia, vel in alia re numero, pondere, vel mensura consistente.*

5 *Conductor destruens sua negligentia rem locatam, cogitur eam restituere.*

6 *Prouisio hominis tollit prouisionem legis.*

7 *Quid sit actori in hac actione probandum.*

8 *Forma libelli actionis probatæ.*

1 ACtio Seruiana,†est actio realis, qua locator ad res quę à conductore scienter in rem locatam, vt perpetuò illic essent inuectæ, & illatæ, sibique pro pensione, & rei deteriorattione, tacitè obligatæ sunt, agit, & à quocunque possessore quasi pignus auocat, & donec ei satisfiat, retinet. Et habet nomen, secundũ quosdã, à seruando, quod per eam seruentur locatores indẽnes: Vel habet nomen à Seruio, sicut Publiciana à Publicio. Genus istius actionis est, actio realis. Dico autẽ, actio realis, quia datur dño rei locatæ, & contra possessorẽ rerũ inuectarũ. Nã si locator pro pensione & deterioratione rei locatæ nõ potest cõsequi ius suũ, & possessio rerũ illarũ peruenit ad tertiũ, poterit locator etiam ab illo tertio possessore eas auocare, & loco pignoris, donec ei integrè satisfiat, retinere. Dico in definitione, locator: quia ad hoc vt hæc actio locum habeat, requiritur, rem locatam esse, nec pẽsionem solutã. Dico scienter: propterea ꝙ etiam locator scire debet, quæ res sint illatæ, vel inuectæ: quæ autẽ locatore ignorante inuectæ fuerint, obligatæ nõ sunt. In hoc tamen distingue. Aut†loquimur in colonis, qui scilicet

2 prædia rustica cõducunt: & procedit quod iam diximus. Illi enim nihil possunt inferre quod nõ sit exhibitũ inspectioni locatoris, qualia sunt aratra, ligones, vomeres, & similia cultui agrorũ deputata. Aut loquimur in inquilinis, hoc ęst, qui prædia vrbana conducunt causa inhabitãdi, & nõ ęst necessaria sciẽtia locatoris in rebus illatis, sed indistinctè omnia inuecta, & illata tacite obligata sunt ipsi locatori. Solent enim illi inferre pecuniã numeratã in cistis reconditam, vel simile quiddam quod non exhibetur. l. certi iuris. C. de loc. Dico, perpetuò, ad differentiã illarum rerum, quæ inferuntur, vt tantùm ad tempus illic maneant; sicuti solent facere mercatores, qui inferunt donec vendant. Requiritur ergo rẹs eo animo illatas esse, vt illic maneant, quandiu colonus vel inquilinus inhabitauerit, alioqui non essent tacitè obligatæ

Locator quas res scire debeat esse inuectas.

gatæ

gatæ. l. debitor. ff. de pigno. Dico in definitione illatæ vel inuectæ:nam res cōductoribus nō illitæ, pro pēsione locatori tacitè obligatæ non sunt,vt colligitur ex l.ij. & iij.ff.in quib.cau. pign. vel hypoth.cōtra.Et hocnō tātùm procedit in rebus coloni,in quibus dominiū habet,& etiā in reb⁹ alienis ab eo bona fide possessis & illatis, nā & illæ tacitè obligatæ sunt. l.si ab eo. ff.de pign. Res tamē vsui quotidiano deputatę eo referri nō debēt.Hinc est,quod vestes supellex,libri necessarij,quib⁹ quis opus habet,& similes res pro pēsione tacitè obligatæ nō sunt,l.obligatione.ff.dę pign. Si tamē conductor res alienas in rē conductā intulerit, & dominus rerū illarū sciuerit res suas inferri,videt̄ tacitæ obligationi cōsentire:quotiescūq; † enim quis contradicēdo potest actū aliquem impedire nec impedit, sed tacet, præsumitur cōsentire. Nec necesse est probare,ꝙ tacēs dolo tacuerit:vtcūque enim tacuerit, eius taciturnitas pro cōsensu habetur,secundū gl.approbatā in l. item quia conuentiones. in verb.illata.ff.de pact. Item si inquilinus domū cōductā, vel eius partem locauerit tertio, bona illius tertij inuectā quoq; sunt tacitè obligata ipsi locatori. In colono tamē qui prædium rusticū conducit,hoc non obseruatur,licet fructus naturales à fundo separatos,& illic adhuc existētes:loco pignoris locator retinere,& colonū, donec pensionē soluat, ne exportet,prohibere possit.Industriales aūt fructus locator retinere loco pignoris nō poterit,secundū Bar.in l.assiduis.vers.quæro an habeat.C.qui pot.in pign.hab. Minoris tñ bona pro pēsione dño obligata nō sunt secūdū Doc.hîc.

Quæ res nō censentur tacitè locatori obligatæ.

3

Dico in definitione pro pensione &c.quia † sicut in emptione debet esse pretium in pecunia, ita in cōtractu locationis merces,siue pēsio quoq; in pecunia cōstitui debet,vel secundū quosdā in alia re,quæ numero,pondere,vel mensura consistit, aliàs esset societas vel permutatio, vel facio vt des,& per consequens non competeret hæc actio. Hinc est,quod Doct. disputant vtrū res coloni partiarij illatæ & inuectæ quoq; sint tacitè obligatæ pro pēsione &c. Et concludunt cōmuniter secundū Ias.hîc,quòd sic.dico,pro deterioratione rei: quia ex natura locationis & conductionis est rem conductā retinere integrā,si verò † ex negligentia conductoris destructa fuerit,tenetur emēdare,etiam si expressè in ipsa locatione de hac non est actum.l.cùm cōductorem

4 *Similitudo emptionis & locationis.*

5 *Conductor per negligen.*

ctorē.C.de locat.§.cōductor.ī. de locat.Si ergo quid fuerit deterioratū,nec refectū,omnes res illatæ pro illa deteriora tione tacitè obligatæ sunt,donec reficiatur.d.l.ij. & iij.ff.in quib.causis pig.vel hyp.taci.cōtrah. Potest autē locator pro pria authoritate, etiam sine decreto iudicis, donec pensio soluatur,res inuectas includere.l. est differentia.& ibi Bar. ff.in quib.cau.pign.vel hypot.taci. cōtrah. Potestq; eas locator retinere non tantum pro pēsione, siue pro deteriora tione, verū etiam pro alio debito chyrographario secundū Angel.hîc, qui ad hoc allegat l. vnicā. C. etiā ob chyrogra. pecu.pig. ret. poss. Si tamē expressa hypotheca, vel pignus locatori cōstitutū esset,res illatæ & inuectæ tacitè nō obli-

6 garētur,quia prouisio†hominis tollit prouisionē legis.l..si C. de pact.conuen.res enim illatæ & inuectæ ex prouisione legis,scilicet.l.ij.& iij.ff.in quib⁹ cau.pig.vel hypo.&c. ipsi locatori tacitè obligatæ sunt.Expressa autē hypotheca ex cōtrahentiū cōuentione cōstituitur,quæ etiā derogat tacitè obligationi,quæ ex ipsa lege tantùm orta est. Dico, tacitè: nā si cōductori bona expressè obligata essēt,diceretur hypotheca expressa,nec haberet locū hæc actio,sed quasi Seruiana,de qua ī.Dico,à quocūque possessore:quia hæc actio est realis, & persequitur rem à quocunque fuerit possessa. Si tamen tertius possessor habeat titulum & bonam fidem videtur tutus esse ab hac actione,cùm etiā Publiciana non detur contra titulo possidentem,vt suprà diximus.

Authoritas propria locatori.

Causa remota istius actionis est ipse contractus locationis(sic enim docēdi causa placet causas quærere) non enim ignoramus ex locatione oriri actionē personalem, nihilominus tamen quoq; causam præbet huic actioni, licet impropriè. Hæc enim non potest oriri, nisi causa locationis præcedat,& sic est potiùs antecedēs,quā causa. Causa propinqua est ipsa obligatio realis,quā res inuectæ tacitè obligantur locatori. Causa propinquior est q̄ cōductor nō soluit pensionē,vel quòd propter eius habitationē res conducta facta est deterior: si enim neutrum illorum accideret,

7 nec actio Seruiana cū effectu intentari posset. Probet†itaq; actor primò, se illā rem locasse conductori pro certa mercede. Secundò, conductorem res, ad quas agit locator eo animo inuexisse,vt perpetuò illic maneret,& hoc eo sciente,si scilicet prædium rusticū locatum est, si verò vrbanum

Locator agens quid probet.

prædium

prædium locaretur, probat simpliciter res illatas. Tertiò, probat conductorem habuisse dominium, vel quasi dominium in rebus illatis, vel saltem quòd alioqui in bonis eius fuissent, vel quòd fuissent alienæ, cum consensu tamen domini inductæ, vt diximus.

LIBELLVS IN ACTIONE Seruiana.

Cùm, locassem † Titio domũ meã ad trienniũ, vt singulis 8
annis pro pẽsione solueret x. aureos, intulit in eã rẽ res suas quas habebat quęq; iure dominij vel quasi dominij ad eum pertinebant, & inferendo pro pensione ipsius domus, siue deterioratione mihi tacitè obligatæ sunt. Quia aũt Titius cõductor pensionẽ promissam nõ soluit, & res eius per illationẽ pro ea tacitè mihi obligãtur, peto possessionẽ illarũ rerum mihi adiudicari, donec de pensione fuerit satisfactũ. Et hic libellus procedit, si prædium vrbanum conductũ esset, si verò prædium rusticũ conduceretur, addendum esset res esse illatas, sciente locatore, sicuti suprà diximus.

DE ACTIONE QVASI Seruiana.

1 *Actio quasi Seruiana quid sit, & quare sic dicta.*
2 *Hypotheca & pignus quid differant.*
3 *Actor quid teneatur probare in hac actione.*
4 *Forma libelli huius actionis.*

Actio quasi † Seruiana siue hypothecaria dicitur, qua 1
creditor ad rei possessionẽ, quæ sibi iure pignoris vel hypothecę expresśè obligata est, agit ad hoc, vt id retinere vel alienare possit si à debitore nõ fuerit redẽptũ. Et dicitur quasi Seruiana, quia per eã nõ ita plenè prouidet creditoribus sicuti per Seruianã prouidetur locatorib⁹. Locator eñ potest ꝓpria authoritate res sibi tacitè obligatas capere & includere quod creditori in expresso pignore nõ licet, si id creditor nõ detinet. Dico in definitione hypothecaria, quia Bar. in l. fi. ff. de Sal. interd. dicit idẽ esse actionem quasi Seruianã & hypothecariã. Dico, creditor, ad differẽtiã actionis Seruianę, q̃ nõ datur ciuiliter creditori, sed tñ locatori, cui res illatæ tacitè obligatæ sunt. Dico possessionẽ rei: nã licet hæc actio sapiat naturã iudicij petitorij, vt vult Bar. in l. j. ff. de Saluia. inter. auocat tamẽ nudã possessionẽ rei obligatæ siue potiùs detẽtionẽ. l. si cùm vẽditor. in princ. ff. de euict.

Quasi seruiana.

Dico, iure pignoris vel hypothecę: na quantũ ad hanc actionẽ attinet, nihil interest inter pign⁹ & hypothecã, dat enim pro vtroq;. Alioqui † tñ est differẽtia, quia pign⁹ propriè di-
2 cit quod traditur, hypotheca verò qđ nõ traditur: sed ex sola cõuẽtione cõstituitur: & sic in pignore trãsfert possessio siue detentio in creditorẽ. in hypotheca verò nõ, sed manet penes debitorẽ. Secũdò differunt, ꝙ pignus propriè constituitur in rebus mobilibus, hypotheca verò indifferenter in rebus mobilibus & immobilibus secundũ tex. hîc. incta gl. in § itẽ Seruiana. in verb. maximæ. Dico, expreßè obligata est, iterũ ad differentiã actionis Seruianæ, q̃ datur pro reb⁹ tacitè obligatis. Dico, retinere poßit: quia causa finalis pignoris & hypothecæ est, vt creditori sit saluum creditum suũ, & ꝓpterea retinet pignus. §. creditor. ĩ. quib. mo. re contrah. oblig. Dico alienare: nã si debitores pignora noluerint redimere possunt à creditorib⁹ vẽdi, modo id pactionibus cautũ sit: si aũt nihil cautũ est de alienatione, poterit adhuc vendi elapso biẽnio post vnã denuntiationẽ. Vide glo. in § contra, in verb. certus modus. ĩ. quibus alie. licet vel non.

Pignoris & hypothecæ discrimen.

Causa materialis istius actionis est pignus siue hypotheca. Causa efficiens est ipsa expressa cõuentio, q̃ tribuit mihi ius in reb⁹ obligatis, & illud ius reale mihi constitutũ postea prosequor. Si autẽ nõ esset constitutũ, sed tantũ promissum vt cõstituatur, tunc oritur actio personalis ex stipulatu, ad hoc vt cõstituatur, Causa finalis est, vt creditor res hypothecatas retineat, vel alienet, si debitor noluerit redimere.

3 Quando autem † quæritur, quid in hac actione teneatur actor probare, distingue secundum Doc. hîc. Aut actor agit contra principalem debitorẽ, aut cõtra tertiũ possessorem. Primò casu, quãdo scilicet agit contra principalẽ debitorẽ, qui scilicet obligauit rem iure pignoris, vel hypothecæ, & poßidet eã, sufficit probari pignoris obligationẽ & possesſionẽ debitoris, licet non probetur ꝙ debitor sit dominus rei oppignoratæ, quia ipse debitor nõ potest negare se esse dominũ, alioquin enim argueretur mẽdacij. Tutiùs tamen est in ipsa actione allegare debitorem dominũ pignoris, vel saltém id in bonis eius esse, ex quo deinde præsumitur dominium. Secundo casu, quãdo scilicet agitur contra tertium possessorem, distingue. Aut tertius possessor habet causam à debitore principali: aut non habet causam. Primo casu non

Quid probãdum in hac actione.

non sufficit probare solam possessionem debitoris, sed necesse est probare debitorem fuisse dominũ illius rei oppignoratæ, vel saltẽ ꝙ in eius bonis fuerit tempore oppignorationis Et est ratio, quia actor qui habet hypothecã, habet tantum ius in re ad auocandũ, scilicet nudam possessionem. d.l. si cùm venditor, in princ. ff. de euictio. quod ius hypothecæ non potest ei tribuere occasionem vsucapiendi, multò minus dominium. Tertius autem possessor, qui à debitore causam habet, causam, titulum, bonã fidem, & quoq; possessionem, habet vsucapiendi occasionem, & potest fieri dominus, & sic plus habet in re hypothecata quã creditor, qui tantùm habet ius pignoris, quare etiam ab eo qui minus habet, impugnari non debet, nisi is probet debitorẽ fuisse dominum, & rem alienatã sibi realiter & cum effectu, ab eo scilicet, qui potuit obligare, obligatam, quod ius sine eius facto non potuisset tolli, vt colligitur ex l. si creditor. §. quæritur. ff. de distract. pigno. Secundò casu, quãdo scillicet quis agit hypothecaria contra eum, qui nullam causam habet à debitore principali, tunc actor tenetur probare debitorem fuisse dominum, vel quasi dominum rei hypothecatæ.

LIBELLVS IN ACTIONE quasi Seruiana.

Titius † accepit à me mutuo cẽtum aureos, pro quibus obligauit mihi expresse iure pignoris aureũ poculum, cuius ipse erat dñs, vel quasi dominus, vel saltem habebat in bonis suis, vel possidebat. Quia autẽ mutuum non soluit, egóque detentionem illius poculi expressè obligati non habeo, peto eam, donec fuerit satisfactũ, mihi decerni. Et hic libellus procedit si ipse debitor possidet pignus: si verò alienasset in tertium, illa alienatio quoq; narranda & inserenda esset. 4

DE SALVIANO INTERDICTO.

1 *Saluianum interdictum quid sit, & quando habeat locum.*
2 *Saluianum interdictum quid à Seruiana & quasi Seruiana differat.*

Saluianum † interdictum est, quod indifferenter datur tam locatoribus pro rebus inuectis & illatis, taciteque obligatis, quã aliis creditoribus hypothecariis pro pignoribus expressè obligatis, secundũ Bar. in l j. ff. de Sal. inter. Si ergo detur locatori pro rebus inuectis & illatis, dic quòd ŝ. de actione Seruiana diximus: Si verò detur aliis creditori- 1 *Interdictũ Saluianũ.*

bus pro reb⁹ hypothecatis & expressè obligatis, dic quod
2 diximus de actione quasi Seruiana. Differt † tamen Saluianum interdictum ab illis actionibus, quòd illud est iudicij possessorij, id est, in eo probatur sola possessio hæ aũt sunt iudicij petitorij, de hoc interdicto habem⁹ j. de interdictis. Et tantùm de actionibus realibus nõ præiudicialibus, nũc de actionibus realibus præiudicialibus dicemus.

DE ACTIONIBVS REALIBVS præiudicialibus.

1 *Actiones præiudiciales sunt actiones reales, quibus de statu alicuius personæ contenditur.*

1 2 *Actionum præiudicialium tres sunt species.*

Quæ sunt præiudiciales & cur sic dicãtur. Actiones † præiudiciales, de quibus hîc loquimur sunt reales, quibus de statu alicuius personæ contenditur. Et dicuntur præiudiciales, quia præiudicant aliis quæstionibus inter actorẽ & reum, quæ decidi nõ possunt quãdiu causa status non fuerit discussa: quod intellige de sententia definitiua, quæ fieri non potest, illa quæstione pendente. Alioqui etiam inter actorẽ & reum possunt lites super alia causa inchoari modo tamen ante discussionem quæstionis de statu nulla feratur sententia. l. ordinata. ff. de libe. causa. Dico autẽ in definitione, actiones reales: quia dantur pro rebus incorporalibus pro iure scilicet quod alicui compe-
2 tit ex persona sua propria: quòd scilicet agit pro iure ingenuitatis vel filiationis, &c. vel cõpetit ex persona alterius, vt quia quis agit pro iure seruitutis sibi in persona alicuius competenti. Dico de statu alicuius personæ, ad differẽtiam aliarum actionum præiudicialium, quæ scilicet sunt præiudiciales fortè ratione cõtingentiæ alicuius, vt quia ita cõtigit, quòd sententia lata in vna causa, facit præiudicium in alia: hæc actio est quidem præiudicialis, non tamen agitur de statu alicuius personæ, sicuti hîc dicemus. Sunt autem
2 † Actiones præiudiciales tres: prima est quæ datur domino & seruo. Secũda, quæ datur patrono & liberto. Tertia, quæ datur parenti & filio. Sunt autem omnes reciprocæ.

DE PRIMA PRÆIVDICIALI actione.

1 *Prima species est, quæ datur domino contra seruum, qui est in quasi possessione, & econtrà.*

2 *Quid differat hæc actio à vendicatione rei, & confessoria*

atque

atque negatoria.
3 *Vnde constet vter illorum sit reus vel actor.*
4 *Quibus actio prima praeiudicialis competat.*
5 *Huius actionis in directam & vtilem diuisio.*
6 *Adscriptitij & censiti quibus datur actio vtilis, qui dicantur.*

PRimam†itaque diximus esse,quãdo dominus agit con 1 tra seruum Stichum qui est in quasi possessione liberta tis,& contendit seruum suum esse,vel econtrà. Stichus qui est in quasi possessione seruitutis,agit contra dominum,& contendit se liberum esse:& hæc actio propriè dicitur liberalis causa,de qua vide.ff.& C.per totũ,de liberat.causa.Et sic hæc actio primum illis datur,qui dicunt se dominos cõtra eos qui sunt in quasi possessione libertatis.Deinde datur quoq; illis,qui sunt in quasi possessione seruitutis cõtra dominos,qui eos retinere volunt in seruitute. Habet autẽ hæc actio tãtum locum cõtra seruum viuũ:defuncto enim nõ potest moueri quæstio de statu propter liberos,nisi fiat propter peculium.Differt†autem hæc actio primùm à rei 2 vendicatione,quæ quoq; datur domino pro vendicãdo seruo suo.Nam seruus est res corporalis, & rei vendicatio datur pro rebus corporalibus.Ergo &c.quia rei vẽdicatio tũc demum locum habet pro seruo vendicando, quãdo seruus ab alio possidetur vt seruus,nec mouet quæstionẽ de statu libertatis,sed constat eum seruum esse,tum demum poterit dominus vendicare seruum à possessore, tanquam rẽ suam in qua dominiũ habet.Sed hæc actio cõpetit propriè, quãdo agitur de statu serui,& quæritur vtrum sit seruus,vel liber:tunc enim dominus nõ agit ad seruum ,sed ad ius scilicet seruitutis.Et hoc casu est hæc actio preparatoria rei vẽdicationis.Differt autẽ ab actione cõfessoria & negatoria, quæ quoq; dantur pro rebus incorporalibus,quia illæ locũ habẽt pro iuribus debitis ex bonis & rebus alicuius,vt pro iure viæ,itineris,actus,aquæ ductus,stillicidij &c.Hæc autem actio datur pro iuribus competentibus in persona alicuius,vt quòd dico te esse seruum meum , hìc prætẽdo me habere ius in tua persona,non tantùm in rebus tuis.

Hæc præiudicialis quid differat à rei vendicatione,confessoria & negatoria.

Vt autẽ†cõstare possit,vter illorũ sit actor vel reus, attẽdẽdũ est.Aut qs est in quasi possessione libertatis : negatq; 3 se seruũ esse,& vicẽ rei obtinet:is autẽ qui cõtẽdit eũ seruũ esse,vicẽ actoris obtinet,& tenetur id probare,& si in pro-

Quomodo cognoscatur quis sit actor vel reus.

batione defecerit actor, reus nihil tenet̃ præstare, sed simpliciter absoluitur.l.qui accusare.C.de eden. Si quoq; reus in se onus probãdi volens susceperit,& defecerit, nihil obest: sed adhuc absoluitur, nõ tamen pronũciatur liber esse: ideóq; actor quãdocũq; vult, poterit mouere cõtrouersiã de statu,& probare eũ seruũ esse. Si autẽ reus probauerit se liberũ esse, quod tamen nõ tenetur facere, non simpliciter absoluitur ab impetitione actoris, sed pronũciatur quoque ꝙ liber sit, quæ sententia cõstituit ius, ꝙ postea facilè non poterit moueri quęstio de statu.l.circa.ff.de prob. Cõpetit

4 †autẽ hæc actio nõ tantũ illi qui in seruitutẽ trahitur, sed etiã eius parẽtibus, fratribus, sororibus, cæterísq; cognatis, quibus fit iniuria, si ex eorũ familia aliquis in seruitutẽ trahitur. Et si furioso mota fuerit quæstio de statu, amittitur, quilibet extraneus. Vide Azo.in summ.sua.C.de lib. causa.

Quibus hæc actio competat.

5 Est aũt† hæc actio duplex secundũ gl.hîc. & quosdã Do. directa & vtilis. Directa datur domino & seruo, sicut diximus. Vtilis verò datur domino & colono adscriptitio siue censito: illi enim licet sint liberi homines habent tamẽ magnam

Hæc præiudicialis duplex.

6 cognationẽ cũ seruis. Nã adscriptitius †propriè dicitur, qui per scripturã &c.ita se obligat ad certũ aliquem locum, vel fundum colendum, quòd inde nec velit, nec possit discedere; sed medietatem fructuũ vel partem, secundum quod conuentũ est, annuatim domino reddere: & is se, suos liberos,& successores vsq; in infinitũ obligat. Cẽsitus autẽ est, qui annuatim certam pensionẽ domino soluit, secũdum Ang.& Ioan.de Plat.i.de iure pers. in prin.& gl.in l.ij.C.in quib.caus.colo.lib.xj. Si ergo nunc quis exigeret ab aliquo censum vel pensiones, cõtendens eum suum censitũ, vel adscriptitium esse; & is neget. Similiter si quis esset constitutus in quasi possessione illius iuris, quod prestando scilicet solueret pensionẽ, nec dominus velit remittere, competit vtriq; actio præiudicialis vtilis, qua dominus petit declarari, Stichum suum adscriptitiũ vel censitum esse. Ecõtrà Stichus petit declarari se non esse adscriptitiũ, nec censitum.

Colonus ascriptitius.

LIBELLVS IN ACTIONE præiudiciali directa.

Seia ancilla seruiebat mihi,& durante seruitute peperit Stichũ, qui licet ratione seruitutis, qua Seia mater eius obligata mihi erat, meo dominio & potestati subiiceretur, tamen

men negat se seruum meum esse, vnde peto me dominum declarari, cúmque compelli, vt præstet seruitia.

In alia quoq; actione qua Stichus agit contra dominum ad liberalitatem, eodem modo libellus formãdus est, quòd scilicet primò narretur de ratione libertatis, & deinde petatur se esse liberum hominẽ. Idem dic de libellis in actionibus adscriptitiorum & censitorum.

DE SECVNDA PRAEIVdiciali actione.

Secunda actio præiudicialis datur patrono contra libertum, qui est in quasi possessione ingenuitatis, & negat se libertum eius esse, & econtrà datur liberto existenti in quasi possessione libertinitatis contra patronum, qua petit se declarari ingenuum, & ecõtrà. Huc refer quæ circa actionem præcedentem diximus.

DE TERTIA ACTIONE præindiciali.

1 *Quando pater hac actione possit agere contra filium negantem se eius esse filium.*
2 *Quomodo & quando competat hæc actio filio contra patrem.*
3 *Quibus modis probetur filiatio per filium contra patrem.*
4 *Filiatio probatur tantum præsumptiuè & non verè.*
5 *Quomodo pater probet filium non esse suum.*

Tertia † actio præiudicialis est, quæ datur patri & filio: & in hac distingue. Aut pater vult agere contra filiũ, 1 qui negat se filiũ: & tunc, aut filius gerit se pro patrefamil. dicẽs, se nõ esse eius filiũ, & datur hæc actio præiudicialis, qua petit eũ declarari filiũ &c. Aut filiusfamiliâs detinetur ab alio quodã, qui asserit eũ suũ filium esse, & subdistingue. Aut detinet̃ ab eo volẽs, & iterũ habet locũ actio præiudicialis. Aut inuitus & nolens detinetur ab alio, & agit pater cõtra detẽtorẽ rei vẽdicatione, adiecta causa de iure. Queritur, vel agit interdicto de liberis exhibẽdis. l. j. § per hãc. ff. de rei vẽd. l. j. ff. de li. exh. Aut filius † agit cõtra patrẽ negãtẽ 2 se patrẽ illius esse: & tũc aut est natus post solutũ matrimonium, vel est nat⁹ matrimonio cõstãte. Primo casu distingue: Aut matrimoniũ est solutũ per diuortiũ, & mulier postea prægnãs capitur: hoc casu ipsa mulier intra xxx. dies continuos per diuortiũ numerãdos ipsi marito, vel eius patri in cui⁹ potestate est marit⁹, denũciare debet se ex eo esse præ-

Tertia præiudicialis quibus cõpetat.

gnãtẽ. Et tũc si maritus cõtrà denũciauerit mulieri, vel eius parẽti, &c. eã ex se nõ esse grauidã vel miserit custodes, qui eã custodiant, iuxta S. C. Plaut. tuc nõ tenetur partũ deinde agnoscere, nisi probetur suus esse, qđ fieret in actione præiudiciali. Idem dic, si mulier neglexisset denuntiationem. Si verò maritus nõ contrà denuntiauerit eã ex se nõ esse prægnantem, neq; etiam miserit custodes, tenetur partũ agnoscere vt suum, & si nõ agnouerit, extraordinariè punitur, nisi probet partum suum nõ esse, iuxta l j. §. permittit. cũ seq. & l. siue cõtra. §. quia Plautianũ. ff. de libe. agnos. Et si iudicium inter partũ & patrem susceptũ fuerit, pater autẽ decedat antequã feratur sentẽtia, mittitur filius in possessionẽ bonorũ patris ex edicto Carboniano: si modò in pupillari ætate fuerit, vt scilicet differatur quęstio de statu, donec pubes factus probauerit se filiũ illius fuisse. d. l. siue cõtra. in fi. ff. de liber. agnos. Aut matrimoniũ est solutũ morte mariti: & tũc si pater mariti adhuc viuit, & nõ vult agnoscere partũ pro nepote suo, distingue. Aut auus dicit matrẽ illius partus nõ fuisse vxorẽ filij sui, vel partum à filio suo nõ esse susceptum, & sic nõ esse suũ nepotẽ, & agitur cõtra cũ actione præiudiciali. d. l. siue contra. §. quia Plautianũ. ff. de libe. agnos. Aut auus fatetur relictã fuisse vxorẽ filij sui, dicit tamen partum conceptum & natum fuisse post matrimoniũ: & tunc agitur nomine partus contra auum ex Senatusconsulto, quod sub diuo Adriano factum est. d. l. siue contrà. §. quia Plautianum. ver. quod si hoc ipsum. ff. de liber. agnos.

3 Quandò † autem quæritur, quibus modis probetur filiatio à patre filij cõtra patrem: dic ꝙ filius primò probat illũ, qui negat se suum filiũ &c. contraxisse matrimonium cum matre sua: secundò quod vnà cohabitauerint: tertiò ꝙ constante matrimonio vel soluto matrimonio. 7. ix. vel x. menses. &c. ex ipsius vxore natus sit. Quartò, ꝙ fuerit nominatus & reputatus pro filio. c. trãsmissæ. extra qui filij sint leg. Quintò, ꝙ ipse tractauerit eum vt filium. l. non nudis. C. de proba. Quibus probatis, præsumitur filius. l. si vicinis. C. de nuptiis. Præsumptinè † enim tantùm, non verè probatur filiatio. l. Lucius. ff. de condi. & demonstr. & illa præsumptio si est pro filio trãsfert onus probãdi in patrem, videlicet ꝙ probet eum non esse filiũ. Fit autem † illa probatio negatiua hoc modo. Primò, si probauerit se abfuisse per v. vel vj. an

Filius si contendat se esse quo modo id probet.

4

5

annos,& reuersum inuenisse infantem domi.Secũdò, etiam si continuè domi fuerit,& probauerit grauem aliquã infirmitatem:vel aliam similẽ causam ex qua constet eum cum vxore non concubuisse,probatum est,eum qui domi ex vxore natus est,non esse filium suũ.l.filiũ.ff.de iis quæ sunt sui vel alieni iuris. Si autem quis esset in quasi possessione filiationis,noluit filius esse,poterit contra patrẽ agere actione præiudiciali & petere vt decernatẽ se nõ esse filiũ.Et hoc casu probatio illius negatiuæ ipsi negãti,incũberet,quia actor est.Sunt & alij casus, in quibus ex idẽtitate rationis locum habent actiones præiudiciales,vt si quis neget se esse maritum,vel econtra ipsa negaret se esse vxorem.Item,si quis dicat quem esse fratrem vel cõsanguineũ suum secundũ Bart. in d.l.siue contra.§.quia Plautianum.ff.de leg.agnos.

De actionibus personalibus.

1 *Actio personalis dicitur,qua agimus contra eum qui nobis est obligatus ad faciendum aliquid vel dandum.*

2 *Actiones reales & personales quid inter se differant.*

3 *Obligationis,ex qua actio personalis oritur,quatuor sunt causæ, contractus,quasi contractus,delictum,quasi delictum.*

4 *Actiones quæ ex delicto nascuntur sunt duplices,quædam facti proprij,quædam ex facto seruorũ,vel lasciuia animalium.*

5 *Actiones proprij facti quomodo subdiuidantur.*

6 *Actiones prouenientes ex facto seruorum vel lasciuia animalium quot sint.*

7 *Actiones quæ ex contractu oriuntur, quot & quibus modis diuidantur.*

Actio personalis † propriè dicitur, qua agimus contra eum qui est nobis obligatus ad faciendum aliquid vel dandum.Et semper aduersus eundem locum habet. l.actionum genera.§.in personam.ff.de act.& obli. Dico † in definitione: obligatus ad differentiam actionis realis, in qua non versatur obligatio propriè loquendo, sed persequimur ius,vel res nostras,hîc autem nõ agimus ad res, sed tantùm contra personam obligatam,vt præstet, quod promisit.Dico,ad faciendum:iterum ad differentiam actionis realis, in qua neq; datio neq; factum versatur,sed tantùm petimus vt res nostra nobis restituatur:in hac autẽ aut factum aut datio versatur. Vt si quis promisisset mihi ædificare domum

1 *Actio personalis.*

2 *Discrimen personaliũ & realiũ actionum.*

per

per stipulationẽ, promisisset factum quod tenetur præstare: si autẽ nollet, competeret mihi actio ex stipulatu, qua agerẽ contra eius personã, vt faciat quod promisit. Dico in definitione, dandũ: iterũ ad differentiã actionis realis, in qua non agitur vt res detur, cũ dare propriè significet dominiũ transferre. §. sic itaq;. J. e. Is autẽ qui agit actione reali, ad id cuius dominiũ vel quasi iã habet agit, & est spoliatus possessione: non potest ergo petere vt dominiũ quod prius habet in eũ transferatur: sed vt res sua sibi restituatur. In actione autem personali agimus ad dominij translationem: vt si quis mihi promisisset per stipulationẽ 100. aureos ego contra eũ non tantũ vt tradat, sed vt det, id est dominiũ in me transferat. Dico, & semper aduersus eũdem locum habet: iterum ad differentiam actionis realis quæ datur contra quemuis possessorem: Actio autem personalis tantum contra eũ datur, qui obligatus est, vel contra eius hæredẽ, nisi sit actio pœnalis. Causa actionis personalis est obligatio, vt colligitur ex definitione. Obligationis † autem causæ sunt quatuor: contractus, quasi contractus, delicta, quasi delicta: de quibus omnib9 suprà diximus. Et sic causa propinqua actionis personalis est obligatio, causa verò remota sunt cõtract9 quasi cõtractus.

3 *Quot sint causæ obligationis.*

Sunt autem actiones personales duplices, quædã oriũtur ex delicto, quædam ex contractu. Quæ ex delicto oriuntur subdiuiduntur: quædã n oriuntur ex delicto siue facto proprio cuiusdam, quædam verò ex facto seruorum, siue lasciuia animalium. Illarũ † autem quæ ex facto proprio oriũtur, quædam sunt pœnæ persecutoriæ tantũ, quædã verò mistæ. Pœnæ persecutoriæ tantũ dicuntur, quibus pœnã persequimur debitam ex aliquo delicto priuato. Et illæ dãtur vel in simplũ, vel in duplũ, vel in quadruplum, vel ex arbitrio iudicis. In simplum dantur actiones pœnales, quæ habentur in §. pœnales. hîc tit. nostro quales sunt actiones in factũ contra corruptores albi prætoris. Itẽ cõtra eos qui parẽtes vel patronos sine venia in ius vocãt. Item cõtra eos qui in ius vocatos vi eximunt. In duplũ datur actio furti nõ manifesti & actio serui corrupti. In quadruplum verò datur actio furti manifesti, actio quod metus causa, actio de ea pecunia quæ ad hoc data est, vt quis calumniæ causa negotium alicui faceret. Ex arbitrio iudicis agitur actione iniuriarum. Mistæ verò dicuntur, quibus tam rem, quàm pœnam per-

4 *Actiones personales duplices.*

sequi

ſequitur ſimul. Et illæ quoque dantur aut in ſimplum, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplũ. In ſimplum datur actio leg. Aquiliæ, de dãno dato, ſi modò reus confitetur ſe damnum dediſſe. In duplũ datur actio depoſiti ex quatuor cauſis: vt ſi quis depoſuerit cauſa tumult⁹, ruinæ, incẽdij, vel naufragij. Secũdò, actio ex teſtamento cõtra eos, qui relicta ſacroſanctis eccleſiis dare diſtulerint. Tertiò, actio le. Aquiliæ, de dãno dato. intellige autẽ illas tres actiones tũ in ſimplũ dari, ſi reus negauerit, contra confitentẽ autẽ dãtur tantum in ſimplũ. In triplũ datur actio contra eos qui maiorẽ veræ æſtimationis quantitatẽ libello inſerunt, vt litium executores ampliorẽ ſportularũ ſummã exigere poſſint. In quadruplũ autẽ datur actio vi bonorũ raptorũ. Et in iſtis omnibus actionibus miſtis rei perſecutio cõtinetur ſub ipſa pœna, nec enim datur ſpecialis actio actori, ad ipſam rẽ perſequendã. Actiones † autẽ, quæ ex facto ſeruorũ ſiue animaliũ laſciuia oriuntur ſunt duæ: actio noxialis, & actio ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. Et in iſtis habet dominus electionẽ, vel ſeruũ ſiue quadrupedem pro noxa dare, vel damnum datum reſarcire. Et tantùm de actionibus ex delicto. 6

Actio noxalis, et ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Actiones autẽ † quæ ex contractibus oriũtur, ſubdiuiduntur: quædã enim dantur non tantũ contra ipſum cõtrahentem, ſed contra eum qui contrahentẽ habet in poteſtate, patrem ſcilicet vel dominũ. Et illarum quædã dãtur peculio tenus cõtra patrẽ & dominũ, vt eſt actio de peculio. Quædam verò dantur contra patrem & dominum, ex cõtractibus filij vel ſerui in ſolidũ: & ſunt quinque, quod iuſſu, tributoria, de in rem verſo, inſtitoria, & exercitoria. Quædam verò actiones dantur contra ipſum cõtrahentem tantũ: & illarũ quædã ſunt miſtæ, quædã verò merè perſonales. Miſtæ dicũtur, quæ ſunt tã reales quã perſonales, & ſunt tres familiæ erciſcundæ, cõi diuidundo, & finiũ regundorũ. Merè perſonales ſunt duplices, quædam dantur contra reũ non inſolidũ, ſed in quantũ facere põt, & ſunt quoque, actio de dote, qua agit mulier cõtra maritũ. Item ſi quis egerit cum parente, vel patrono ſuo, actio pro ſocio. Item ſi quis quæritur ex donatione ſua, & quando agunt creditores cõtra eum, qui ceſſit bonis. Actiones antem quæ dãtur in ſolidũ, dicuntur in quibus reus cõdemnatur ad totũ id quod petitur, & ſunt duplices: aut ſunt bonæfidei, aut ſtricti iuris. Actiones bonæfidei dicuntur 7

Actiones ex contractibus.

cuntur in quibus ex bono & æquo multa veniũt, de quibus non est actũ,& sunt 17. Ex empto, vendito, locato, cõducto, negotiorũ gestorũ, mãdati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ ercisc ũdæ, cõmuni diuidundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur quæ ex permutatiõe cõpetit, petitio hæreditatis, actio de dote. Stricti iuris actiones dicuntur in quibus nihil venit, nisi de quo expresse actũ est, vt sunt actio de cõstituta pecunia, actio in factũ ex iureiurãdo descẽdẽs, actio ex stipul. Et breuiter, oẽs aliæ actiões psonales, quæ suprà inter bonefidei actiões numeratæ nõ sunt, de qbus oĩbus & singulis suo loco dicem⁹.

DE PRIMA ACTIONE pœnali.

1 *Primæ actionis pœnalis definitio, definitionisq́; expositio.*
2 *Album prætoris quid, & quotuplex fuerit.*
3 *Casus in quibus hodie pœna corrumpentis album prætoris habet locum.*
4 *Corrumpens album per simplicitatem, imperitiam, rusticitatem, vel à prætore iussus, non tenetur hac pœna.*
5 *Duo vel plures corrumpentes album, quilibet tenetur insolidum in 50. aureos.*
6 *Pœna pro albo corrupto secundum doct. applicatur actori & non fisco.*
7 *Hæc actio duplex est, directa & vtilis.*

Prima actio pœnalis quæ popularis est.

1 PRima actio† pœnalis popularis est, & contra eum qui id quod in albo prætoris propositum est, vel per se, vel per aliũ dolo malo corruperit, siue sustulerit in 50. aureos datur. dico popularis: quia cuilibet de populo cõuenit. l. si quis de iurisd. om. iu. l. j. ff. de popu. actio. Quod dico, in albo prætoris: intellige † primũ, quòd albũ prætoris erat murus siue

Album prætoris.

2 paries dealbatus in emineti loco, secũdum gl. in §. pœnales, in ver. ex albo, hic ti. nostrò. & gl. in d. l. si quis in vero albo. & erat triplex secundũ Ioã. Fab. & Ias. in d. §. pœnales. Vnũ erat in quo describebantur nomina decurionũ, & magistratuũ, & de isto loquitur tit. ff. de albo scri. Alterũ erat in quo edicta tẽporalia & specialia ponebantur, vt de citationibus, vt de vocando aliquẽ in ius: & secundũ quosdam cõrrũpens tale albũ tenetur hac actiõne, cõmunis tamen opinio est, φ puniatur pœna arbitraria. Tertiũ erat in quo ponebãtur & scribebãtur generalia edicta, continẽtia publicã & generalem

lem æquitatē,vt de pactis & similibus edictis prætorū generalibus,quæ habētur sub suis titulis,in ff.& C.& in corrumpente tale albū propriè habet locum hæc actio. Tu †modo extende pœnā illius actionis etiam ad alios casus, vt si quis corrumperet id quod compositū est in publico vt perpetuò illic esset.Exemplū:Si figura alicuius siue arma, vel insignia propter proditionē siue falsitatē essent depicta in publico ad perpetuam sui ignominiam corrūpens ea,hac actione cōuenitur:si tamen in proditoris laudē quid in publico scriptum vel pictū esset,posset quis impune corrūpere:reipu.enim interest huiusmodi picturas tolli.l.eorū.& ibi Bar.ff.de pœn. Idē dic,si quis libros armarij cōmunis corrūperet,vel si surriperet processum alicuius existētē penes acta cōmunis,vel repositū in archiuis publicis &c.Quā autem pœna puniatur corrūpens,vel delēs tabulas publicas,item qui subtrahit scripturas vel instrumēta aliena,vel ea amouet,corrūpit, lacerat,vel in ignē mittit,similiter qua pœna puniendi sint qui abscindūt sigilla à literis imperialibus,& de aperiēte literas alienas,siue ostendēte aduersario,vel pēdente vnius literas alij &c.vide apud Ias.in d.§.pœnales. Dico in definitione, p se vel per aliū idē est,si quis madauerit qd fieri,ac si ipse faceret.Et de hoc dicto,an.s.mandans delictū fieri,puniat, eadē pœna.vide copiosissimè Ias.in l.si quis.ff.de iuris.om.iu. Dolo malo,in definitione dico;nā si quis per simplicitatem, imperitiā,rusticitatē,vel à prætore iussus corruperit album, nō tenetur.d.l.si quis.ver.doli mali.Et sic vides q volūtas & proposita distingūt facta.l.diuus.ff.ad leg.Corn.de sicariis. l.fœdissimā.C.ad leg.Iul.de adu.Dico, in 50.aureos:quia illa pœna expressè cōstituta est pro tali delicto,& licet iura varient super illa pœna:nam quædā habent 50.quædam verò 500. aureos,tamen interpretatio debet fieri in 50.cū in pœnis mitior interpretatio sit accipienda.c.in pœnis. extra de reg.iur.in vj.l.si præses.ff.de pœnis.Si autem duo vel plures dolosè corruperint,vel corrūpi mādauerint, quilibet tenetur in 50.nec præstatio vnius liberat alium.Si verò vnus dolosè,alter autē ex simplicitate vel imperitia corrumperet, dolosus tantū teneretur.d.l.si quis.in fin. Applicatur†autem illa pœna actori & non fisco secundū omnes ferè Do. in d. l.si quis.& in d.§.pœnales,& si corrumpens non poterit soluere pœnam 50. aureorum,punitur in corpore, iuxta illud.

3 *Qui casus comparari hodie possint corruptioni albi prætoris.*

6 *Hæc pœna cui applicetur.*

Qui

Qui nõ habet in ære,luat in corpore:vt d.l.si quis.§.in ser-
7 uos.Est autẽ†hæc actio duplex, directa & vtilis. Directa da
Hæc actio duplex. tur ex verbis ipsius legis,scilicet cõtra eum qui edictũ iam propositũ corrupit,vel sustulit. Vtilis verò datur ex mente & sententia legis contra eos scilicet,qui dum edictum proponeretur,vel ante propositionẽ corrupit, vel sustulit.d.l.si quis,in ver.sententiam.iuncta gl.ibi.ff.de iurisd.omn.iud.

Causa istius actionis est delictũ.s.ipsa corruptio siue sublatio Albi Probatur autem nihil aliud, quàm reũ corrupisse,vel sustulisse album.Est autẽ hæc actio tantũ annalis,nec datur contra hæredes corrumpentis.l.fi.ff.de popu.actio.

DE SECVNDA ACTIONE pœnali.

1 *Secunda actio pœnalis est quæ datur in 50. aureos contra eum, qui patrem vel patronum in ius vocauerit.*

2 *Sub nomine patris qui hic intelligantur.*

1 SEcunda†actio pœnalis est,quæ datur in 50. aureos contra eum,qui patrem vel patronum sine venia in ius vocat:dico 50. aureos,quia illa pœna expreßè constituta est à lege pro tali facto.Remittitur tamẽ pœna primò, si filium vel libertum pœnituit citationis, & actionẽ remisit.Secundò,quando patronus vel parens citatus non venit. Tertiò, quando non inuitus citatus est.l.quãuis.ff.de in ius vocan. Istis tamen casibus pœna 50. flo.non committitur. Dico,patrem vel patronũ,quia licet multæ personæ prohibitæ sint in ius vocari, vt consules, præfecti, proconsules,& aliæ,de quibus in l.ij.cum seq.ff.de in ius vocan.tamẽ in solis parentibus & patronis locum habet pœna legalis 50. flor.& in aliis personis prohibitis in ius vocari habet locum pœna extraordinaria & arbitraria secundum.gl.in ver.cũ non impetrasset.in d.§.pœnales.hic tit.nostro.& per l.j.§.effractores. ff.de effracto.& expil.Distingue tamen in filiis, aut sunt in potestate parentum,& nõ possunt eos vocare in ius, etiam cum venia.l.fi.C.de in ius vocan.nisi pro castrensi vel quasi castrensi peculio,& tunc cum venia eos in ius vocare possunt.l.adoptiuum,cum gloss.in princip.ff.de in ius vocand. l.lis nulla.ff.de iud.gloss.in dicto §.pœnales.in verb.cùm id non impetrasset.Aut loquimur de filiis emancipatis. & tum

Qui patrẽ vel patronum sine venia in ius vocat, hac actione conuenitur.

Nomẽ patris quos hic comprehendat.

2 propriè habet locum hæc actio. Quæ autem † diximus de patre tu intellige de parentibus vtriusque sexus, vsque in

in infinitũ.l.iiij.§.parentem.ff.de in ius vocand.Item,de parentibus naturalibus & legitimis,legitimis tantùm,naturalibus tantũ,vitrico,nouerca, socero, socru, & similibus,qui loco parentũ habentur, de quibus vide §. ergo non omnes. cum simil.s.de nup.l.parentes.l.patris.l.adoptiuũ,cum simi. ff.de in ius vocan.In incestuosis tamen nõ habet locũ hæc actio,secũdũ Doct. in d.§. pœnales. quia inter eos nulla est appellatio parentũ & filiorũ. Similiter extendo hoc ad cõpatres, quia illi habẽtur pro parentibus spiritualibus.c.tua. cum simili.extrà.de cog.spiri.Secundò, ad defensores ciuitatũ, quia ciuibus sunt loco parentũ. Tertiò,ad præceptores,qui inuiti à discipulis quoq; nõ debẽt realiter in ius vocari:vocatione tamen verbali citari possunt, secundũ Ioan. de Plat.in d. §. pœnales,quẽ sequũtur ibi Ang. & Ias. Pœna autẽ quinquaginta flo.quoq; cedit patri & patrono agenti, non autẽ filio secundũ Doct.in d.§.pœnales. Et differt hæc actio à superiori proxima,ꝙ in illa requirit dol⁹.Ignorãtia autẽ,siue rusticitas,excusat quẽ à pœna. In hac autẽ actione cõmittit pœna,etiã si quis sine dolo citauerit patrẽ:quia reuerẽtia erga parẽtes per ius naturale inducta est,& ignorãtia illi⁹ iuris neminẽ excusat.l.regula. ff.de iur.& fac.ign.

Discrimen huius & superioris pœnalis.

DE TERTIA ACTIONE Pœnali.

1 *Tertia actio pœnalis contra quem, & inquãtum competat.*

2 *Quando is,qui citatum vi exemit,non teneatur hac actione.*

Tertia Actio†pœnalis in factũ datur cõtra eũ, qui citatũ in ius per se,vel per aliũ violẽter exemit,quóminus veniret,inquãtum actori in litẽ iurauerit. Dico,citatũ simpliciter:quia hæc actio quoq; locũ habet,si qs exemerit eũ, qui per calumniã citatus est. l.sed eximẽdi,§.itẽ si quis.ff.ne quis eũ,qui in ius voca.vi exi. Dico,violẽter:quia satis est interuenire vim,etiã si dolus absuerit.l. iij. §. qd prætor.ff.ne quis eũ,&c.Dico,exemit:qa verbũ, eximendi,generale est, significãs quoquo modo auferre:vt si quis exemerit quem, seu moram fecerit, quò minus in ius veniret,& sic actionis dies exierat,vel res tẽpore amitteretur,videret exemisse,licet corpus non exemerit.d.l.sed eximẽdi.Dico,in quantum actor in litẽ iurauerit:quia punitur eximẽs quãti actor iurauerit,sua interesse citatum in ius non venisse.Et hoc casu,si propter exemptionẽ actor ꝑ lapsum tẽporis actionẽ tẽporalem 1

Hæc tertia pœnalis, cui & aduersus quem competat.

Verbum eximere.

ralem,vel rem mobilẽ,quæ ſpatio triẽnij vſu capitur,amiſit, iurat primũ in litem quanti ſua interſit reum nõ veniſſe,vt quia fortè magnis ſumptibus adduxit aduocatos,&c. Dein de autẽ per actionẽ reſciſſoriam petit ſe ex clauſula generali in integrũ reſtitui,vſucapionẽq́; reſcindi, ac ſi impleta non eſſet:& tunc intentat contra reũ primã actionẽ. Si verò neq; actiones, neq; res propter exemptionẽ præſcriptæ eſſent,iurat actor in litem cõtra eximentem ad intereſſe,& poſtea agit cõtra citatum. l.fi. ff.ne quis eum qui.Et ſi plures fuerunt,qui quem exemerunt,ſolutione vnius, alij non

2 liberantur,d.l.fi. iũcta glo. ibi. Ceſſat † autem pœna iſtius actionis. Primò, ſi talis citatus eſt, qui citari non debebat, vt parens,vel patronus.l.j.§. Offilius,ff.ne quis eum, qui in ius vocat.Secundò,ſi quis citatus eſt in alium locum,quàm quo debebat citari.l.ij.verſ.eandẽ æquitas.ff.ne quis eũ,&c. Tertio,ſi is exemptus eſt, qui habet ius reuocãdi domum, vt legatus, &c. l.ii. in fin. iuncta gloſſ. ff. ne quis eum, &c. Quartò,ſi eſt citatus ad pedaneum iudicem.l.iii.§.ſi quis.ff. ne quis eum Et tantum de actionibus pœnalibus, quæ vocantur actiones in factum,ex edicto prætoris deſcẽdẽtes. Sunt aliæ actiones pœnales prætoriæ, de quibus vide glo. in d.§.pœnales.in verb.innumerabiles.hîc tit.noſtro.

Quomodo extinguatur hæc pœna.

DE ACTIONIBVS MERE pœnalibus in duplum.

1 *Actiones merè pœnales in duplum ſunt duæ, actio furti non manifeſti,& actio ſerui corrupti.*

2 *Furtum quomodo hodie puniatur.*

1 Actiones † merè pœnales in duplum ſunt duæ: Actio furti non manifeſti,& actio ſerui corrupti.De actione

2 furti non manifeſti, ſuprà diximus. Nota † tamen obiter, quòd hodie ex furto regulariter non oritur actio, ſed publica accuſatio,quia fures ſuſpenduntur.Licet enim de iure communi caueatur, ne quis propter furtum occidatur, aut membrum amittat: tamen hodie de iure conſuetudinario pœna furti eſt pœna laquei, & ſic capitalis pœna, ſicut quoque patet ex §.ſi quis quinque ſolidos,in tit.de pace tenen. vbi dicitur,ſi quis quinque ſolidos furatus fuerit, laqueo finiat vitam. Doctores tamen reſtringunt illum text. quòd locum habeat in furibus,qui furando quoque publicæ pacis fractores exiſtunt.

Hodierna furti punitio.

Furtum quinq; ſolidorũ capitale crimẽ.

De

DE ACTIONE SERVI corrupti.

1 *Actio serui corrupti, propriè competit in illum, qui animum serui alieni, dolo persuadendo corrupit, vt deterior fiat.*
2 *Actio serui corrupti, datur quoque contra illos, qui liberos nostros corrumpunt.*
3 *Persuadere, hic plus significat, quàm compellere, vel cogere aliquem vt sibi pareat.*
4 *Quando serui fiant deteriores.*
5 *Actio corrupti serui est duplex, directa, & vtilis.*
6 *In quantum condemnetur victus hac actione.*

ACtio serui† corrupti propriè datur cõtra eum, qui ser- 1
ui alterius animũ dolo malo persuadendo corrupit, vt *Cõtra quẽ*
deterior fieret. Dico, seruũ simpliciter: quia nihil refert, siue *detur has*
bonũ seruũ fecerit malũ, siue malum persuadẽdo fecerit de- *actio.*
teriorẽ: vtroq; enim casu corrupisse dicitur: l. j. §. sed vtrũ. ff. 2
de ser. cor. Extẽdet illã actionẽ, quod etiã habeat locum, si quis filiũ, vel filiãfamilias persuadendo corrupit: datur enim vtilis actio: quia nostra interest, animũ liberorũ nostrorũ non corrumpi. leg. vt tantùm. §. de filio. ff. de seruo corrup. Tum autẽ nõ agitur ad duplũ, quia liberi hominis nulla est æstimatio, sed ad interesse ex affectione patris, delato iuramẽto, iudicis tamen taxatione præcedente. Vt si quis haberet filiã bene institutã, quã cum leui dote, vt c x L. aureis fortè possit in matrimoniũ collocare. Posteà verò accedit adolescens. animum eius ita corrũpit, quòd etiã cum dote c c c. aureorum vix possit alicui nubere. Decidunt doct. in §. in duplum. hîc tit. nostro, corruptorẽ animi virginis teneri ad præstationẽ illorum c c c. aureorũ. Deinde datur hæc actio
quoq; corrupto. Exemplum: Adolescens quidam boni inge- 2
nij mittitur cum viatico à parentibus causa studij ad vni- *Si scholasti*
uersitatẽ, & illic ex persuasione quorundam leuiũ hominũ, *cus profun*
viaticum suum ludendo, potando, & scortando profundit: *dat viati-*
decidunt cõmuniter Doct. si parens suus illic neque per se, *cum suum*
neque per procuratorem præsens fuerit, quòd is adolescẽs *deceptus.*
possit agere cõtra persuadentes actione vtili ad duplũ æstimationis dãni sui. licet Ias. in §. omnes autẽ, & Ioã. de Plat. hîc tit. nostro dicãt, hoc de rigore iuris vix posse obtineri, Dico, alterius: si enim quis seruũ suum propriũ corruperit. contra seipsum nõ posset agere. Dico, animum: si enim quis

corpus serui corrũpit, vt vulnerãdo, tenetur directa actione leg. Aquil. de dãno dato. Si autẽ seruo suaserit vt in tectum ascẽderet, vel in puteũ descẽderet, & is ascẽdẽdo vel descendendo ceciderit, crúsq; vel aliud quid, fregerit, vel perierit, vtile actione leg. Aquiliæ cõueniri põt. Ita quoq; dic, si corpus filij vel filiæ familâs vulnerãdo corruptũ fuerit, vel interficiẽdo, cõpetit actio iniuriarum realis, vel publica accusatio ex. l Corn. de sicariis. Sic quoque si virginis corpus est corruptum, in foro ciuili datur publica accusatio ex l. Iul. de adul. & stup. Dico, dolo malo: si quis eñ lusus gratia seruo alterius quid suaserit, & is inde deterior fieret, non tenetur suadens. l. dolo malo. ff. de seruo corrupto. Ita quoque dic, si quis seruũ aliẽnũ recepit, vt custodiret, vel humanitate, vel misericordia, vel alia probabili, atq; iusta ratione, nõ tenetur hac actione, licet alioqui dolo malo, recipiẽs tenetur. Dico, persuasione: quia licet alias ex cõsilio, & psuasione quis regulariter non teneatur. §. tua tãtùm. s. de mãdato. tñ hîc tenetur. Primò, quia cõsiliũ est fraudulentũ. Secũdò, quia hoc consiliũ, siue persuasio est per se delictũ, nec adhibetur illa distinctio, an alias esset factur[9] nécne: quia si quis malo seruo persuaserit queãdmodũ delinqueret, quoq; tenetur. Imò & si seru[9] animo erat fugitur[9], vel furtũ facturus, & aliquis laudator eius ꝓpositi extiterit, tenetur: nõ enim oportet laudando augere malitiã. d. l. j. §. sed vtrũ. ff. de seruo corrupto. glo. in §. opc. in verb. nõ tenetur. s. de oblig. quæ ex del. na-

3 *Persuadere hic.*

scũ. Persuadere † autẽ in hac materia significat plus, quàm cõpellere, atque cogere aliquẽ, vt sibi pareat. d. l. j. §. persuadere. ff. de ser. corru. Quod dico corrũpit, tu extẽde quoque si recepit, hoc est, si abscõdendi causa seruo vel in suo agro vel in alieno loco, ædificiove refugium præstitit. d. l. j. §. quid autẽ. ff. de seruo corru. Dico, vt deterior fieret: quod fit † mul-

4 *Qualiter seruus fiat deterior.*

tis modis: vt si quis suadeat seruo, vt iniuriã faceret, vel furtũ, vel fugeret, vel vt alienũ seruũ solicitaret, vel peculium intricaret, vel amator existeret, vel errori aut malis artibus esset deditus, vel in spectaculis nimi[9], vel seditiosus, &c. d. l. j. in fin. iuncta l. fi. & l. corrumpitur. ff. de seruo corru. Et corrũpẽs nõ tantùm tenetur dño serui, sed etiã aliis, quibus ex sua persuasione damnũ datum est. Nota tamen hîc obiter, si seruo suasi, vt chyrographũ debitorũ corrumpat, certum est, suadentẽ teneri. An autẽ tunc teneatur, si postea ex consuetudine

tudine primæ persuasionis quoq; rationes,instrumēta,& similia corruperit,subtraxerit,vel deleuerit? Et dic simpliciter,ꝙ corrumpens ex hoc non tenetur, nisi specialiter persuaserit.l.Neratius.§.si seruo.ff.de ser.corrup.Est autem † duplex,directa & vtilis. Directa datur vero domino cōtra eū, qui animū serui sui persuadendo corrupit. Vtilis verò est, quæ primò quoque domino vero datur cōtra eum,ex cuius persuasione corpus serui corruptum est, licet cōmodiùs detur vtilis actio legis Aquiliæ.l.dolo.cū l.seq.ff. eo. Secundó datur vsufructuario, vel bonæ fidei possessori.l. si quis seruūm.§.si in seruo.ff.eo. Tertiò,datur patri cōtra eū, qui filiam,vel filiū familiâs corrupit.l.vt tātum.§. de filio.ff.eod. 5 *Hæc actio est duplex.*

Causa istius actionis est persuasio,quæ,vt diximus, habetur hîc pro dolo.Pœna † autem est duplum:tanti enim condemnatur corrumpēs in duplum,quanti seruus ob id, quòd corruptus est, fit deterior. Et in hoc iudicio venit quoque æstimatio rerū,quas seruus secū abstulit:quia omne dānum duplicatur.l. in hoc iudicio, & l.si quis seruum.in fi.ff.eod. Est quoque perpetua,& datur heredibus illius,cuius seruus corruptus est, non autem contra hæredes corrumpentis.l. sed & hæres.& l.hæc actio.ff.de seruo corrupto. 6 *Quantitas pœnæ huius.*

DE ACTIONIBVS POENAlibus in quadruplum.

PRima actio quadrupli,est actio furti non manifesti:& de ea hîc nil dicemus:suprà enim in tit.de oblig.quæ ex delict.nascunt.eius materia tradita est. Et hodie de iure consuetudinario illa distinctio inter furtum manifestū & non manifestum,non est in vsu,sed regulariter pro quolibet furto imponitur pœna laquei vt suprà diximus. *Consuetudine sublatam esse distinctionē furti.*

DE ACTIONE QVOD metus causa.

1 *Actionis quod metus causa definitio,definitionisq; expositio.*
2 *Actio hæc contra quemcunque datur, qui ex metu illato sensit commodum licet ipse metum non intulerit.*
3 *Quando quid datum metus causa non possit repeti.*
4 *Quousque se exporrigat hæc actio.*
5 *Maioritas est duplex,ea,quæ est sine authoritate publica, & quæ habetur ex officio publico.*
6 *Alienare quid significet.*
7 *Actio quod metus causa oritur ex vi compulsiua.*

1 Actio quòd † metus causa, est actio personalis in rem scripta, quæ datur illi, qui per metum in constantem virum cadentem ad alienandũ, vel dandũ rem aliquam pulsus est. Dico, personalis: quia hæc actio primùm cõtra personam illius, qui metũ intulit, datur ad interesse, quod æstimatur officio iudicis, excusso iuramẽto in litem. l. arbitrio. §. ideo. ff. de dolo. Et si is, qui metu rẽ aliquã extorsit, ipsam iussu iudicis statim restituerit, vltra non punitur. Si autẽ recusauerit, & per sentẽtiam diffinitiuã ad restitutionẽ condemnatus fuerit, punitur in quadruplo. §. item actio. hîc tit

Actio quòd metus causa, quæ sit.

2 nostro. Dico, in rẽ scripta, quia datur † cõtra quẽcunque, qui ex metu illato sensit cõmodum, licet ipse metũ non intulerit. l. metum. §. fi. ff. quod met. cau. Ideo etiã non necesse est probare, ꝙ certa persona metũ intulerit, sed sufficit impersonaliter probare metum illatũ esse. Nam cùm metus in se habeat ignorantiam, quis non potest adstringi, vt designet quis ei metum intulerit. Sæpe enim fit noctu, vel in aliqua multitudine. l. si cũ exceptione. §. in hac. ff. quod met. caus. Dico, per metum in cõstantem virum cadentem: quia non omnis metus sufficit, sed vel metus mortis, vel cruciatus corporis, vel amissionis omnium bonorum, vel simile quiddam, quod arbitrio iudicis committitur. l. iij. iiij. v. & vj. ff. quod met. causa. Nec distinguitur, vtrũ quis timuerit mortem vel cruciatum corporis ex suo præcedẽti delicto, néc ne. Nam & si adulter in adulterio, vel fur in furto deprehensus dederit aliquid ne occideretur, habet locum hæc actio,

Quare sit in re scripta.

3 nisi iure † potuisset occidi, vt pater cũ filia vel maritus post trinam denuntiationem cum vxore adulterum depræhenderit, vel quis furem, qui se telo defenderet, possent occidi, iuxta l. Gracchus. & Auth. si quis. C. de adul. l. furẽ. iũcta gl. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Quare si aliquid darẽt ne occiderentur, per hanc actionem non possent repetere. l. nec timorem. §. proinde. ff. eod. Et intellige † definitionem non tantùm in metu illato personæ nostræ propriæ, sed quoq; personis filiorum siue coniunctorũ nostrorum. Vt si quis timeret, ne filia sua stuprum pateretur, & daret aliquid ad supprimendam filiam, posset repetere per actionen, quod metus causa. Et per illum quoque metum intellige reuerẽtialem,

Datũ per metũ quòd repeti non potest.

4

5 & maioritatis. In hoc tamen distingue, Quædã est † maioritas absque authoritate & potestate publica, vt mariti in

vxo

vxorem,patroni in libertum,& patris in filium : & tunc ex tali metu actus rescinditur per officiũ iudicis.l.penul. ver. & hoc modo.ff.de furtis.l.j.§.quæ onerãdæ.cum gl. & not. ff.quarũ re.actio nõ datur.Idem dicendũ est,si quis rogatũ Principis contraxit,qui aliâs cõtracturus non esset : nã rogamina Imperatorum mandata sunt, secundum gl. in Cle. j.in verb.exhortamur.de testib. Quædã est maioritas,siue reuerentia,quæ habetur ex officio publico, vt est maioritas magistratuum:& tunc si metu,& vi illorum quid cõtra ctum est,competit hæc actio.l.iij.§.cæterum.ff.eo.l. fin.C. eo.Dico,ad alienandum:quia†alienare, est verbum generale,comprꝛhendens omnes actus, quibus res nostræ abducũtur,siue fiat per pignora,venditiones,donationes,&c. secundum gl.j.in titu.de alie. feud. paterni. Ideo habet locum hæc actio,si dedit,aut fecit aliquid,vt quia vẽdidit, vel donauit rem,quam alioqui non fuisset venditurus. Si autẽ promisit quid,nec tamen actualiter præstitit,cõuentus habet exceptionem,quod metus causa.Dico, compulsiua est: si enim volens fecisset,non cõpeteret hæc actio. Et sic†no ta actionem,quod metus causa,oriri ex vi compulsiua. Nã pro vi ablatiua datur actio vi bonorum raptorũ:pro vi expulsiua,interdictum,vti possidetis, in rebus immobilibus, & in rebus mobilibus,vtrobi : pro vi autẽ inquietatiua interdictum,quod vi aut clàm. Vide Azo.in summa sua.C.de iis,quæ vi,metúsve causa gesta sunt.

6 *Alienare generale verbum.*

7 *Huius actionis ortus.*

Causam istius actionis vides esse metum illatum, &, vt diximus,actor nihil aliud cogitur probare,si res alienata à tertio possessa fuerit,quàm metum illatum esse imperſonaliter. Et duobus testibus de metu deponentibus, plus creditur,quàm mille testibus,qui deponerent de spontanea voluntate. Ad hoc allegatur Inno.in c.super extrà de renuntiat. Et vide Iaso.hîc. Datur autem hæc actio intra annum in quadruplum,post annum in simplum.

DE ACTIONE IN FACTVM, de Calumniatoribus.

1 *Actio de calumniatoribus contra quem propriè competat.*

2 *Procurator, vel aduocatus, agens negotium domi per calumniam, quoque conuenitur hac actione.*

3 *Hæc actio non datur contra dantem pecuniam, sed contra eũ, qui accepit, vt alteri negotium faceret, dans autem*

 amit

amittit pecuniam datam.

4 *Quibus propriè competat hæc actio.*

5 *Hac actione punitur affectus licet effectus non sequatur.*

Aduersus quem. Actio in factum de † calumniatoribus propriè datur contra eum, qui pecuniam accepit, vel aliquod aliud commodum sensit, vt innocēti alicui in iudicio negotium per calumniam faceret, vel non faceret. l. j. in prin. ff. de calum. Dico, pecuniam accepit: quia hîc nō spectatur exitus, donec scilicet calumnia fiat, sed solùm voluntas: ideo ex sola receptione pecuniæ, licet calūnia secuta nō sit, actio oritur. l. & generaliter. §. si igitur. ff. de calum. Dico, vel sensit aliud quoddam cōmodū: quia non est necesse propterea in promptu pecuniam numerari, sed satis est, reum quocunq; modo commodū sensisse. l. quinetiā. cum l. seq. ff. de calum. Dico, innocenti: quia si nocens transigēdo aliquid daret ne accusaretur, non haberet locū hæc actio. l. si ab eo. ff. eo. Dico, alicui simpliciter: quia non distinguitur siue in pecuniariis causis, siue in publicis criminibus calumnia fiat: vtroq; enim casu habet locum hæc actio. In criminalibus calūniator quoq; tenetur l. Iulia. repetund. d. l. j. §. hoc autem iudi-

2 *Secundus locus huius actionis.* cium. ff. eo. Secundò, habet † locū hæc actio, etiam, si procurator, vel aduocatus, propter aliquod commodū, negotium domi per calumniam ageret, in eo scilicet, quod per calumniā pateretse ab aduersario vinci, per nota. in d. l. j. §. si d & constituti. ff. eo. Dico, in iudicio: quia si extra iudiciū dedi tibi pecuniam, ne faceres mihi calumniam, id est, ne spoliares, vel verberares me, &c. nō habebit locū hæc actio, sed actio quod metus causa, secūdū Ioan. Fab. & Ioan. de Plat. hîc, vt colligitur ex gl. super rub. ff. de calum. Dico, per calumniā: nam si aduersarius accepisset pecuniā, vt nō ageret, vel accusaret me, non tamen per calumniā accepisset, sed animo transigendi, quoq; cessat hæc actio. d. l. j. §. sed & cōstitutio. ff. de calumni. Dico, faceret, vel non faceret: quia hæc actio

3 † primùm datur contra eum, qui commodum aliquod sensit, vt negotium alteri faceret: is tamen, qui dedit pecuniā, non cōuenitur, sed amittit suam pecuniam, quā dedit propter calumniam: nec potest repetere, quia est in eadē causa turpitudinis. d. l. & generaliter. §. illud erit. ff. de calumn.

4 Et datur † hæc actio etiā illi, qui pecuniam dedit, vt sibi nō fieret negotium per calumniam. Et in hoc distingue, Aut

tertius

tertius quidam dedit pecuniam alicui, ne mihi fieret calumnia:& tunc si me mandante,& ratificãte,hoc factũ est, ego dedisse intelligor,ideóq; competit mihi actio contra recipientem,& non ei, qui dedit pecuniam: hoc enim casu pecunia honestè data est,turpiter tamẽ recepta:quare etiã repetitur.Si verò,tertius motu proprio dedit pecuniam, ne mihi fieret calumnia,ipse agit ad simplum illius quod exposuit,ego autem ad quadruplum pro pœna.

Causa istius actionis est delictũ,calumnia.¶Et, vt suprà diximus, obiter nota, ꝙ †hîc punitur affectus, licet effectus non sequatur.Punitur enim recipiens pecuniam, licet calumnia secuta non sit.Datur autem hæc actio tã in eum, qui dedit,quàm in eum, qui accepit quid, vt alteri calumnia fieret,intra annum vtilem in quadruplum,post annum in simplum.d.l.j.in princ.Et si tu recepisti pecuniã ab alio, vt mihi calumniam faceres, & à me quoque recepisti pecuniam ne faceres:teneris mihi in octuplũ.d.l.& generaliter. §.illud.ver.quare.ff.de calum.& illud quadruplũ siue octuplum solùm pœna est,& extra illam pœnam datur quoque repetitio simpli illius, quod datum est. d. l. si quis ab alio. ver.si autem.ff.eodem.Hæredi autem hæc actio nõ datur: quia sufficere ei debet,quòd eam pecuniam, quam defunctus dedit,ne fieret calumnia,repetere potest.In hæredem autem calumnatoris competit in id, quod ad eum peruenit. Nam licet crimina morte delinquentium extinguantur,turpia tamen lucra etiam ab hæredibus extorqueri debent.l.in hæredem.cum l.seq.ff.co.de calum.

5 *Affectũ puniri absq; effectu.*

DE CONDICTIONE EX LEGE, contra ministros Publicos.

1 *Triplum huius pœnæ de iure Authent.cedit fisco, & simplum damnum passo*

HAec Condictio†ex lege datur contra executores, vel nuncios publicos in quadruplum,qui sportularum nomine plus,quàm eis debetur,exegerint. Dico, cõdictio ex lege:quia hæc actio non habet proprium & specificum nomen:ideo dicitur condictio ex lege, in qua de ea fit mẽtio, vt ex §.quadrupli.ver.itẽ ex lege.hîc tit.nostro.& ex §.hoc quoq;.in Authẽ.vt legitur.col.ix.Dico,executores, vel nũtios,quia multa sunt synonima, quibus ministri magistratuum significãtur:vt executores,nuntij,apparitores,viato- 1

res,&c.Dico,publicos:quia priuatis,& nõ iuratis, ministris nõ facilè creditur,nec illi sportularum nomine quid exigere possunt,citando quem,&c. Et extende hãc actionẽ etiã ad eum casum.s.si nuntij publici asserunt se habere cõmissionẽ pignorandi aliquem, vel personaliter capiendi, cum tamen à magistratu eis non sit commissum, & propterea timore illius aliquid datum sit, ꝙ illi ministri nedũ teneãtur in quadruplum illius, sed etiam puniri possint extra ordinem officio iudicis,quia incidunt in crimen concussionis.l.j.& ibi gl.ff.de concuss.Si tamen is, qui dedit pecuniã, sciuisset ministros sine iussu Potestatis fecisse, potuisset de facto resistere.l.prohibitũ.& ibi Bar.de iure fisci.lib.x. Dico,in quadruplum:quod totũ pœna est,& extra illud quadruplum adhuc quoque versatur persecutio simpli dati, scilicet sportularum nomine,vt colligitur hîc ex tex.d.§. qua
2 drupli. Hodie†tamen de iure Authen.triplum illius quadrupli cedit fisco,& simplum damnũ passo.§.& hoc quoq; in Authẽ.vt litig.iurẽt.colla.ix.Et ita decidit dom.Iason.

Causa istius actionis est delictum,exactio scilicet illius, quod non debetur.Et tantum de Actionibus quadrupli.Ex arbitrio autem iudicis agitur in actione iniuriarũ,quæ qualis sit,vide quæ suprà diximus de iniur. Et hæc de actionibus merè personalibus dixisse sufficiat. Sequitur de Mistis.

DE ACTIONIBVS MISTIS.

1 *Actiones mistæ,quid sint,& quotuplices.*

2 *Actio depositi,quando detur in duplices.*

Actiones mistæ,quæ sint.

1 ACtiones†mistæ dicuntur,quibus tam rem,quam pœnã ex aliquo delicto debitã,simul persequimur.Et illę subdiuiduntur,Aut enim dãtur in simplũ,aut in duplũ, aut in triplum,aut in quadruplũ. In simplum datur actio legis Aquiliæ,de dãno dato,si modò reus cõfiteať se dãnũ dedisse.Et de hac quoq; nihil dicem⁹,suprà enim tractata est.In duplũ dantur primò,actio depositi.Secũdò, actio ex testamẽto,cõtra eos,qui relicta sacrosanctis ecclesiis dare distu
2 lerint.Tertiò,actio l.Aquiliæ,de dãno dato. Actio† depositi,tũ demũ daťin duplũ,& pœnalis est,quãdo quid vel causa tumultus,ruinæ,incẽdij, vel naufragij causa deponitur, & depositarius negat id penes se depositũ esse:si tamẽ conuincitur,teneť duplũ reddere.Et sic causa istius actionis est delictũ,mẽdaciũ.s.alioqui est actio nõ pœnalis, sed ex cõtractu

tractu descēdēs,& datur in simplū. Quid autē sit depositū, & quæ inde oriantur actiones, suprà dictū est de deposito.

DE ACTIONE EX TESTAMENTO, pro relictis sacrosanctis ecclesiis.

1 *Actio ex testamento datur in duplum contra eum, qui negat ex hæreditate, quā ipse adiuit, ecclesiæ quid legatum esse, vel si fatetur, sine iusta causa tamen differt solutionem.*

2 *Contra quos, & quibus competat hæc actio. & nu. 3.*

4 *Legatum statim debetur à die aditæ hæreditatis.*

5 *Actio legis Aquiliæ contra negantem datur in duplum, contra confitentem autem in simplum.*

HÆc Actio † ex testamento, datur in duplū contra eum qui negat ex hæreditate, quā ipse adiuit, ecclesiæ quid legatum esse, vel si fatetur, sine iusta tamen causa illius legati differt solutionē. Dico, ad duplum: quia simplum habetur pro re legata, & aliud simplum pro pœna, & veniūt quoque fructus, siue vsuræ legatæ. Dico, contra eum simpliciter: quia hæc † actio primùm datur contra hæredem ex testamento, siue sit directus hæres, siue fideicommissarius. Deinde datur contra executores testamenti, negantes legata piis locis relicta esse, vel differentes solutionem. Tertiò, datur contra eum, qui est hæres ab intestato: nam etiam ab intestato in præsentia duorum testium piis locis relinqui potest. Et de hac extensione vide Doct. in §. ex maleficiis. hîc titu. nostro. Dico, qui negat: quia primùm propter negationem datur hæc actio: Si tamen actor à principio negauerit, & postea fateretur, releuat eum illa confessio, ad euitandam pœnam dupli, modò actor agat contra eum ex negatione, & non procrastinatione, & sic ex sua confessione velit probare hoc. Si autem ex dilatione, siue procrastinatione ageret, tunc siue neget, siue fateatur, eius nihil refert: incidit enim in pœnam dupli propter dilationē. Dico, adiuit: quia si quis esset hæres institutus, vel ab intestato, & hæreditatem tamen non adiret, non incideret in hanc pœnam, vtcunque legata piis locis non soluerentur. Dico, ecclesiæ, quia hæc actio primùm † datur ipsi ecclesiæ: deinde singulis personis ecclesiæ, quibus quid legatū est. Tertiò, extēditur ad legata pauperū, fisci, reipub. & pro redēptione captiuorū: cū ecclesia eis & illa æquiparātur: & in æquiparatis idē est ius, p gl. in l. si quis seruo alieno suaserit. in verb. corrūpi. & ibi Bart. C. de

1 *Hac actio contra quē detur in duplum.*

2 *Aduersus quos insti-tuta sit.*

3 *Ecclesia in hac actione prior.*

C.de fur.Doc.in d.§.ex maleficiis.latiſſimè.Do. Iaſ. tamen impugnat illá extẽſionẽ per aliquas rationes. Dico,ſine iuſta cauſa: ſi enim hæres iuſtã cauſam retardationis ꝓbare poterit,nõ incidit in pœnã dupli. Dico, differt:quia legatũ
4 †ſtatim debet à die aditæ hæreditatis,ſcd̃m Bar.in l.vnica. C.de ca.toll.Illa ergo dies interpellat loco eccleſię.Quare ſi hæres vſq; ad iuſtum magiſtrat⁹ ſolutionẽ differt,incidit in pœnã.l.magnã.C.de cõt.& cõ.ſti.Dico,ſolutionẽ,q̃a legatarius poteſt hæredẽ arctare ad iurãdũ, vel ad ſoluendũ.

Legatum quando incipiat deberi.

Cauſa iſtius actionis eſt delictum, mendacium ſcilicet, vel dolus in differendo ſolutionem.

5 Tertia†actio in duplũ eſt actio legis Aquiliæ de damno dato,quæ tum demum in duplum datur, ſi reus negauerit ſe damnũ dediſſe,contra confitentem agitur in ſimplum.

DE ACTIONE CONDICTITIA.

1 *Actio condictitia in quantum,& contra quem detur.*

2 *Actio condictitia vnde originem traxerit,& quid hodie in illa iuris.*

3 *Sportulæ di untur ſalaria,quæ dantur nuntii iudicis.*

4 *Tranſitio ad actiones.quæ ex facto ſeruorum,ſiue laſciuia animalium oriuntur.*

5 *Actiones,quæ ex facto ſeruorum,aut animalium laſciuia oriũtur,duæ ſunt.*

1 IN triplu†datur actio cõdictitia ex lege,cõtra eos, q̃ doloſè maiorẽ verę æſtimationis quãtitatẽ libello inſerũt, vt litiũ executores ampliorẽ ſportularũ ſummam inde exigere poſſint.Dico,condictitia ex lege: quia hæc actio non habet propriũ nomẽ, ſed datur ex lege quadã veteris Codicis,quæ iam non extat.Dico,doloſè: ſi enim per errorẽ, vel temeritatẽ,nõ augendi ſportularũ ſummã, actor ſuam petitionẽ maiorem feciſſet,non haberet locum hæc actio ſecundum glo.in verb.in bello.§.tripli.hîc titu.noſtro.Di-
2 co,maiorem veræ æſtimationis quantitatẽ:quia olim† dabantur executoribus Citationũ ſalaria, ſecundũ quantitatẽ ſummæ in libello petitæ,& reus tenebatur ſoluere illa ſalaria:vt in d.§.tripli.& in auth.generaliter.la ij.C. de epiſc. & cleric.Si ergo actor in libello maiorem veræ æſtimationis quantitate inſerebat,ob id ꝙ reus cogeretur præſtare executoribus maiorẽ ſummã nomine ſportularũm,tenebatur ad triplũ illius,quod per executores plus exigebatur. Hodie

Contra quos, & in quãtum detur.

Huius cõdictionis origo.

die tamen hoc non est in vsu, sed sportulæ soluuntur secundum consuetudinem iudiciorũ, vel longitudinem itineris, secundum d.g. in verbo. in libello. & auth. sed hodie. C. de episcop. & cleri. Quod dico, executores: tu intellige de ministris, quibus citationes cõmittuntur, de quibus tractat §. noster hic. De aliis speciebus executorum, vide Ias. in §. tripli. in prin. hic tit. nostro. Dico, nomine sportularũ: quia sportulæ dicuntur† salaria, quæ dantur nuntiis iudicis. Sed hæc actio hodie non est in vsu, quare volumus breuiores esse. 3 *Sportulæ.*

In quadruplũ† datur actio vi bonorũ raptorũ, de qua sup. eo. Et tãtùm de actionibus, quæ ex delicto, siue facto alicuius proprio oriũtur: sequitur de illis, quę ex facto seruorum, siue lasciuia animaliũ originẽ trahũt Actiones† autẽ, quæ ex facto seruorum, siue animaliũ lasciuia oriuntur, sunt duæ, actio noxalis, & actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 4 5

DE ACTIONIBVS NOXALIBVS.

1 *Actiones noxales quæ sint, & quare sic dictæ.*
2 *Dominus serui delinquentis habet electionem dandi seruum pro noxa, vel resarciendi damnum: sed fallit in quibusdam casibus, vt num. 3.*
4 *Actio noxalis interdum est ciuilis, interdum verò prætoria.*
5 *Quibus, & contra quos actio noxalis compe'at.*

Actiones† noxales, sunt actiones personales in rem scriptæ: & dantur ex delicto serui contra dominũ, vt sufferat litis æstimationẽ, vel det seruũ pro noxa. Et dicũtur noxales, quia ipsum delictũ serui, noxia dicitur, corpus autem nocẽs, hoc est seruus, dicitur noxa, vt j. de nox. act. in princ. Dico, actiones personales: quia oriũtur ex obligatione, obligatio autẽ ex delicto. Dico, in rẽ scriptæ: quia istæ actiones sequũtur seruũ, à quocũq; fuerit possessus, transit enim cum suo vitio. Si verò seruus fuerit manumissus, ipse tenet. & extinguitur noxæ deditione. §. omnis. j. de nox. act. l. noxalis autem. ff. eo. Dico, ex delicto serui: quia sicuti dñs obligatur ex contractu serui, quatenus est in peculio, ita quoq; obligatur ex eius delicto, inquantũ corpus serui æstimari potest, vltra enim nõ tenetur. Dico, vt sufferat æstimationẽ damni, vel det seruum pro noxa: quia† dñs, cuius seruus deliquit, habet illã electionẽ in solutione, ꝙ põt vel dãnũ resarcire, vel seruũ dare pro noxa, vt liberetur. Licet actor in suo libello non debeat petere alternatiuè æstimationem, vel seruum, 1 2

sed

ſed tantùm æſtimationẽ:quia ſeruus nõ eſt in obligatione licet ſit in ſolutione.§.dominus.j.de noxa.act. Hoc tamen
3 fallit,ꝙ ſcilicet dominus non habet electionẽ.†Primò,ſi ſciuit,& prohibere ſeruum potuit,ne delinqueret, nec tamen ꝓhibuit:tum enim tenetur in ſolidũ.l.ii.C.e.Secũdò, ſi quis mandauit alteri,vt certum ſeruũ ſibi emeret mandanti,& is poſteà mãdatario furtũ fecerit,tenetur mandãs in ſolidum emendare dãnũ.l.ſi ſeruus cõmunis.§.quod verò.ff. de fur. Tertiò,in delictis publicis,vel etiam priuatis, criminaliter tamen intẽtatis:ibi enim punitur ſeruus delinquẽs in corpore,ſecundũ diſpoſitionẽ iuris.l.pe.in fin.C.eo.l.j.§.cùm ſeruus.ff.de iis,qui deiece.vel effu. Quartò, ſi dominus negauerit ſeruum eſſe in ſua poteſtate.l.quoties.§. prætor ait.ff. e.Hæc autẽ actio non habet propriũ nomen, ſed potiùs eſt adiectio,vt actio noxalis furti,actio noxalis vi bonorum raptorũ,&c.Hinc eſt,ꝙ interdũ eſt ciuilis,interdum prætoria.

Vbi ceſſet prædicta facultas.

4 Ciuilis eſt,†ſi ſeruus fuerit fur non manifeſtus, vel dederit dãnũ ex lege Aquilia,vel realiter iniuriã cõmiſerit,quia illæ actiones ciuiles ſunt.Prætoria verò eſt, quãdo ſeruus cõmiſit furtũ manifeſtũ,vel bona alicuius rapuit, vel conuiciũ alicui dixerit,quia illæ actiones principales per ſe prætoriæ ſunt,quarũ naturã ſequitur actio noxalis,tãquã acceſſoria.

5 Datur autẽ hæc†actio hæredi,& in hæredẽ,nõ tamen iure ſucceſſionis,ſed iure poſſeſſionis & dominij.Exemplũ: vt ſi domin' ſerui haberet plures filios hæredes,poſt eius mortem tantùm is conueniretur actione noxali qui dominium & poſſeſſionẽ eſſet cõſecutus in ſeruo, reliqui autẽ vt hæredes non tenerentur.Extinguitur autem hæc actio. Primò, ſi ſeruus fuerit manumiſſus.Secundò, ſi fuerit mortuus.l.electio.§.ſi is,quẽ.ff.e.niſi dominus ſciens nõ prohibuerit:tum enim ipſe tenetur in ſolidum,& hæres quoque, ſi cum domino lis fuerit conteſtata.l.ſi plurium.in fi.ff.eodem.

Quibus, & contra quos competat.

DE ACTIONE, SI QVADRVPES pauperiem feciſſe dicatur.

1 *Actio,ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur,quando, & contra quem detur.*

2 *Actio ſi quadrupes,&c.habet locum tantùm in manſuetis animalibus,in feris autem beſtiis non.*

3 *Actio ſi quadrupes,&c.eſt duplex,directa,& vtilis.*

4 *Actio ſi quadrupes,&c. datur contra quemuis poſſeſſorem*

quadru

quadrupedi.

Actio, si † quadrupes pauperiẽ fecisse dicatur, datur cõ- 1
tra eum, cuius quadrupes ex lasciuia, feruore, vel ferita- *Qua ratio*
te contra naturã sui generis, nullius hominis instinctu aut *ne detur.*
culpa interueniente dãnũ dederit. Et dicitur pauperies, dã-
nũ sine iniuria facientis datũ. Animalia enim cùm careant
ratione, non possunt dici iniuriã facere. l. j. §. ait prætor. ff. e.
& §. cæterum. ĩ. e. Dico, contra naturam sui generis: primùm
ideo, quia † hæc actio locũ habet pro dãno in mãsuetis ani- 2
malibus dato, quæ de sui natura regulariter nemini nocent.
Si autẽ à fera bestia alicuius dãnũ detur, non habet locum
eius hæc actio, præsertim directa: vt si quis vrsum foueret, &
is euadendo daret damnum, non tenetur is, cuius fuit vrsus,
modò culpa eius non euaserit, statim enim postquam fera
euasit, nanciscitur libertatẽ naturalẽ, & desinit in prioris do
minio esse. §. feræ igitur bestiæ. cum seq. sup. de rer. diui. Ædi
les tamen prohibuerunt ne quis canem, verrẽ, aprũ, vrsum,
vel similẽ bestiã ibi habeat, quà vulgò soleat interesse. Si ve
rò cõtra fuerit factum, & liber homo perierit, damnatur do
minus in ducentis aureis. Si autem libero homini nocuerit,
in tantũ condẽnatur, quantũ iudici æquũ videbitur, habita
scilicet ratione expensarũ in curatione factarũ, & operarum
amissarũ. l. ex hac. ff. eo. Cæterarũ verò rerũ damnũ datum
vel factũ in duplũ resarcitur, & nihilominus potest agi vtili
pauperie. §. fi. ĩ. eo. Secundò dico, contra naturã sui generis,
quia si secundum suã naturã damnũ dederit, vt si canis canẽ
alicuius comederit, vel pecora tua glande vel herba aliena
pascerentur, non habebit locum hæc actio, sed actio de pa-
stu pecoris. l. Quintus. §. j. ff. ad leg. Aquil. l. qui seruãdarum.
§. si glans. ff. de præscri. ver. Dico, nullius hominis instinctu,
aut culpa. Si enim animal ad dandum damnum dolo, culpa,
imperitia, siue imbecillitate alicuius hominis fuerit cõmo-
tũ, cessat hæc actio, & habebit locũ aut actio in factum, aut
actio legis Aquiliæ. §. impetu. ĩ. de leg. Aquil. Et sicut in pro-
xima actione noxali liberatur dñs dando seruũ pro noxa, 3
ita quoque hoc casu dñs quadrupedis liberatur, dando qua- *Dominus*
drupedẽ pro pauperie, modò tñ dolus abfuerit. Est † autem *præstando*
duplex, directa, & vtilis. Directa datur ex verbis, & mẽte le- *animal*
gis, qñ scilicet quadrupes dederit damnũ. Vtilis verò datur *pro noxa*
ex mẽte legis tantùm, quando scilicet bipes dedit dãnũ, &c. *liberatur.*

Causa

Causa istius actionis est obligatio, quæ oritur ex delicto
4 pauperie scilicet. Et sicut † actio noxalis datur contra quem
Similitudo huius cum noxali. uis possessorem, qui noxiam dedit, ita quoque hæc actio cõtra quẽuis possessorẽ quadrupedis, transit enim quadrupes cum suo vitio. Et hinc est q; datur hæredibus, & contra hæredes, iure scilicet dominij, & possessionis, non autem iure successionis. Extinguitur autem hæc actio morte quadrupedis, &c. Et tantùm de actionibus, quæ ex delicto descendũt. Dicemus nunc de iis, quæ descendunt ex contractibus.

ACTIONES, QVÆ EX contractibus oriuntur.

1 *Actiones, quæ ex contractibus oriuntur, quomodo diuidantur.*

1 QVæ autem † ex contractibus oriuntur actiones, subdiuiduntur. Quædam enim non tantùm dantur contra
Actionũ ex contractu diuisio. ipsum contrahentem, sed contra eum, qui cõtrahentem habet in potestate, patrem & dominum. Et illarum quædam dantur peculio-tenus contra patrem & dominum, vt est actio de peculio: quædam in solidum, vt infrà.

DE ACTIONE DE PECVLIO.

1 *Actio de peculio est, qua petimus à patre vel domino, vt soluat pro filio viuente, vel seruo nobis ex contractu obligato, quatenus est in peculio.*
2 *Actio de peculio est à prætore contra ius ciuile introducta.*
3 *Pater & dominus etiam ignorantes vel inuiti ex contractu filij & serui tenentur.*
4 *Ex filij contractu hodie duæ oriuntur actiones.*
5 *Pater cõuentus ex contractu filij mortui tenetur in solidum.*
6 *Pater & dominus quid in delictis filij & serui differant.*
7 *Pater filio viuente de Castrensi peculio nõ tenetur, de aduentitio autem sic.*
8 *Actio de peculio est stricti iuris.*
9 *Actori quid sit probandum in actione de peculio.*
10 *Forma libelli actionis de peculio.*

1 ACtio de peculio † est, qua petimus à patre vel domi-
Actio de peculio. no, vt soluat pro filio viuente, vel seruo nobis ex contractu obligato, quatenus est in peculio. Hæc actio secundũ cõmunem opinionẽ Doct. non est propriè distincta species actionum, per se, sed potius adiectio, siue qualitas actionum ex quibus oritur. Agitur enim contra dominum, vel patrem, ex eo contractu, qui celebratus est cum filio vel seruo,

adiecta illa qualitate, vt soluat. eatenus, quaten' est in peculio. Quod autẽ dico in definitione, petimus à patre vel domino, vt soluat pro filio vel seruo, &c. est † omnino contra ius ciuile. Per id enim expresse dispositũ erat, ꝙ pater pro filio, dominus pro seruo, & ecõtrà, cõueniri non possunt, vt habetur per tot tit. ne filius pro patre. Sed prætor ex mera æquitate hanc actionẽ introduxit, cõsiderãs ꝙ pater vel dñs interdũ expresse vel tacitè filio aut seruo peculiũ concedit, quod cẽsetur quoq; quasi propriũ filiorũ, vel seruorũ patrimoniũ. Ideo si contrahũt, videntur contrahere cũ cõsensu, & volũtate eorum, cui concesserũt peculiũ. Hinc est † ꝙ pater vel dominus ex cõtractu filij vel serui tenetur, etiã ignorãs, & inuitus, imò prohibens cũ eo cõtrahere. l. si quis seruũ. in fin. ff. de pecu. Dico, à patre, vel domino: quia hodie † ex contractu filii & serui oriũtur duæ actiones, Vna est, quæ datur cõtra ipsum filiũ, vel seruũ contrahẽtem, in solidũ ex suo cõtractu, adeò ꝙ si in solidũ non fuerit soluendo, detrudi possit in carcerẽ, nisi se liberauerit cedendo bonis. l. cùm & filii familiâs. C. qui bonis cedere possunt. Alia actio datur, contra patrẽ vel dominũ, nõ tamen in solidũ, sed eatenus, quatenus est in peculio, vt hîc. Deducit tamen pater conuẽtus, vel dominus de peculio in primis æs alienũ, quod sibi debetur, vel illorum, qui sunt sub sua potestate vel gubernatione, modò tamẽ aliunde debitũ suũ consequi non possit, nec indẽnitati suæ consulere. l. si noxali. §. idem rectè. & §. quod autem. ff. de peculio. Dico in definitione, pro filio viuente: quia si † pater cõueniretur pro filio mortuo, teneretur hodie non tantùm quatenus esset in peculio, sed in solidũ, maximè in aduentitiis, castrensibus, & quasi castrẽsibus peculiis, quæ hodie post mortẽ filii occupat, nõ vt peculia, sed vt hæreditatẽ. Si ergo vult esse hæres, satisfaciat creditoribus, per vulgaria, &c. In peculio tamen profectitio etiã multùm immutatum est: ideóq; mortuo filio cõuenitur pater in eo, quatenus est in peculio. Vide gl. in l. pater q. castrẽs. in verb. testamẽto. ff. de castrẽsi peculio. Dico ex cõtractu obligato: quia pater & dominus propriè tenetur de peculio, si filius vel seruus cõtraxerit, vel quasi contraxerit, vel si gesserit alicuius negotia sine mãdato. l. si filiusfa. ff. de neg. gest. In † delictis differẽtia est inter patrem & dominum: quia si seruus deliquit, vel noxã resarcire potest, vel seruũ dare pro noxa,

2 *Ius prætoriũ hanc introduxisse contra ius ciuile.*

3 *Pater ex contractu filij ignorans & inuitus tenetur.*

4 *Et quæ ex contractu filij oriantur actiones.*

5 *Si pater ex contractu filij mortui conueniatur.*

6

vt infrà audiemus de noxali.actio. Hoc non est in filio,qui non potest dari pro noxa,si deliquerit. Sed pater interdũ ex delicto filij cõueniri potest,quatenus est in peculio.Vide gl. hîc in verb.ipso iure,& quæ notãt Doct.Dico,quatenus est in peculio,ad differẽtiã actionũ de in rem verso,quod iussu, exercitoriæ,institoriæ,tributoriæ, quæ quoque dãtur cõtra patrẽ & dominũ,ex cõtractu filij vel serui, nõ autẽ peculio tenus,sed in solidũ:de quibus infrà. Actio autẽ de peculio nõ datur contra patrẽ,&c.in solidũ, sed quatenus peculiũ patitur. Et in hoc inspicitur tẽpus sentẽtiæ,quãtum scilicet tunc fuerit in peculio.Nam & si ab initio litis nihil,aut parum in peculio extiterit,tamen si id postea tẽpore sententiæ fuerit auctũ,tenetur pater,&c. de aucto peculio. Sed creditor tenetur probare peculium extare, & ex eo satisfieri posse, vel in totũ,vel in partẽ.Si quoq; actor semel actionẽ intentauerit,& succubuerit,quia tũc multũ nõ erat in peculio,iterum agere poterit peculio aucto.Vide Io.de Plat.hîc Quæ autẽ huc vsque diximus, tu intellige de peculio profectitio,hoc est,de eo,quod filiusfamiliâs,vel seruus, ex rebus patris,vel
7 dñi,acquisiuit.De castrẽsi † enim,vel quasi castrẽsi,pater nõ tenetur filio viuẽte,sed ipse filius cõuenitur tanquã paterfamiliâs,cũ in eis habeat plenũ dominũ, tam proprietatem, quàm vsumfructũ,pater autẽ administrationẽ.l.iij.cũ simili.§.actionũ.ff.de castren.pecul.Mortuo verò filio conuenitur pater in illis,nõ tamẽ vt in peculiis,sed vt in hæreditate filij:si modo filius non reliquerit descendentes, vt diximus. In peculio autẽ aduentitio conuenitur pater hodie vt legitimus administrator:habet enim in iis vsumfructũ, filio retinente proprietatẽ.l.j.iuncta gl.cum simi.C.de bonis mat.

De quo peculio hæc actio sit intelligenda.

Causa efficiens istius actionis est prætor,qui vt suprà diximus,naturali æquitate motus, introduxit hanc actionem contra ius ciuile. Causa materialis est ciuilis obligatio, habens effectũ naturalis obligationis, nec naturalis & ciuilis obligatio simul,ex quibus aliquãdo oriuntur actiones, &c. Veniunt autem ex contractibus,quasi contractibus,&c.Sed pater,& dominus,cũ creditore filij,vel serui,neque contraxit,neq; quasi cõtraxit,sed tenetur solùm,quia prætor tanquam ciuilis magistratus,ex quadam præsumptione,præsumens scilicet patrem,&c. cõtractui filij consensisse,hoc ita constituit. Quare concludendum est,hanc actionem oriri contra

cōtra communes regulas ex sola ciuili obligatione. Et inde sequitur, eam esse natiuam, & non datiuam, quia ex ciuili obligatione nascitur: estq́; † stricti iuris, & non bonæ fidei, secundum Barto. in l. j. ff. de pecul. Vide Ias. hîc. Probat † autem actor primò contractum cum filio & seruo, &c. quomodo principalis obligatio orta est. Deinde extare apud patrē peculium, vnde aliquo modo possit satisfieri. 8 *Stricti iuris est.* 9 *Probationes actoris.*

LIBELLVS.

Postquàm † compertū habebam, Titium filiū Sēpronij ex eius concessione habere peculium, quo possit negotiari, cōtraxi cū eo, putās patrē cōtractui cōsentire, vēdidíq; ei centum modios frumēti triginta aureis: quos tñ ab eo exigere non potui. Quia autem Sempronius in potestate eius tenet & possidet hoc peculiū; peto eū in prædicta summa triginta aureorū mihi cōdemnari, quatenus vires peculij patiantur. 10

Quædam verò dantur contra patrē & dominum ex contractu filij vel serui in solidum. Et sunt quinque, Actio quod iussu, exercitioria, institoria, tributoria, & de in rem verso. *Quæ actiones contra patrem & dominum dentur in solidum.*

DE ACTIONE, quod iussu.

1 *Actio quod iussu, datur in solidum contra patrē & dominū illis, qui cum filiofamiliâs vel seruo eorum iussu contraxerunt.*
2 *Iussu quibus modis fieri possit.*
3 *Actio, quod iussu, duplex, directa, & vtilis.*
4 *Actiones illæ quinque, quæ dantur contra patrem insolidum, non sunt propriè actiones, sed adiectiones.*

Actio quod † iussu, datur in solidum contra patrem & dominum, illis, qui cum filiofamiliâs, vel seruo, eorum iussu contraxerūt. Dico, cōtra patrē & dominum: quia dominus, vel pater, vidētur ipsi cōtrahere, quādo iubēt aliū cum seruo vel filiofamiliâs, cōtrahere. Sequitur enim contrahēs fidem iubētis, ideo etiā tenetur in solidū. l. j. in prin. ff. quod iussu. Dico, cū filiofamiliâs: quia nihil refert, siue sit filius naturalis, & legitimus, siue legitimus tātummodò sit in potestate. Dico, iussu, ad differentiā actionis de peculio, quæ datur contra patrē & dominū ex cōtractu filij vel serui, etiā si contraxerint eis nesciētibus. Iussu † aūt multis modis potest fieri, verbis, nūtio, epistola, subscriptione, ratihabitione, vel alio quocūque modo, quo quis cōtractum celebratū ratum habet. l. j. §. j. & §. si ratū. ff. quod iussu. Itē si dominus vel pa- 1 *Qua ratione, & quibus competat.* 2 *Iussus quibus modis fiat.*

ter dederit seruo vel filio plenã ac liberam potestatẽ omnia
3 faciendi, quæ ipse pater facere poterit. Est autẽ† duplex hæc actio, directa & vtilis. Directa datur, quãdo quis contrahit cum seruo vel filiofamiliâs iussu illius, qui eum habet in potestate. Vtilis verò datur quãdo quis cõtrahit cũ libero homine, iussu illius, cui bona fide seruit, secundum Ioan. Fab.

Causa istius actionis est obligatio, obligationis autẽ cau
4 sa cõtractus. Et nota† istas actiones quinq; nõ esse propriè actiones per se, sed adiectiones potiùs: vt si seruus emit iussu dñi, datur actio ex empto contra dominũ: quia ipse iussit, & sic de aliis. Et hæc actio est perpetua. l. Macedoniani. C. ad S.C. Maced. Idẽ dic de reliquis quatuor. Licet enim sint prætoriæ, nihilominus tñ sunt perpetuæ, & trãsitoriæ ad hæredes, si modò principalis actio, cui illæ cohærẽt, talis fuerit.

Hæ quinque actiones an sint propriè actiones.

DE EXERCITORIA.

1 *Actionis exercitoriæ definitio, definitionisq; expositio.*

1 ACtio exercitoria† datur in solidum contra dominum, qui cõsensit seruum suum, vel alienũ, magistrum naui præponi, ad hoc quòd cũ eo eius rei gratia, cui præpositus erat, cõtractum fuit. §. si igitur. versi. exercitoria, infrà quod cũ eo, qui in alie. potest. Et dicitur exercitoria, quia exercitor appellatur præponens, ad quem quotidianus quæstus nauis pertinet. Præpositus autẽ appellatur magister, cui gubernatio nauis permittitur. l. j. §. magistrum. ff. de exercito. actio. Dico, in solidũ, ad differentiã actionis de peculio, quæ tantùm datur cõtra dominũ ex cõtractu serui, quatenus est in peculio. Dico, cõtra dominũ: quia cum eo quis cõtraxisse videtur, qui cõtrahit cum eius præposito. l. j. in prin. ff. quod iussu. Dico, qui cõsensit: quia si tãtùm scit seruũ suum negotiari, nõ tamen cõsentit, non tenetur actione exercitoria in solidum, sed actione de peculio. Requiritur ergo expressus, vel tacitꝰ domini cõsensus. Tacitus, vt quia sciuit, & aliquid fecit, vnde eius cõsensus colligitur, puta ꝙ accipiebat merces. l. j. §. si is qui. in ver. sed si sciẽte. ff. eod. Et in hoc quoque differt ab actione de peculio, in qua nec consensus, nec scientia requiritur, vt suprà diximus. Dico, seruũ suũ vel alienũ, ad differẽtiã actionis, quod iussu, in qua quis tenetur tãtùm ex cõtractu serui ꝓprij. Dico, magistrũ naui præponi, iterũ ad differentiã actionis de peculio, quæ nõ datur ex certa negotiatione serui: hæc autẽ habet locũ, qñ quis certo generi nego

Actio exercitoria & cur sic dicta.

negotiationis præponitur. Dico eius rei gratia: si enim ex alia causa, quàm cui præpositus est, cõtraxerit, non tenetur dñs, licet teneatur ex eius delicto in naui cõmisso, quia vtitur opera malorũ hominum. d.l.j.§.magistrum. & ibi glo. in verb. detur actio. ff. eod. glo. in verb. eius rei. j. quod cum eo.

DE ACTIONE INSTITORIA.

1 *Actio institoria quæ sit, & vnde dicta.*

2 *Institor est, qui vniuersali negotiationi est præpositus, procurator verò qui vni certo negotio præest.*

Actio institoria † datur contrahentibus in solidum, cõtra eum, qui seruũ suum, vel aliũ quẽdam tabernæ vel negotiationi vniuersali propter quæstum præposuit, ad id, quod cũ eo eius rei causa, cui præpositus est, contractũ fuerit. Et appellatur institoria, quia qui negotiationibus prępõnuntur, institores dicuntur. §. si igitur. versi. institoria. j. quod cũ eo, &c. Dico, in solidũ, ad differentiã actionis de peculio, & tributoria, de qua infrà. Dico, seruũ suũ vel aliũ quẽdam: quia non attẽditur cõditio præpositi, vtrũ maior vel minor sit, liber vel seruus, masculus vel fœmina. l. sed & si qs. §. par ui. ff. de institor. actio. Si tamen institor fuit liber homo, tenetur & ipse ex suo cõtractu, non tantùm præponẽs. Dico, tabernæ, ad differentiã exercitoriæ actionis, quæ datur cõtra eũ, qui seruũ naui præposuit. Dico, vel alij negotiationi: quia nihil refert cuicũque negotiationis generi quis præpõnatur, & quocũque loco, siue certo, siue incerto, semper eñ institoria competet. l. cuiuscũque. §. ij. iij. & iiij. l. institor. ff. eo. Et si plures fuerint domini præponẽtes, quilibet tenetur in solidũ. Dico, vniuersali. Si † enim vni negotio tantũ esset præpositus, non diceretur institor, sed procurator ad negotia, & cõpeteret actio mãdati. l. cuicũque. §. Labeo. iuncta gl. ff. eo. Dico, propter quæstũ: quia requiritur ꝙ negotiatio sit quæstuosa ad aliquod lucrũ extrinsecus, scilicet quærẽdum. l. si cum villico. ff. eod. Ad exẽplum tamen institoris quoque obligatur dominus. l. in eũ. in prin. ff. eo. Quod dico, præposuit: tu simpliciter intellige, siue quia ipse præponat, vel præponit iure, vt per procuratorẽ, tutorẽ, &c. d. l. cuicũque. in fi. ff. eo. Dico, eius rei causa: si enim quis cum institore alterius causa, quàm cui præpositus est, contraheret, non obligaret dominium, vt diximus in actione proxima. Dico, contractũ fuerit: quia dominus indistinctè obligatur ex contractu in-

1 *Actio institoria, & cur sic dicta.*

2 *Discrimen institoris, & procuratoris.*

stitoris sui, ita quod cōueniri potest. Ipse tamen dominus præponens ex cōtractu institoris contra alium non potest agere, nisi institor sit eius seruus, vel si est liber homo, cedat ipsi præponenti actiones. Et ad hoc potest cōpelli actione mandati, vel negotiorum gestorum, vel nisi institor abfuerit, vel sine hærede moreretur: tunc enim in subsidium competeret domino actio. l. j. in fin. cum seq. & ibi Bart. ff. eod.

DE ACTIONE TRIBVTORIA.

1 *Actio tributoria quibus competat, & vnde sortita sit nomen.*

2 *Dominus quam habeat prærogatiuam in actione tributoria præ alijs creditoribus.*

Quibus cōpetat, & cur sic dicta.

1 Actio tributoria† datur illis, qui domino sciente, & non contradicēte, contraxerunt cum seruo in merce peculiari contra dominū, vt pro rato contribuat inter se & alios creditores, quod est in merce, vel inde receptum, & minus distributū est. Et dicitur tributoria, quia cuilibet ex creditoribus debet pars peculij de eo quod superest, tribui. Dico, domino sciēte, & nō cōtradicēte: quia si eo ignorāte seruus in merce peculiarij cōtraxit, non habet locū tributoria, sed actio de peculio. Et hoc casu dominus prius deduceret omne id, quod sibi debetur. l. iij. vers. quod si ipsum. ff. de trib. Itē detraheret si quid deberetur personis sibi subiectis, & de residuo quod superfuerit, satisfit creditoribus. l. j. in prin. ff. eo. hoc autem priuilegium non haberet, si ageretur tributoria: tum enim tanquā extraneus creditor venit in tributū, id est, diuisione illius mercis pariter cū alijs creditoribus. Et sic in actione tributoria dominus est paris cōditionis cū alijs creditoribus, nec habet aliquā prærogatiuā. d. l. j. & §. is quoque. §. quod cū eo &c. Hoc tamen † priuilegium habet dominus

Priuilegiū domini in hac actione præ alijs creditoribus.

2 præ alijs creditoribus, quod petit sibi debitū ex quacūque causa debeatur, tā ex persona sua, quā eius, qui in potestate constitutus est. Sed alij creditores petūt solū creditū contractū ex merce, nec præferūtur domino, vt prius eis soluatur, nisi receperint pignora: tū enim is qui pignus habet, domino præferri potest. l. procuratoris. §. sed est quæsitum. ff. eod. Et hoc verum est, quod is, qui pignus habet, aliis omnibus præferatur, etiā si res pignoratæ emptæ essent ex pecuniis aliorū creditorum. d. l. procuratoris. §. planè. Dico, merce peculiari: si enim ex merce dominica contraxisset seruus, competeret actio institoria & tributoria. l. sed & si pupillus. §. penult. ff.

de

de instit. act. Dico, cōtra dominū: quia requiritur ꝙ sit contractū per eū, qui est in potestate alterius verè, vel præsumptiuè, vt seruū propriū, vel alienū etiā, seu liberū hominem bona fide possess' is, seu eū, in quo quis habet vsufructum d.l.j.§.potestatis.ff.de trib.actio. Si autē nec verè, nec præsumptiuè in potestate fuerit, nō dat' hæc actio, sed vel exercitoria, si negotiatio naualis fuerit, vel actio institoria, &c. vt suprà dictū est. Dico, cōtribuat: quia ꝧ. dictū est hoc casu distribui inter creditores serui, quicquid extiterit de merce peculiari. Tenētur tñ creditores cauere, si post illā distributionem alij creditores posteà apparuerint, se remissuros tantū, ꝙ & illi possint habere suā partē. d.l. procuratoris.§. tributio. cū l. s. q. ff. eo. Alias differentias inter actiones, tributoriā, de peculio, exercitoriā, & institoriā, audiemus in textu, in §. cæterùm. infrà quod cū eo, qui in alie. potesta.

DE ACTIONE DE IN REM VERSO.

1 *Actio, de in rem verso, datur contra dominum, quatenus in rem eius versum est, quando seruus eius eo ignorante, siue etiam inuito contraxit.*

2 *Quid veniat in his quinque actionibus sub appellatione domini & serui.*

3 *In rem domini versum dicitur, quod in rem necessariam domini versum est.*

4 *Actiones, tributoria, & de in rem verso, nō dantur in solidum.*

5 *Actiones, illæ quinque, quæ in solidum dantur contra dominū ex contractu serui, quomodo debeant discerni.*

Actio de in rem verso † datur cōtra dominū, quatenus in rē eius versum est, quando seruus eo ignorante, siue etiam inuito cōtraxit. Quòd dico, † dominū: tu extende ad patrem. Omnia enim, quæ in his quinq; actionibus de seruis & dominis dicta sunt, extendi quoq; debēt ad filios, filias, nepotes & neptes, &c. qui in potestate patris vel aui sunt, & eis nescientibus, siue etiā inuitis, contraxerūt. Dico, quatenus in rē eius versum est. Primò ad differētiam actionis de peculio: in quo agitur cōtra dominū vel patrē, quatenus est in peculio. Deinde ad differentiā actionū ex iussu exercitoriæ, & institoriæ, quæ dantur cōtra dominū in solidum, hęc autē quatenus in rem eius versum est. Dicitur † autem id in rem eius versum esse, quod seruus, &c. cōuertit in rem necessariam domini: vt si acciperet pecuniam, mutuó

[Margin: 1 — 2 *Nomē domini, & serui, in his quinq; actionibus quid contineat.* — 3]

ad satisfaciendũ creditoribus domini.l.iij.§ in rem.ff. eod. vel vt domũ domini vrentẽ repararet,vel meliorẽ faceret. Secus si ornaret expẽsis voluptariis:vt picturis,&c. quia tũ non dicitur versum in rem domini,nisi ex mandato vel voluntate domini id fieret.Secundò differt ab exercitoria & institoria actione:quia illæ dantur, quando certum genus negotiationis est determinatum:hæc autẽ quando nullum est determinatũ.Dico,eo ignorante: iterũ ad differentiam actionũ quod iussu,exercitoriæ,& institoriæ,quæ s. dantur quando ex voluntate vel consensu domini contractum est in merce nauali,vel terrestri: hæc autem quando domino inuito vel ignorãte seruus cõtraxit,secundũ Io.de Plat.hîc Et regulariter toties actio de in rem verso dari potest,quoties procurator actionem mãdati,vel negotiorũ gestorum actionẽ haberet.d.l.iij.§.in rẽ verso.& regulariter.ff. eo. & de actionibus.Et nota † hîc obiter actionem tributoriam,

4 & de in rem verso,nõ dari in solidum, sed tributoriã dari ad distributionem,vt dictum est:de in rem verso verò quatenus est in rem domini versum.Ioan.de Plat.refert hîc distinct.Iac.Butri.ex qua breuibus potest † depræhẽdi differẽ

5 tia istarum quinq; actionum inter se,hoc modo: Aut cõtractus est celebratus per seruum super re dominica, vel paterna:& tunc aut fuit negotiatio naualis: & habet locũ exercitoriæ.Aut non fuit naualis:& datur institoria. Aut contractus celebratus est, non ex re domini vel patris, sed ex re peculiari:& tunc si seruus contraxit domino sciente, & iubente,datur actio quod iussu. Aut solùm domino sciente,nõ autem iubente:& habet locum actio tributoria. Aut contraxit domino ignorãte,vel inuito:& tunc, aut aliquid est versum in rem domini: & datur actio de in rem verso. Aut nihil est in rem eius versum:& datur actio de peculio.

Tributoria & de in rẽ verso in solidum non datur.

ACTIONES QVAE DANtur contra ipsum contrahentem.

1 *Continuatio sequentium cum præcedentibus.*

2 *Actiones quæ contra ipsum contrahentem dantur,sunt duplices,merè personales,& mistæ.*

3 *Actionum mistarum in tres species subdiuisio.*

4 *Actiones mistæ quid differant ab actionibus personalibus in rem scriptis.*

Dictum

DIctum est suprà† de actionibus personalibus, quæ dan 1
tur non tantũ cõtra ipsum contrahentẽ, verũ etiã con
tra eũ, qui habet contrahentẽ in potestate: nunc de illis di-
cemus, quæ cõtra ipsum cõtrahentẽ dantur: & illarũ† quæ
dam sunt merè personales, quædã verò mistæ. Actiones mi
stæ, de quibus hîc loquimur, sunt tã reales quã personales.
Sunt† autẽ triplices: Quædã enim mistæ dicũtur ideo, quia 2
sunt rei persecutoriæ, & pœnæ persecutoriæ simul, de qui- *Hæ mistæ*
bus in §. seq. hîc tit. nostr. de quibus ʃ. diximus. Quædã ve- *quotupli-*
rò mistæ dicuntur ideo, quia nõ potest discerni, vter in eis *ces.*
sit actor vel reus: & sunt tres actiones, familiæ erciscundæ
cõmuni diuidũdo, & finium regundorũ. Itẽ quod ad inter-
dicta, vt vti possidetis, & vtrobi. Quædã verò ideo dicũtur
mistæ, quia sunt tam reales quàm personales, vt prædictæ
tres actiones, secundũ Io. de Plat. & Ias. in §. quædã actio-
nes. hîc tit. nostr. Et illæ licet dicãtur mistæ, reales s. & per
sonales, hoc tamen tantũ debet intelligi cõsiderato fine &
effectu illarũ: de sui enim origine siue causa, sunt merè per
sonales: quia oriũtur ex quasi contractu. §. item si inter ali
quos. ʃ. de oblig. quæ ex quasi cõtractu nas. Differũt† itaq; 4
illæ tres actiones mistæ ab actionibus personalibus in rẽ *Discrimen*
scriptis, ꝙ illæ sunt personales origine, & tamẽ ex propria *harum mi*
ipsarum natura habent effectum actionũ realiũ. Actiones *starũ à per*
autem personales in rem scriptæ sunt cõtinuè personales, *sonalibus*
id est tam origine quã fine, & tamen ex quadam æquitate *in rem scri*
& non ex propria ipsarum natura cõceduntur cõtra quos- *ptis.*
cunq; possessores: vt potest deprehendi ex actione ad exhi
bendum. Alias differentias vide apud Iason. in d. §. quędam
actiones. Dixi autẽ, actiones mistas esse tres, familiæ ercis
cundæ, communi diuidundo, & finium regundorum.

DE ACTIONE FAMILIÆ Erciscundæ.

1 *Actio familiæ erciscundæ quæ sit, & quare sic dicta.*
2 *Actio familiæ erciscundæ quid differat ab actione communi diuidundo.*
3 *Quæ res diuidi non possint.*

ACtio familiæ† erciscundæ datur contra hæredem, qui 1
sine iusta causa cohæredi negat diuisionẽ rerum hære *Hæc actio*
ditariarũ de sui natura diuisibilium, quas pro indiuiso possi *quæ sit, &*
det, vt diuidat, præstetq; interesse: vt colligitur ex l. ij. ff. eo. *cur sic di-* *cta.*

Et dicit familiæ erciſcundæ.i.hæreditatis diuidēdæ. Familia enim hæreditatē ſignificat.§.acceſsit.iūcta gl.in ver.familiæ.ſ.de teſt.& erciſco,ſignificat diuido. Dico,cōtra hęredē:quia hæc actio non habet locū niſi inter heredes.interdū tamē datur quoq; cōtra eū,qui nō eſt hæres, vt ſi pater habēs duos filios vnū inſtituat hæredē in modica quātitate,& alteri faciat inofficioſam donationē, vltra dodrātē etiā.i.nouem vncias,vel partes hæreditatis,is,qui hæres inſtitutus eſt,poteſt actione familiæ erciſcūdę cōtra fratrē ſuū donatariū ad diuiſionē & ſupplementū legitimę agere.l.uj.ff.de inoffi.don.Deinde datur quoq; cōtra eū,cui cohæres vēdidit ſuā partē.l.hæredes.§.ſi teſtatori.ff.eo.licet non detur cōtra titulo poſsidentē,ad ſimilitudinē petitionis hæreditatis.Dico,ſine iuſta cauſa:quia ſi hæres iuſtè recuſaret diuiſionē,vt quia lapſi eſſent xxx.anni, & præſcriptū eſſet, hæc actio nō cōpeteret,ſecundū gl.in d.§ quædā actiones. in verb.familiæ.Dico,cohæredi: quia hæc actio non datur niſi inter cohæredes,vel eos,inter quos dolo factū eſt quò minus ſint cohæredes,vt iā dixi de inofficioſa donatione. Ante omnia aūt iudex inquirere debet,an ſint cohæredes, alioqui ceſſat hæc actio.d.l.j.in fi.ff.cod.Dico,ad diuiſionē rerū hæreditariarū,ad differentiā actionis cōmuni diuidūdo,quæ cōpetit etiā pro diuidēdis aliis rebus cōmunibus

2 particularibus.l.quib⁹.ff. pro ſocio. Et ſic†differūt familiæ erciſcundæ,& cōmuni diuidūdo, ꝙ illa datur pro vniuerſitate,& ſic hæreditate,hæc autē pro ſingulis rebus diuidendis.Itē illa tantū ſemel cōpetit,hæc aūt ſæpius.Dico, de ſui natura diuiſibiliū:vt primò ſunt res corporales,quæ cōmodam recipiūt diuiſionē,vt domus,numerata pecunia, ſupellex.

Familiæ erciſc.& cōmuni diuidundo differentia.

3 Si autē†res corporalis diuidi nō poteſt,vt quia eſt ſpecies certa,puta equus,bos, &c. adiudicatur tota res vni,qui grauatur in dāda pecunia alteri , vt fiat æqualitas.§.quædā actiones.cū ſimil.hīc tit.noſtro.§.ſi familiæ.ſ.de offi.iudic. Idē dic de nominibus debitorum,quæ quoq; nō veniunt in actione familiæ erciſcundæ,quia lex xij. Tab.alioqui fecit diuiſionē,ꝙ ſ.quilibet hæredū ꝓ ſua portione habeat actiones hęreditarias,actiuas,&paſsiuas.l.ea quæ.C.eo.Idē quoque iuris eſt in aliis rebus incorporalibus , vt ſeruitutibus, quæ ſui natura ſunt indiuiduę.l.ſtipulationes nō diuidūtur. in prin.ff.de ver.obl.excepto vſufructu,qui diuiduus eſt,& venis

Si res ſit ſpecies quæ diuidi non poſſit quid iuris.

venit in iudicio familiæ erciscũdæ.l.sed & si vsucap.§. vsusfructus.cum legibus seq.ff.eod.Dico, pro indiuiduo, possident.Si enim à testatore,vel partibus, facta esset diuisio, nõ haberet amplius locum diuisio in iudicio,sed stãdũ esset diuisioni testatoris,vel partiũ.l.j.ff.eod.Dico,prætereà interesse:quia in hac actione veniũt quoque fructus.l.inter cohæredes.§.fructus.ff.eod.Item sumptus bona fide facti.l.iiij.§.planæ.iuncta l.seq.ff.communi diuidundo.l.his consequenter.§.sumptum.ff.eo.Item veniunt damna data ab vno hærede.l.& puto.§.sed & si dolo.cum l.seq.ff.eo. Est autem duplex,directa,& vtilis.Directa datur hæredib⁹ de iure ciuili. Vtilis verò datur bonorum possessoribus de iure prætorio, & quoque illis,quibus hæreditas restituitur ex S.C.Treb.vt fideicommissariis hæredibus.l.sed & eius.ff.eo.

Causa istius actionis est obligatio,obligationis aũt illius cã est quasi cõtract⁹,hæredes enim inter se quasi cõtraxisse videntur.§.itẽ si inter aliquos.sup.de obl.quę ex quasi cõtra.

DE ACTIONE COMMVni diuidundo.

1 *Actio communi diuidundo quibus, & quando præstetur.*
2 *Nemo inuitus in communione materia cogi potest.*
3 *Res dupliciter fiũt cõmunes, ex societate scilicet, & legato.*
4 *Actio communi diuidundo quot, & quibus modis differat ab actione familiæ erciscundæ, & actione pro socio. & nu.5.*
6 *Actio communi diuidundo duplex est; directa & vtilis.*

Actio†cõmuni diuidũdo inter eos, qui res corporales particulares, de sui natura diuisibiles ex aliqua causa habent cõmunes,& pro indiuiso possident, datur ad diuisionẽ,personalesque præstationes. Dico,res particulares,ad differẽtiam actionis familiæ erciscũdę,in qua agitur ad diuisionẽ rerũ vniuersaliũ,vt sup.diximus.Dico,corporales:q͂a iura incorporalia,vt seruitutes,in hac actione nõ veniũt, vt l.arbor.§.aquarũ.ff.cõ.diui.& in hoc conuenit cũ fam.ercis. Tu vide quæ dixi circa ꝓximã actionẽ.Dico,de sui natura diuisibiles:si eñ res diuidi non potest, adiudicat index vni totã rẽ,alteri pretiũ suæ partis.l.ad officium.§.cùm autem.C.eo Dico, ex aliqua causa:quia si reus solus possidet rem cõem, nec vult diuidere,tenetur actor exprimere causam cõionis. Est enim hæc actio quasi quædã rei vendicatio,& competit omnibus casibus,in quibus rei vendicatio locũ habet, non 1 *Quibus & quãdo competit.*

tam

tamē ecōtra. Si autē vterq; possidet, nō est necessaria causæ cōmunis expresśio, sed sufficit expresśio voluntatis volēti
2 in cōmunione perseuerare. Nemo enim†inuitus in cōmunione manere cogi pōt. l. fi. cū simili. C. eo. exceptis tamen quibusdā casibus, quos vide in gl. d. l. fi. C. eod. Dico, cōmunis simpliciter: qa nihil refert ex qua causa res cōmunis sit an cum societate, vel sine societate: vtroq; enim casu actio cōmuni diuidundo datur. Ex†societate autē dicitur cōmunis, quando ea duo pariter eandē rem emūt: sine societate verò quādo eadē res duob⁹ legata essēt. l. ij. ff. eo. Dico, pro indiuiso: quia si extra iudiciū diuisæ essent, nō haberet locū hæc actio. In certis autē casib⁹ præsumitur facta diuisio, vt si duo fratres tenuerūt bona tāquā diuisa, pro quibus quilibet p se soluit collectas & onera, præsumitur factā diuisio. gl. in l. si maior. C. eod. Dico, posśident: quia ad hoc vt hæc actio cōpetat, sufficit posseśsio rei cōmunis, mediāte tamē aliquo iure reali. Hinc est, ꝙ si duo fuerint in posseśsione rei ex causa pignoris conuentionalis vel prætorij, posśunt inter se diuidere res cōmunes oppignoratas, saluo tamen iure debitorū. l. cōmuni diuidundo. §. inter eos. ff. eod. Duo autē bonæ fidei possessores sine iure reali non diuidūt, secundū Io. de Pla. Dico, ad personales præstationes: quia in hac actione veniūt sumptus facti fructus. Item negās diuisionē tenetur, si res cōmunis eius culpa vel dolo facta est deterior. l. si maior. §. idē eorū. C. eo. Et in hoc cōuenit cum actione familiæ erciscūdæ, conuenit quoq; cum ea quo ad præscriptionē, &c. sed de ea sunt opiniones variæ. Sūt autē
4 multæ†aliæ differentiæ inter actionē familiæ erciscūdæ, & cōmuni diuidundo. Primò, quòd illa detur tantùm hæredi, hæc autē consortibus alicuius rei ex quacunq; causa sit cōmunio. Secūdò, illa datur pro rebus vniuersalibus, hæc autē pro particularibus. Tertiò illa tātùm semel regulariter intentatur, hæc autē sæpius. Quartò ex illa veniunt etiā res depositæ, cōmodatæ, & similes, licet nō sint hæreditariæ, in hac autē non. Quintò, illa datur etiā nō posśidenti, hæc autem regulariter tantū datur posśidēti. Sextò, in illa statim mota lite prohibetur alienatio rerum, in hac autē non nisi post litē contestatā. Deinde†differt quoq; ab actione pro
5 socio. Primò ꝙ actio pro socio non datur, nisi præcesserit tacita vel expressa conuētio societatis. l. vt si pro socio. cum

Nemo cogitur inuitus in communione manere.

In quibus differat ab actione familiæ ercisc.

duæ

duabus legibus sequentib.ff.pro socio, Actio autem cõmuni diuidundo datur, etiã si ex incidenti res fiat cõmunis. d.l.ij. ff.eo. Secũdò actio pro socio nõ semper datur ad diuidendũ sed quandoq; ad cõmunicandũ.l.societatẽ.ff.pro socio.com muni verò diuidundo simpliciter datur ad diuidendũ. Cõue niunt tamen quo ad personales præstationes,&c. Vide Ioã. de Pla. Est †autẽ duplex hæc actio, directa, & vtilis, Directa 6 datur illis, qui habent alicuius rei corporalis dominiũ directũ, d.l.per hoc.ff.eo. Vtilis verò datur illis, qui habent vtile dominiũ, vel quasi domin.ũ, vide Azo, in summa sua. C.eod. *Est duplex.*

Causa istius actionis est obligatio, obligationis autem causa est quasi contractus.

DE ACTIONE FINIVM regundorum.

1 *Actio finium regũdorũ quid sit, & quib. dari soleat. & nu. 2.*
3 *Termini quibus rationibus probentur.*
4 *Euellens terminos criminaliter punitur.*
5 *Limites iurisdictionum qui esse soleant.*
6 *Quæ sit differentia inter actionem regundorum finium & communi diuidundo.*

Actio finium †regundorum datur illis, qui habent prædia rustica confinia contra vicinum possessorẽ, ad constitutionem nouorum terminorum, vel restitutionem antiquorum, & ad præstandum interesse. Dico illis, qui habent prædia, quia †hæc actio primũ datur dominis prædiorum directis & vtilibus: deinde datur quoq; emphyteutæ, vsufructuario, proprietario, creditoribus pignorum, & similibus.l. iiij.§.finiũ.ff.eo. Dico, prædia rustica, ad differentiã prædiorum vrbanorum, quæ non sunt confinia, sed vicina, & communibus parietibus plerunque disterminãtur, nec competit hæc actio.d.l.iiij.§.hoc iudiciũ.ff.eo. nisi ædificium esset loco termini, quia tũc idẽ iudicatur de ædificio, quod de termino, & habet locum directa actio, scilicet finiũ regundorum.l.ij.ff.eo, Dico, confinia, iterũ ad differentiam prædiorũ vrbanorum, quæ nõ dicũtur cõfinia, sed vicina.d.l.iiij.§. hoc iudicium.ff.eo, Dico, ad constitutionem nouorum terminorũ: quia si prædia terminis distincta non fuerint, accedat iudex personaliter, vt res demonstretur: & tunc sumptibus partiũ per agri mensorẽ diuidat: terminosq; secundum illius declarationem ponat.l.si irruptione.cum similib.ff.eo. 1 2 *Quibus, & contra quos competat.*

Iudex

Iudex autē debet ſequi antiquos terminos, niſi noui apparuerint legitimè cōſtituti.l.in finalibus.cū ſim.ff.e.Et ſuper
3 †his admittitur probatio per libros antiquos, teſtes ſeniores & quoq; famá,vt notatur in c.cùm cauſam,extrà de pb. Vbi autē eſſet obſcuritas,& commodè terminari nō poſſet ſecūdū antiquos terminos, poteſt iudex ex prædio alterius alteri adiudicare,eū dánando in pecuniā dandā ei, cui pars prædij ablata eſt.l.ij.in fi.iuncta l.ſeq.ff.eo. In his tamen iudiciis finalibus per inſpectionē oculorū terminādis nō requiritur ſolénitas ordinis iudiciarij:pōt enim procedi ſine libello,& ſine litis cōteſtatione,altera parte ceſsāte, vel abſente.l.iij.C.eo.Dico,ad reſtitutionē antiquorū:quia ſi ter-
4 mini euulſi fuerint,agi pōt ad reſtitutionē. Euellens†autem criminaliter puniri pōt.l.iiij.§ ſi dicatur.ff.eo. Et competit hæc actio nō tantū pro rebus incorporalibus,verū etiā pro iuribus incorporalibus,cuiuſmodi ſunt iuriſdictiōes.c.ſuper eo.extrà,de patro.Poſſunt enim domini hac actione agere, vt ponātur limites,& ſeparentur territoria, etiā inuitis illis qui prædia poſſident.Regulariter†tamen iuriſdictionū limi
5 tes ſolent eſſe flumina,mōtes,paludes,vel etiā certæ arbores ibi natæ,quæ ſolent cōmunes eſſe,id eſt,vtriuſq;.Et huiuſmodi limites iuriſdictionū prouinciarum,diœceſum,parochiarū,&c.non præſcribūtur etiā longiſſimo tempore , ſi modò poſſunt probari per antiquos libros , teſtes ſeniores, famam,vel alia adminicula.d.c.cùm cauſam.extrà de prob. Alioqui tamē præſcribuntur alij fines ſpatio xxx. annorum. l.fin.ff.eo.De maleficiis autē in medio duorum confinium, commiſſis,dic quòd is præfertur , corā quo lis conteſtatur ſeu qui primò præuenit.de quo vide Io. de Pla.hîc.Dico,ad præſtādum intereſſe:quia in hac actione etiā ratio habetur illi' quod intereſt,ideoq; ſi quis aliquā vtilitatē ex eo loco perceperit,quē vicini eſſe apparet,conueniri pōt.Poſt litem conteſtatā fructus quoq; veniunt,ante litis autē cōteſtationē fructus percepti nō veniunt,ſi modò bona fide percepti & conſumpti fuerint:ſi autem mala fide perceperit, condici
4 poterūt.l.iiij.§.in iudicio.cum §.ſeq.ff.eo.†Differt autem hæc actio ab actione cōi diuidundo,quòd in cōmuni diuidundo cauſa poſſeſſionis & proprietatis regulariter nō cumulantur,in finiū autē regundorū actione iudex ſuper finibus aditus cognoſcit de omnibus:primò de cauſa poſſeſſionis

Probatio terminorū.

Quid differat à cōmuni diuidundo.

nis,secúdò de causa proprietatis,& deinde per se vel p agri mensoré expensis partiũ litem terminabit, fines diuisorios apponẽdo.l.si qs super iuris.C.eo.Causa istius actionis est obligatio,obligationis aũt illius causa est quasi contractus.

De actionibus merè personalibus.

1 *Actiones merè personales quomodo diuidantur.*

ACtiones autem †merè personales, quæ dantur contra ipsum contrahentẽ,sunt duplices:quædã dantur in solidũ,quædam verò in quantũ reus facere potest. Posteriores suntquinq;.Prima actio de dote,qua mulier agit contra maritũ.Secũda,si qs egerit cũ parẽte vel patrono suo. Tertia, actio pro socio.Quarta,si quis cõuenitur ex donatione sua. Quinta,quãdo agũt creditores contra eũ,qui cessit bonis. 1 *Actionũ personaliũ diuisio.*

DE ACTIONE DE DOTE.

1 *Duæ olim erant actiones de dote,actio rei vxoriæ, & actio ex stipulatu.*

2 *Priuilegia quæ mulieribus competant in dote.*

3 *Actio ex stipulatu quæ hic dicatur.*

4 *Dos constituta in pecunia numerata,vel rebus mobilibus, repetenda est primùm post annum,si verò in immobilibus, statim debet reddi.*

5 *Deductio à dote,quãtũ fieri poßit,quando & quomodo fiat.*

6 *In deductione,quantum fieri poßit duo sunt obseruanda, quantitas temporis & quantitas rei.*

7 *Deductio in quibus casibus cesset.*

CIrca actionẽ †de dote notabis quod olim fuerunt duæ actiones,quæ cõpetebant pro dote, actio rei vxoriæ, & actio ex stipulatu.§.fuerat.j.eo.Hodie autem actio rei vxoriæ transfusa est in actionẽ ex stipulatu cũ omnibus suis qualitatibus,qua petitur & repetitᶜ dos.Et priusquã ad istius actionis definitionẽ pueniamus,de eius priuilegiis pauca dicemus.Et primò †quod datur actio ex stipulatu, siue dos sit certa siue incerta,item siue sit per stipulationem promissa, siue sit simpliciter,siue etiã omnino nõ pmissa:fingit enim ius stipulationẽ interuenisse,etiã si nulla interuenerit.Retinet quoq; hæc actio naturã actionis rei vxoriæ, in cuius locũ surrogata est,ideoq; cẽsetur inter actiones bonæ fidei licet alioqui sit stricti iuris.d.§.fuerat.nisi extraneᵘ dederit dotẽ, & stipuletur eam sibi reddi:tũ enim esset stricti iuris, secun
1 *Duæ olim actiones de dote.*
2 *Priuilegia actionis de dote.*

secundũ Ias.in d.§.fuerat.Secũdò,habet mulier tacitã hypothecã in rebus mariti pro dote sua,& econtrà,maritus in rebus vxoris.Et hoc adeò verũ est,ꝙ etiã procedat, si res dotalis fuerit euicta,per tex.in l.vnica.§.j.in ver.vel rebus dotalibus euictis.& ibi Bar.C. de rei vxo.act.Idẽ quoque iuris est in donatione propter nuptias,& in bonis paraphernali. per tex.in l.vbi adhuc.in princ.C.de iure do.gl.super rub.de pact.conuen.Et hoc priuilegiũ nõ competit ipsi mulieri,sed actioni ex stipulatu,id est,nõ est ꝑsonale priuilegiũ, ideoq; transit ad quẽcunq; mulieris successorẽ in dote. Tertiò, habet mulier priuilegiũ prælationis,ꝗ.s.præfertur omnibus aliis creditoribus mariti.d.§.fuerat.& l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab.Hoc autem verum est de illis creditoribus, qui aut nullã omnino aut tãtũ tacitã hypothecã in bonis haberent secus autẽ in his,qui habent expressam hypothecã & priorem,secundũ doct.in d.l.assiduis. Item procedit hoc priuilegiũ si dos fuerit actualiter numerata : secus si tãtũ in instrumento aliquo per maritũ cõfessata,secundum gl.& Doct.in d.l.assiduis. Et hoc priuilegiũ est personale,competit enim ipsi mulieri,& non actioni,ideoq; ad nullũ aliũ successorem transit,exceptis descendentibus,secundũ Bart.in l.j.in j.col. ff.sol.matr.Nec amittunt mulieres hæc priuilegia per transitũ ad secundas nuptias,secũdũ Bart.in l.nupta.ff.sol.mat.

Quos creditores mulier antecedat.

3 Est autem actio † ex stipulatu, de qua hîc loquimur,qua vxor repetit dotẽ à marito, vel eius hæredibus soluto matrimonio,& condemnatur maritus in quantũ facere potest. Dico,de qua hîc loquimur : quia alioqui actio ex stipulatu, quæ oritur ex verborum obligatione,est stricti iuris:hęc autem,quia surrogata est in locum actionis rei vxoriæ,est bonæ fidei.d.§.fuerat.j.eod. Et hoc verũ,si ipsa mulier repetit dotem.Secus si extraneus quidam dedisset dotẽ pro muliere,& stipulatus fuisset eam sibi reddi:ex hac stipulatione oriretur actio ex stipulatu,quæ est stricti iuris. Dico,simpliciter,qua repetit dotem:quia si dos †fuerit in pecunia numerata vel rebus mobilibus,repetitur post annum, & non ante.l.j.§.exactio.C.de rei vxo.acti. Et interim mulier alenda est ab hæredibus mariti,si non habet vnde viuat,glo.in d.§. exactio.in verb.restituẽdis.& ibi Docto.nisi hæredes essent parati statim restituere dotem, quia hoc tempus indultum est in fauorem hæredum.l.si ita relictum.§.Pegasus. ff. de

Quomodo hic vsurpetur.

4 *Quando repetatur dos mobilis & quando immobilis.*

de leg.ii.Secũdò nisi cõuolauerit ad secundas nuptias; alioqui si hæredes post annũ interpellati, different solutionem, propter morã posset peti interesse.Si verò dos fuerit in rebus immobilib⁹,vt prædiis,& statim debet reddi.§.exactio. Dico eius hæredibus:quia actio ex stipulatu, qua dos repeti tur,est trãsitoria ad hæredes. Quod autem†ad deductionẽ, in quantũ scilicet,facere potest,attinet,distingue. Aut extãt liberi cõmunes mariti & vxoris:& illi quoq; in tantum cõdẽnãtur,in quantũ scilicet facere possunt. Aut extant alij hæredes:& non fit illa deductio.l.maritũ.cũ gl.ibi, sed hoc hæredi.ff.solu.mat. Dico,in quantũ facere potest:quia in illa cõdemnatione deduci debet,ne egeat maritus.In qua†re con siderãda sunt duo,quantitas tẽporis,& quãtitas rei.In quãtitate rei inspiciũtur facultates,& cõditio personæ mariti. Si enim maritus artificio suo quid poterit acquirere, fit deductio operarũ suarũ.gl.fi.in l.si maritus in id.ff.sol.mat. Circa quãtitatem tẽporis debet attẽdi, cuius ætatis sit maritus,vt scilicet deductio non tantùm fiat pro vno anno.Cessat†autẽm hæc deductio primùm, si maritus fuit in dolo, vel lata culpa.Secũdò,quando vxor quoq; esset pauper, & nihil haberet præter illam dotem quę tota esset necessaria ad ipsius sustentationẽ.Tertiò,quando res dotalis extat:in istis enim casibus condemnatur maritus in solidum.Vide Iaso.in §.itẽ si de dote.infrà eod.Impensæ autẽ ad perpetuam rei vtilitatẽ factæ ipso iure minuunt dotem:secus autem in aliis, quæ fiunt ad custodiam, computantur enim illæ inter fructus.l. penult.& vlti.ff.de impen.in rebus dotal.factis. Causa istius actionis est stipulatio,vera vel ficta.Ius enim fingit stipulationem interuenisse,licet non interuenerit.

5 Deductio in quãtum facere potest.

6 Quæ in hac deductione sint consideranda.

7 Quãdo cesset hæc deductio.

Impensæ quæ minuãt dotẽ.

ACTIO QVANDO FILIVS agit contra patrem.

1 *Pater conuentus à filio,vel patronus à liberto, & econtra,tenetur in quantum facere potest.*

2 *Quotiescunque reus ab actore ali debet, deducitur in quantum facere potest.*

SEcunda Actio†quæ datur in quãtum reus facere potest, & quando filius agit contra patrem, vel libertus contra patronũ.Et hæc actio non est propriè actio per se,sed quædam adiectio actionũ. Qualicũque enim actione filius, vel libertus vel patrem,vel patronum conueniret,habent ipsi

1 Quãdo habeat hæc actio locũ.

hoc beneficium, quod deducitur ne egeant. Quod autem hîc dico contra patrem, tu intellige de parẽtibus vtriusque sexus vsq; in infinitũ: vt notatur in l. patronus. ff. de re iudi. Ratio autem istius actionis est primùm, reuerẽtia paterna. Secundò, illa exceptio, dolo petis, quod statim restituturus es. Est enim regula, ꝙ filius tenetur alere patrem egẽtem. l. si quis à liberis. §. vel si parẽs. ff. de libe. agno. Si itaque pater non esset soluendo, & tamen filius exegerit ab eo solidum, ita quòd pater ageret et postea, teneretur filius eum alere, & sic restituere quod exegisset. Reppellitur ergo primùm per illã exceptionẽ, dolo facis, quia petis quod es restituturus. Et ex hac ratione habes quòd idem iuris sit, si pater ageret contra filiũ suũ, siue filius sit in potestate, siue emancipatus: tenetur enim pater filios egentes alere. d. l. si quis à liberis. Secũdò, si frater conueniat fratrem, quia frater maximè vtrinque coniũctus, tenetur fratrem alere, qui eget. Ita tenet glo. i. in l. j. & ibi Doct. C. de alend. libe. Et Ioan. Fab. in §. sed & si quis. infrà de actio. Tertiò, si ecclesia cõuenit patronũ: quia egẽtem patronum tenetur alere. c. quicũque fidelium. xvi. q. vii. Idem dicũt de vasallo & domino. Et breuiter †cõ-cluditur, quòd quotiescunque reus ab actore ali debet si e-guerit, toties habet locum illa deductio, in quantum scilicet facere potest. Quod autẽ dictum est de patrono, tu quoque intellige de parentibus & liberis patroni. l. patronus. ff. de re iud. Prædicta tamen omnia vera sunt, nisi is, qui voluerit vti illo priuilegio, fuerit ingratus. l. fi. C. de alend. liber.

Genera 2 lis regula de deductione in quãtũ fac. potest.

DE ACTIONE PRO SOCIO.

1 *Actio pro socio quando habeat locum.*

TErtia actio, quæ nõ datur in solidũ, sed in quantũ reus facere potest, est actio pro socio. §. sed & si quis. j. eod. & l. sunt qui in id. cum simi. ff. de re iud. Quid autẽ sit societas, & actio pro socio: suprà de societate dictũ est partim, & infrà latiùs dicetur de cõtractib' bonæ fidei. Hæc autẽ †de-
1 ductio primùm habet locũ, siue sint socii omniũ bonorum, siue vnius negotiationis tantùm. l. verũ. in prin. ff. pro socio. Secundò, siue socius agat actione pro socio, siue alia quacunque actione, dum tamen occasione societatis orta sit actio, secundum omnes Doct. in d. §. sed & si quis. Et extẽdunt doctores illam actionẽ quòd procedat, etiam si duo, aut plures studiosi habitauerint in eiũdẽ ædibus, & vnus esset debitor alte

Deductio in hac actione quã do habeat locum.

alterius occasione illius societatis, quoque deductio locū habeat, & cōueniri non possit, nisi in quātum facere possit.

ACTIO QVANDO QVIS EX donatione sua conuenitur.

1 *Donator conuentus à donatario, tenetur in quantum facere potest.*

2 *Donatio ob causam propriè non est liberalitas, sed potius permutatio.*

QVarta actio,† quæ datur in quātū reus facere potest, 1 habet locū, quādo quis ex donatione sua inter viuos pura & simplici conuenitur. §. sed & si quis. hîc tit. nost. l. inter eos. §. is quoque. & l. exhæredatum. ff. de re iudic. Dico, ex donatione sua: quia si quis conuenitur ex donatione alterius, vt filius ex donatione patris, non habet locum hoc beneficium, sed tenetur in solidum: non enim trāsit hoc beneficium ad hæredes. l. & si fideiussor. §. si maritus. cum l. seq. ff. de re iudic. Sicut quoque alius hæres propter ingratitudinem donatarij erga donatorem, ipsam donationem reuocare non potest, licet ipse donator reuocare potuisset. l. fin. C. de reuo. dona. Dico, inter viuos: quia in donatione causa mortis non est necesse vti illo beneficio, quia donator conueniri non potest; habetur enim illa donatio pro vltima volūtate, quæ est ambulatoria vsque ad mortem. l. mortis causa donatio. cum multis simili. ff. de donat. cau. mort. Dico, pura & simplici, quia hoc beneficiū non habet locum in donatione ob causam. Est enim ratio illius actionis, ne donator ex sua liberalitate inops factus periclitetur. l. ne liberalitate. ff. de re iud. Et donatio† ob causam non est pro- 2 priè liberalitas. l. j. & ibi glo. & Barto. ff. de dona. Vnde quod ob causam donatur, est potius permutatio, quàm donatio. l. sed & si lege. §. consuluit. in fi. de pet. hære. Et nemo potest dicere, quòd in permutatione habeat locū hoc beneficium, in quantum facere potest. Tu autem distingue secūdum Io. Fab. & Ias. Quādoque datur ob causam concernētem fauorem eius à quo datur, vt do tibi centum aureos, vt instituas filium meum: & hæc donatio est quasi quędam permutatio, nec habet locum hoc beneficiū. Quandoque verò datur ob causam respicientē solū fauorem recipientis, & non dantis. Exemplum: Do tibi decem aureos, vt tibi emas ius ciuile: & tunc, quia est mera liberalitas, habet locū hoc beneficium.

Donator conuentus habet donationē in quātū fac. potest.

Donatio ob causam non est propriè liberalitas.

ACTIO QVANDO CREDITORES agunt contra eum, qui cessit bonis.

1 *Debitor, qui cessit bonis, conuentus à prioribus creditoribus tenetur in quantum facere potest.*
2 *Alienans & dissipans bona sua in fraudem creditorum quomodo conueniatur.*
3 *Debitores quando dicantur in mala fide esse.*
4 *Cessio bonorum non tollit obligationem, sed parit tantùm exceptionem.*

Quādo locum habeat. 1 QVinta actio †habet locum, quādo priores creditores post debiti liquidationē cōtra eum, qui propter debitum pecuniarium ciuile bona fide cessit bonis, & post cessionem peruenit ad pinguiorē fortunā in quātum facere potest, agunt. §. fina. hîc tit. nostro. l. iiij. ff. de cess. bonor. Dico in definitione, priores creditores: quia cedens bonis habet hoc beneficium tantùm, si ab illis creditoribus conuenitur, quibus ante cessionē obligatus erat. Creditores enim post cessionē agunt contra eum in solidum, vt colligitur ex l. iij. C. de bo. auth. iud. possid. Et sic cessat illa communis regula, quòd priores creditores præferuntur posterioribus. l. licet. C. qui pot. in pig. hab. Dico, post debiti liquidationem: quia in cessione bonorum requiritur quòd priùs agnoscat debitum, & confiteatur vel in iudicio vel extra: quod etiā potest fieri per epistolam vel nuntium. l. pen. & vlti. ff. de cess. bon. De iure tamen C. sola professio voluntatis de cessione sufficit. l. in omni. C. qui bon. ced. poss. Dico, contra eum: quia hoc beneficium cessionis datur tātùm ipsi debitori, non autem eius fideiussoribus: quia qui alios pro debito obligat, hoc maximè prospicit, vt cùm facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab his, quos pro eo obligauit, ius suū consequi. §. fi. de repli. Dico, propter debitū pecuniarium; quia si quis esset obligatus ad factum, non liberaretur cedendo bonis, quādiu corporis habilitas ad faciēdum extiterit, secundum Doct. in d. §. fin. hîc tit. nost. Dico, debitū ciuile; propterea quod in delictis cessio bonorū non liberat delinquētem, etiam si ciuiliter agatur ex crimine. Hinc est, quòd si actio iniuriarū fuerit ciuiliter intentata, & reus condemnatus in summā pecuniæ, cessio quoq; nō liberaret, vtcūque reus nō sit soluendo: quia pœna pecuniaria vertitur in pœnā corporalē, iuxta illud, Qui nō habet in ære, luat in corpore. l. j. in fi. ff. de pœnis,

Requisitū in cessione bonorum.

nis. Dico, bona fide: nã si † quis in fraudem creditorũ bona 2
sua alienasset vel dissipasset, ne inueniatur soluendo, non prodest ei cessio, sed cõuenitur in solidũ: & si solidũ soluere non potest, detruditur in carcerẽ expensis creditorum, qui tenentur ei suppeditare alimẽta, secundũ Doc. in d. §. fi. hîc tit. nostro. Deinde † si occultat bona sua, nec indicat credi- 3
toribus vel iudici, quoq; est in mala fide, nec prodest ei cessio, secundũ Bart. in l. penult. ff. de cess. bonorũ. Conceditur enim hoc beneficiũ propter impotentiã soluendi, quando scilicet creditores instãt vt detrudatur in carcerẽ. l. j. cũ ibi nota. C. qui bo. ced. poss. Postquàm autẽ bona indicauerit, & cedere paratus fuerit, habet locũ deductio, ne egeat: alimenta enim denegari nõ possunt, habita tamẽ ratione status debitoris vel cõditionis. l. qui bonis. ff. de cessio. bonorum. Tertiò, si tẽpore quo cõtraxit, sciebat se non esse soluendo, quoq; dicitur in mala fide, nec habet hoc beneficiũ locũ. l. pe. & ibi gl. in verb. insidiaretur. ff. de iure dot. Quartò dicitur in mala fide esse, qui spe cessionis cõtraxit secundum Doc. & præsertim Iaś. in §. fi. hîc titu. nostro. Dico, in quantùm facere potest: quia primus effectus cessionis est, ne debitor condẽnetur in solidũ, vt diximus. Secundus est, ne detrudatur in carcerẽ. d. l. j. C. qui bon. ced. poss. Si autẽ esset detrusus in carcerẽ, propter illã pœnã corporalẽ esset omnino liberatus à debito. Alioqui † per cessionem neque 4
ciuilis, neq; naturalis obligatio tollitur, sed tantùm exceptio paratur. Si tamen debitorem pœnituerit, poterit reuocare cessionem re integra, bonis scilicet à creditoribus nondum occupatis. l. quem pœnitet. ff. de cessio. bono.

Qui alienat in fraudem creditorũ, nõ potest cedere bonis.

Cur permittatur cessio bonorum.

Effectus cessionis.

Cessio an tollat obligationẽ.

DE ACTIONIBVS, QVÆ dantur in solidum contra ipsum contrahentem.

1 *Actiones bonæ fidei quæ sint, & quare sic dicantur.*

2 *Actiones stricti iuris dicuntur, in quibus nihil venit, nisi de quo expressè actum est.*

3 *Actiones bonæ fidei, & stricti iuris quid inter se differant.*

4 *Actiones bonæ fidei quot sint & vnde oriantur.*

ACtiones autem, quæ dãtur in solidum, subdiuiduntur, Aut enim sunt bonæ fidei, aut stricti iuris. Bonæ fidei † dicuntur non ideo, quòd alij contractus hîc nõ numerati 1
sint malæ fidei, cùm in omnibus cõtractibus bona fides re-

Actiones bo. fid. & cur nomen hoc sortitæ sint.

quiratur.l.bonam fidē.C.de actio.& obli. Dicũtur itaq; bonæ fidei propterea, ꝙ in eis ex bono & æquo multa veniũt, de quibus nec actũ,nec cogitatũ est,& iudex suum officium latius extẽdit in eis ad ea,quę vidẽtur sibi bona & æqua.Vt si domus locatur,tenetur cõductor de omnibus ruptis & fra ctis in illa domo , etiã si de eis nihil est actũ in conuẽtione, secundũ gl.in §.actionũ autẽ.in ver.bonæ fidei.& ibi Doct. 2 ĩ.eo. Actiones†autẽ stricti Iuris dicuntur,in quibus tantùm id venit,de quo expreſsè actũ est.l.quicquid astringendæ.ff. 3 de ver.obli. Sunt autẽ†multæ differẽtiæ aliæ inter actiones bonæ fidei,& stricti iuris.Primò,si in cõtractibus bonę fidei quis restitueret mihi rẽ deterioratã,non liberatur à prima actione,sed ad huc agitur ad totã rẽ ꝓpter deterioratonẽ: quia res deteriorata reddita, nõ cẽsetur reddita.l.iij.§.si red dita.ff.cõmodati.In cõtractibus autẽ stricti iuris dãdo rem deterioratam liberatur à prima actione:agitur tamẽ cõtra eum propter deteriorationem,actione de dolo,vel in factũ. l.& elegãter.§.non solum de dolo. Secũdò,si dolus dat causam contractui bonæ fidei,contractus est ipso iure nullus.d. l.& eleganter.in princ.ff.de dolo. Contractus autem stricti iuris propter dolũ non sunt ipso iure nulli,sed rescinduntur per actionẽ,vel per exceptionẽ de dolo, vt colligitur ex d.l. & eleganter.§.non solum.ff.de dolo. Tertiò, in actionibus bonæ fidei veniunt vsuræ ex mora.l.in minorũ.C.in quibus cauſ.reſt.in integ.non est neceſ.In contractibus autẽ stricti iuris,scilicet in mutuo,nõ veniũt vsuræ,nisi per stipulationẽ sint promissæ.l.iij.C.de vsuris.l.quia tãtundẽ.ff.de neg.gest. Quartò, in cõtractibus bonæ fidei veniũt fructus ex mora. l.videamus.la ij.§.ex causa,cũ seq.ff.de vsuris.In cõtractibus autẽ stricti iuris distinguendũ est.Nã si peto rẽ,quæ aliquã do fuerit mea,tũc quoq; veniũt fructus ex mora. Si autẽ pe to eã,quæ primò non fuerit mea,nõ veniũt fructus,nisi post litis cõtestationem.d.l. videamus.§.si actionem. Quintò,in actionibus bonæ fidei iuratur in litẽ de actione.f.l.in actionibus.ff.de in lit.iuran. In actionibus autẽ stricti iuris non. Postremò in actionib⁹ bonæ fidei veniũt fructus iure actio nis,vsuræ verò officio iudicis secundum Iaſ.in d.§.actionũ. In actionibus autẽ stricti iuris fructus,vsuræ,& omnes aliæ accesſiones solum veniũt officio iudicis mercenario. Reliquas differentias vide in glo.d.§. actionum.in verbo bonæ fidei

Actiones stricti iuris, & bonæ fidei quomodo discrepent.

fidei.& ibi doctores omnes,hîc titulo nostro.

Actiones† autē bonæ fidei numerantur hîc in tex.XVII. 4
possunt autem ita facilè deprehendi: Tres oriuntur ex cō-
tractibus,qui re contrahuntur, vt commodati,depositi, &
pignoratitia.Sex ex cōtractibus,qui cōsensu cōtrahuntur,
vt actio ex empto,vēdito,locato,conducto, mandati, pro
socio.Quatuor ex quasi contractibus,vt negotiorū gesto-
rū,tutelæ,familiæ ercisc.cōmuni diuidundo. Duæ ex con-
tractibus innominatis,vt actio præscriptis verbis,quæ pro-
ponitur ex æstimato,vel permutatione. Postremò petitio
hæreditatis,& actio de dote.Text⁹ autē ita numerat actio
nes bonæ fidei hîc,ex empto, vendito, locato, conducto,
negotiorū gestorū,mandati,deposìti,pro socio,tutelæ, cō-
modati,pignoratitia,familiæ erciscūdæ,cōmuni diuidūdo,
præscriptis verbis,quæ scilicet de æstimato & permutatio
ne cōpetit,hæreditatis petitio,& actio de dote.His addunt
Doctores sex actiones contrarias.scilicet actionem nego-
tiorum gestorū,contrariam mandati, cōtrariam depositi,
tutelæ,commodati,& actionem pignoratitiam cōtrariam.
Nos hîc explicando sequímur ordinem textus. Quia autē
maiorem partem actionū bonæ fidei suprà explicauimus
illas hîc breuitatis causa intermittem⁹. Materia ex empto
& vendito tractata est in titu.de empt.Item actiones de lo
cato & conducto,in tit.de loc.& conduct. Negotiorū ge-
storum,in titu.de obligatio. quæ ex quasi contra. nascun.
Actio mādati in tit.de mandato.Actio depositi,in ti.quib.
mo.re contra.obli.Actio pro socio.suprà in ti.de socie.De tu
tela quoq; satis dictum est in j.lib. Actio commodati & pi
gnoratitia.s.de cōtra.qui re contrah. & de actione Seruia-
na,& quasi Seruiana.Actiones familiæ erciscudæ, & cōmu
ni diuidundo quoq;.s.de actio.mistis tractatæ sunt. Sequit̄
ergo actio præscriptis verbis,in ordine nondum explicata.

Numerus actionum bonæ fidei, & quot ex singulis cōtractuum speciebus oriantur.

DE ACTIONE PRÆSCRIPTIS
verbis.

1 *Actio præscriptis verbis est, per quam agimus ex præscripto verborum,quibus contrahentes vsi sunt.*

2 *Actio præscriptis verbis quid differat ab actione ex stipulatu.*

3 *Actio præscriptis verbis vnde oriatur.*

4 *Actio præscriptis verbis semper est stricti iuris,nisi quando datur de æstimato,& ex permutatione est bonæ fidei.*

5 *Actio præscriptis verbis ex æstimato,contra quem competat.*
6 *Actio præscriptis verbis,quæ oritur ex permutatione , cui , & contra quem detur.*
7 *Permutare dictio , conuenit omnibus contractibus , in quibus aliquid hinc inde datur.*
8 *Permutatio,& emptio,quomodo differant.*
9 *Permutatio est,cũ datur species pro specie : quando vero datur genus pro specie,vel genus pro genere,est cõtractus do vt des.*
10 *Quid conducat nosse diuersitatem inter permutationem & contractum,do vt des,vel emptionem.*

Quid sit, & quid differat ab actione ex sti-pulatu,& quomodo oriatur.

DIcitur autem †actio pręscriptis verbis, per quam agi-
1 mus ex præscripto verborum,quibus contrahẽtes vsi sunt.Et differt ab actione ex stipulatu, ꝙ actio præscriptis †verbis regulariter oritur tantùm ex nuda conuentione:
2 actio autem ex stipulatu ex conuentione solenni, quando scilicet interueniunt interrogatio & respõsio. Oritur autẽ
3 †hæc actio multis modis.Primò, ex omnibus pactis, quæ incõtinenti apponũtur contractibus nominatis,præsertim bonæ fidei.Vt si vendidi tibi domum sub hoc pacto,ne alteri vendas,quàm mihi,si posteà alteri vẽdideris,datur mihi cõtra te actio præscriptis verbis ad interesse.l.ij.C.de pac. inter empt.& ven.l.si sterilis.§.si tibi fundũ. cum multis similib.ff.de pac.emp.Secundò oritur ex omni contractu,in quo iustè dubitaẽ,quæ detur actio. Tertiò, quoties actiones extiterint,quarũ appellationes nullo iure ciuili proditæ sunt.Plura enim sunt negotia,quàm vocabula.l.ij. & iij. ff.de præscr.ver.Quartò,quãdo res æstimata vendẽda traditur &c.l.j.ff.de æsti.act. Quintò oritur ex quatuor cõtractibus innominatis quales sunt permutatio do vt des,facio vt facias,do vt facias.l.naturalis.per tot.ff. eod. Ex quarto autẽ contractu innominato,scilicet facio vt des, nõ oritur
4 actio præscriptis verbis, sed actio de dolo,d.l. naturalis.§. quod si facio.ff.eo.l.cùm proponas.C.de dolo.Illa†tamen actio præscriptis verbis,licet multas habeat causas,ex quibus oritur,vbiq; tamen est stricti iuris, exceptis duobus casibus.Primò,quãdo proponitur de æstimato.Secũdò, quãdo competit ex permutatione.d.§.actionum autem, hîc ti. nostro.Et de his duobus casibus hîc breuiter dicemus.

Semper est stricti iuris præterquã duobus casibus.

5 Actio præscriptis verbis†de æstimato ꝓponitur cõtra eum,qui rem alicuius æstimatam vẽdendam accepit,vt vel ipsam

ipſam rē incorruptā, vel eius æſtimationē reddat. Et habet hic cōtractus, ex quo actio præſcriptis verbis orit́, magnā cognationē, cū aliis cōtractibus. Primū enim videtur ꝙ ex eo cōpetat actio ex vendito propter æſtimationē rei: habetur enim loco pretij. Secūdò, videtur ꝙ cōpetat actio ex locato, vel conducto, quaſi quis rē vendendam locauerit, vel operas alterius cōduxerit. Solet enim huiuſmodi venditoribus rerū alienarū dari merces, quę locationem cōſtituit. Tertiò, videtur, ꝙ detur actio mādati, maximè ſi quis mandaſſet rē ſuam ęſtimatā vēdi, nec promittit mercedē vēditori, &c. Itaq; propter illā ambiguitatē, ꝙ ſ. nō cōſtabat de certo nomine cōtractus, decidit Iurecōſult' Vlpianus ęſtimatorią pręſcriptis verbis actionē dari. l. j. ff. de æſti. ac. Eſt autem duplex, directa, & vtilis. Directa datur, quando quis rem æſtimatā gratuito ſuſcepit vendendā. Vtilis verò, quādo ſuſcepit vendendā, vt pro ſuo labore, in vendēda re habeat mercedem. Licet enim merces in cōtractibus propriè cōſtituat locationē, hoc tamē caſu nō impedit, quò minùs detur actio præſcriptis verbis, & non locati, capitur enim merces pro quadam remuneratione. l. fi. iūcta gl. ff. de æſti. ac. Cauſa iſtius cōtractus, eſt ius ciuile: eſt enim à iure ciuili introduct'. l. j. ver. eſt enim negotiū. ff. de æſti. ac. Coincidit tamē cum contractu, do vt des, qui eſt iuris gētium, ſecundum gl. in verb. ciuile. in d. l. j. ff. de æſti. ac. Periculū autem rei æſtimatæ regulariter pertinet ad eum, qui rem æſtimatam ſuſcepit. d. l. j. §. æſtimatio. ff. de æſti. actio.

Actio † præſcriptis verbis quæ oritur ex permutatione, 6 datur illi, qui dedit rē ſuam certā, cōtra eum, qui illā accepit, & promiſit aliam rē certā pro ea dare, ad hoc vt cōtractum pro ſua parte quoq; impleat. Primū notabis permutationē eſſe cōtractū innominatū, quia nō habet ſpeciale nomen contractus, ſicuti emptio, & vēditio. Eſt enim † permutare, verbū generale, quod cōuenit omnibus contractibus 7 in quibus aliquid hinc inde datur, ſecūdū glo. ſuper rub. C. de rer. per. Sicut quoq; de tranſactione dicimus quæ quoq; eſt cōtractus innominatus: cōuenit enim nomē, trāſactio, omnibus cōtractibus, per quos ab actione receditur, ſecundum Bar. in l. j. §. cōuentionis. ff. de pac. Dico in definitione, qui dedit, &c. quia illā actionē quis nō poteſt intētare, niſi contractū pro ſua parte adimpleat & rē certā dederit:

Præſcriptis verbis ex permutatione.

Permutare verbum generale.

ex sola enim cõuentione de permutãdo quis nõ agit, quia est nuda, vestitur itaq; rei interuẽtu. l. ex placito. & l. rebus. C. de rer. permu. Dico, rẽ suam: quia ad perfectionẽ permutationis, quo ad effectũ requiritur, ꝙ permutans sit dominus, alioqui tenetur de euictione, licet dominium probare nõ teneatur, cũ quæstio dominij deducatur in iudiciũ non principaliter, sed incidẽter, secundũ Io. de Pla. in d. §. actio-

8 nũ. Dico, aliam rem, ad differẽtiam † emptionis, in qua non datur res pro re, sed pretiũ pro re, quæ tradi debet. Si tamẽ in initio cõtractus conuentũ est, vt tu dares rẽ, ego pecuniã darẽ, nõ esset emptio, sed cõtractus innominatus, do vt des. De natura enim cõtractus empti nõ est, vt vẽditor obligetur ad rẽ dandã, sed tradendam, secũdum Bar. in l. j. C. de rer. permu. In hoc tamẽ conueniunt, quia sicuti in emptione non transfertur dominiũ ex traditione rei, si pretiũ non est solutũ, nec fides de eo habita. §. venditæ. supra de rer. di. ita quoq; in permutatione, si res ab altera parte nõ tradatur, nec est habita fides de ea tradẽda, nõ trãsfertur dominiũ rei ab vna parte traditæ. Alias differẽtias, & cõuenientias inter emptionẽ, & permutationẽ, vide in gl. not. & approb. in l. ij. in ver. obtinere. C. de rer. perm. Dico, rẽ certã,

Permutatio, & emptio.

9 quia ad hoc † vt sit permutatio, requiritur ꝙ detur species pro specie, siue indiuiduũ pro indiuiduo: vt, do tibi hãc vestẽ, si tu mihi das illã. Si enim datur genus pro genere, vt si do tibi vrnã vini, vt tu des mihi modiũ frumẽti. Vel species pro genere, vt si do tibi hũc meũ Codicẽ, vt tu des mihi aliquod aliud Digestũ vetus, nõ est permutatio, sed do vt des.

Precipuũ in permutatione.

10 Est † autẽ magni effectus hãc diuersitatẽ inquirere, quia ex permutatione oritur actio bonæ fidei: ex do aũt vt des, actio stricti iuris. Sicuti quoq; magni effectus est inquirere, an sit emptio vel permutatio. Si enim est emptio, est cõtractus nominatus, in quo nõ habet locũ pœnitẽtia. l. sicut. C. de ac. & obli. Si autem est permutatio, tũc est cõtractus innominatus, in quibus locũ habet pœnitentia ante perfectionẽ cõtractus. Vide gl. & ibi Bar. & Doc. in l. j. C. de rer. perm. Dico, ad hoc vt cõtractũ impleat pro sua parte: quia hæc est ꝓpriissima cõclusio in hac actione. Alioqui enim solẽt ex permutatione oriri plures & diuersæ actiones ad diuersa quoq; tendẽtes. Quãdoq; enim, vt dictũ est agitur ad impletionẽ cõtractus, & sic vt res cõuẽta tradatur: & tũc

Vtilitas discriminis inter permutationẽ & contractũ, do vt des & emptionem.

si interuenit stipulatio,agit actione ex stipulatu.d.l. ex placito.C.de rer.permu. Aut non interuenit stipulatio:& tunc si actor impleuit cõtractũ pro sua parte,potest agere actione præscriptis verbis,vel actione in factum,quę est eadem, vel condictione ob causam ad repetẽdum id, quod datum est,dũmodò sit repetibile, vel ad interesse. Et sic potest in libello cõcludere alternatiuè bifariã. Primò, vt adimpleat contractum,vel interesse.Secundò, vt impleat cõtractum, vel restituat rem acceptam.Vide doct.in l.j.& ij.C. de rer. permu.Doc.in §.actionum autem.hîc tit.nostro.

DE PETITIONE HÆREDITATIS.

1 *Petitio hæreditatis cui,& contra quem competat.*

2 *Res feudales,siue emphyteuticæ,non veniunt in petitione hær.*

3 *Hæredi,qui simul apprehendit hæreditatem,non competit amplius petitio hæreditatis.*

4 *Actor agens petitione hæred.quid teneatur probare. & nu.5.*

6 *Petitio hæreditatis est actio personalis in rem scripta.*

PEtitio†hæreditatis datur ei,ad quẽ res hæreditariæ alicui⁹ defuncti de iure ex testamẽto, vel ab intestato spectãt cõtra eum,qui eas sine titulo possidet.Dico, res hæreditariæ,simpliciter.Primò,quia datur pro rebus corporalibus & incorporalibus , & pro omnibus iuribus hæreditariis & actionibus.Seruitutes tamẽ prædiis hæreditariis debitæ nõ petuntur illa actione,sed vel negatoria vel cõfessoria.Secũdò,quia datur hæc actio,siue quis hæres sit insolidũ,siue pro parte etiã minima.l.licet minimã.ff.eo.Tertiò quia sub rebus hæreditariis cõprehendunt res defuncti,itẽ res ab eo possessæ,& quoq; res detẽtæ,quæ s.remãserũt in hæreditate tẽpore mortis defuncti,vt sunt res depositæ,cõmodatæ,&c.quæ licet nõ sint in effectu hæreditariæ,inueniuntur tamen in hæreditate l.itẽ videndum. §.fi. iuncta l. seq.ff.eo. Non tamẽ est necesse ꝙ in libello omnes res specificentur,quia in huiusmodi iudiciis vniuersalibus sufficit generalis petitio.l.si mater.ff.de excep.rei iud.Quartò,dico,res hæreditariæ,ad differentiã†rerũ feudaliũ,& emphyteuticarũ,quæ regulariter nõ veniunt in petitione hæreditatis:hinc est,ꝙ si pater habet res hæreditarias & feudales estq; obstrictus ære alieno , & fili⁹ vult liberari ab illo ære alieno,poterit abstinere ab illa hæreditate,& assumere feuda,secũdũ Doct.hîc.Dico,alicuius defuncti:quia†ad hoc vt hæc

[Margin: 1 Cui,& aduersus quẽ competat. — Feudũ & 2 emphyteusis non veniũt hac actione. — 3]

Quæ requirantur vt hæc petitio locũ habeat.

hæc actio locum habeat, requiritur quòd actor illas res hæreditarias priùs nõ appræhẽderit. Si enim semel appræhendit, & statim à possessione cadit, non habet petitionem hæreditatis ad eas recuperandas: quia illæ res pòst appræhẽsionẽ non censentur ampliùs defuncti, sed res hęredis, ideóque datur aliud remedium, vt puta vel rei vendicatio, vel Publiciana, vel interdictũ, vnde vi. Secundò dico, defuncti: quia viuentis nulla est hæreditas. l. j. & ibi gl. ff. pro hær. propterea necesse est, actorem probare illũ esse defunctũ, cuius hæreditatẽ petit, quod fit per famã publicam, vel alias rationes, de quibus vide Doct. in l. si quidem. C. sol. ma. Doc. hîc. Dico de iure: quia si competeret hæreditas ex aliquo statuto, siue consuetudine contra ius cõmune, hoc statutum siue cõsuetudo debet declarari. Dico, ex testamento, vel ab intestato: quia illæ duæ rationes sunt causæ istius actionis, & si testamentũ est conditũ, debet in libello exprimi, si non est conditum, sed decesit ab intestato, quoq; debet exprimi in libello. Dico, spectant simpliciter: quia nihil refert, siue quis succedat defuncto per se, siue per mediam personam. Secundò
4 dico, spectãt: quia † si actor agit ex testamẽto, debet probare per ostensionẽ testamenti non aboliti nec cancellati, hæreditatẽ iure institutionis ad se pertinere. l. fin. C. de edi. di. Adria. tol. Si verò ab intestato spectat ad actorem, tenetur probare se esse proximiorem cognatum, vel agnatũ. authẽ. post fratres. C. de leg. hær. Tertiò dico, spectant: quia nõ est necesse ponere in libello, ꝙ adiuerit ipse actor hæreditatẽ tanquam hæres. Petendo enim declarat suam voluntatẽ, & per illam declarationẽ fit aditio. Bar. in l. gerit. ff. de acquir.
5 hær. Dico, sine titulo: quæ † petitio hæreditatis non datur contra titulo posidentem, nisi sit titulis procuratus, vel putatiuus. Et est ratio, quia qui agit petitiõe hæreditatis, habet nudum titulũ. Posidens autem ex titulo, habet quoq; possessionem: melior ergo est eius conditio, secundum Bar. in l. pro hærede. ff. de pet. hær. Datur itaq; contra eum, qui dicit se posidere pro hærede, cùm non sit: vel pro possessore, vt qui tantùm posidet, nec habet suæ possessionis titulum. l. regulariter. & l. pro hærede. ff. eo. Et licet possessor regulariter non teneatur titulum allegare suæ possessionis, tamen in hac actione cogitur respõdere, quo titulo posideat. l. cogi. C. de pet. hær. & l. j. ff. de interr. actio. Est tamẽ cautela, si qs

Huius actoris probandi necessitas.

Hæc petitio cõtra titulo posidẽtem non datur.

posse

possederit res hæreditarias ex titulo, quod actor intẽtet rei vendicationẽ, quia in ea non fundat se ex solo titulo, sed ex dominio suo mediãte persona defuncti. Petitur autẽ in hac actione quòd iudex declaret actorẽ hæredem esse, quo facto, restituũtur res hæreditariæ, nõ iure actionis, sed officio iudicis. d. l. licet minimã. ff. eo. Et in hac restitutione veniũt etiã fructus percepti & percipiendi, quia fructus augent hæreditatẽ. De his, & similibus vide l. itẽ veniunt. §. j. item non solùm. cum seq. ff. eod. Et in hoc differt à rei vendicatione, in qua fructus vendicantur per se à malæ fidei possessore, vide Bart. in d. l. item veniũt. ff. eo. Alias quoque differẽtias inter rei vendicationem & petitionẽ hæreditatis, itẽ inter interdictũ quorum bonorũ, vide apud Docto. hîc. & dicetur i. de interdict. latiùs. Dicitur † autem hæc actio personalis in rem scripta, quia est quidẽ realis, habet tamẽ aliquot præstationes personales, secundũ Bart. in l. sed & si. §. petitio. & ibi tex. quoq;. ff. eo. vide gl. cũ ibi not. in §. hæres quoq;. in verb. intelligitur. sup. de obl. quæ ex quasi cõtr. nascũtur. Actio de dote est suprà tractata. Et tantũ de actionibus bonæ fidei. 6 *Est personalis in rẽ scripta.*

DE ACTIONIBVS stricti iuris.

1 Actiones stricti iuris sunt, in quibus nihil venit, nisi de quo expressè actum est. Differentias inter actiones stricti iuris & bonæ fidei, vide sup. de actio. bonæ fidei. Dicuntur autẽ omnes actiones stricti iuris, quæ nõ sunt compræhensæ sub actionibus bonæ fidei, quales sunt condictio certi specialis ex mutuo, condictio certi generalis ex aliis contractibus, actio de constituta pecunia, actio in factũ ex iureiurando descendẽs, actio ex stipulatu, &c. condictiones certi speciales & generales sunt suprà tractatæ de mutuo.

DE ACTIONE DE CONSTItuta pecunia.

1 *Actio de constituta pecunia quid sit, & cui competat.*
2 *Constitutum non potest fieri ex ciuili obligatione tantum.*
3 *Constituente aliquo se soluturum pro alio, liberatur principalis, & transfertur omnis obligatio in constituentem.*
4 *Nudum pactũ quare in constituto pariat actionem, cùm tamen aliàs ex nudo pacto regulariter nulla oriatur actio.*
5 *Constituere se possunt omnes, qui alioqui obligari possunt.*
6 *Constitutum potest fieri in qualibet re, quæ in obligationem*

dedu

deduci potest.

7 *Libellus quomodo in actione de constituta pecunia formandus.*

1 *Quæ sit, & cui competit.* Actio de†cõstituta pecunia est actio personalis, qua agimus contra eũ, qui per nudũ pactũ se constituit solutурũ id, qđ priùs ex nudo pacto, vel alius quidã ex quacunque causa debebat. Materia istius actionis frequẽs est, maximè inter mercatores. Dico in definitione, per nudũ pactum: quia si per stipulationẽ q̃s se cõstituisset soluturũ, hæc actio non haberet locũ, sed cõdictio certi, vel actio ex stipulatu. l. si quis certũ. ff. si cer. pet. & sup. de verb. oblig. in prin. Dico, se constituit. quia si constituisset tertiũ vt solueret id quod Sẽpronius debebat, nõ valeret constitutũ, quia esset omnino factũ alienũ. Si autem quis constitueret Titiũ vt solueret quod ipse restituẽs deberet, valeret cõstitutũ, tenereturque cõstituẽs: quia intelligitur promisisse factũ propriũ. l. qui autẽ. §. j. iuncta gl. in verb. sed & si quis. ff. de const. pec. Dico, *Singulare requisitum in constituto.* quod vel ipse ex nudo pacto: quia in constituto requiritur quòd priùs debitũ sit ex naturali & ciuili obligatione simul, aut ex naturali obligatione tantũ, quæ ex nudo pacto prouenit, secundũ gl. hîc in verb. constituerint. Sed in hoc distingue. Aut loquimur de eo, qui constituit se soluturũ id, quod ipsemet priùs debebat: & tũc si debebat naturaliter tantum, vt ex nudo pacto, &c. illud constitutũ est magnæ vtilitatis, quia orta est actio, quã priùs non habebat creditor. Si verò debebat naturaliter & ciuiliter simul, tunc nihil operat́ hoc cõstitutũ, nisi q̃ creditor habet plures actiones, cũ ex priori obligatione potuisset etiã sine cõstituto experiri. Aut loquimur de eo, qui constituit se soluturũ quod tertius debebat: & tunc non refert ex qua obligatione debeatur, modo

2 † non sit ciuilis obligatio tãtum: quia sup illa cõstitutũ fieri non põt, nisi cõstituẽs sciat esse tantũ ciuile debitũ, de quo se soluturum cõstituit: tũ enim quoq; valeret, quia donare videretur, per l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. Dico, vel alius debebat: quia† quis potest se cõstituere soluturũ quod alius

3 debet, & per hoc principalis debitor liberatur trãsferturq; obligatio in cõstituentẽ, eiusq; hæredes. l. j. C. de cõst. pec. Dico, ex quacũque causa, quia in cõstituto, quod fit pro alio debitore, non attendimus, siue is naturaliter tantùm, siue is naturaliter & ciuiliter simul debeat, sed id tantũ, vt obligatio transferatur per constitutũ in constituentem. d. l. j. C. eo.

Causa

Causa actionis de cõstituta pecunia est obligatio. Istius autem obligationis causa est nudum pactũ.§.nostro hîc. Et licet †.de iure ciuili regulariter nulla oriatur actio ex nudo 4
pacto.l. iuris gentiũ.§.sed cum nulla.§. quinimò.ff.de pact. hoc tamen fallit secundum cõmunem opinionem in constituto, in quo ex nudo pacto oritur actio. Et est ratio, quia hoc nudum pactum apponitur super debito iam naturaliter contracto, ideo potiùs operatur productionẽ actionis, quã si opponeretur super debito contrahẽdo. Et hoc fit propter geminationẽ promissionis, quòd scilicet per nudum pactũ idem bis promittitur. Sunt & alij casus speciales, in quibus oritur actio ex nudo pacto, quos vide in glo.hîc in verb.nulla.& copiosè per Ias. Possunt † autem se constituere omnes, 5
qui alioqui obligari possunt. Hinc sequitur quòd pupillus, furiosus, mulier, & similes personæ se pro alio soluturos cõstituere non possunt. Et nota † quoque obiter constitutum non tantum fieri in constituta pecunia, sed in qualibet alia 6
re, quæ in obligationem deduci potest. Quibus autẽ modis cõstitutio tollatur, vide sup. per totũ, quibus modis tol. obli.

Qui possint consti tuere.

LIBELLVS IN ACTIONE de constituta pecunia.

Cùm Titius † & ego essemus in eadẽ negotiatione, ipseq; opus haberet pecunia, rogauit me vt centũ aureos ei mutuò 7
darem, quos ita à me accepit, promittens ad proximas Calend. Maij se soluturum. Calẽdis autẽ aduenientibus creditã pecuniam numerare non poterat, ideoque Seius per nudum pactũ illos aureos se soluturũ constituit: quia autem ex illo cõstituto Seius officialiter mihi obligatus est, peto eum condemnari, ad dandum vel soluendum illos centum aureos.

Et hic libellus procedit, si quis se constituit soluturum, quod alius debet: facilè autẽ poteris mutare narrationem in casu, quo quis se cõstituit id, quod ipsemet debebat priùs.

DE ACTIONE IN FACTVM ex Iureiurando.

1 *Actio in factum ex iureiurando cui, & contra quem detur.*
2 *Iuramentum delatum reo ab actore quando pariat actionem in factum.*
3 *Iuramentum nisi incontinenti præstitum fuerit, non valet.*
4 *Quando reus super iuramento delato pœnitere possit.*
5 *Reus volens probare actorem malè iurasse, non auditur.*

Actio

1 Actio in factũ † ex iureiurando est, qua agit is, qui postulante aduersario suo incõtinenti iurauerit informiter quid sibi deberi, vel cum res suas possidere. Dico in definitione, agit: quia hæc actio propriè locũ habet, quãdo iuramentũ est delatũ à reo ipsi actori, vt iuret. s. sibi quid à reo deberi. Tũc enim oritur actio in factum ex illo iureiurãdo, nec quæritur vltrà vtrũ reus actori aliquid debeat, sed tantùm an actor iurauerit sibi quid deberi, & si constiterit de iuramento, damnatur reus. Et sic habet hoc casu iuramentum effectum naturalis obligationis, de quo & aliis multis nota.

Quãdo locũ habeat.

2 effectibus iuramenti, vide Ias. hîc. Si autẽ † actor ipse in iudicio reo detulerit iuramentũ, reusq; iurauerit se actori nihil debere, & quæritur vtrũ ex illo iuramẽto oriatur reo actio in factũ. Et distingue, Aut reus iurauit in actione personali, id est, se non esse obligatum ipsi actori: & tunc iuramẽtum parit tantùm exceptionẽ, qua reus se defendit contra actorem, si denuò ad eandẽ obligationẽ egerit. Aut reus iurauit in actione reali: & tunc si iurauit simpliciter negatiuè, scilicet rẽ nõ esse actoris, & quoq; ex illo iuramento nõ oritur actio, sed tantũ exceptio. Si verò iurauerit affirmatiuè, scilicet, rem, quam actor petit, suam esse: tunc si ea res aliquo casu ad actorẽ peruenerit, habet reus ex iuramẽto actionẽ in factũ contra actorẽ possessorẽ: non tamen contra quemlibet possessorem: sed tantùm cõtra eum, propter cuius delationem iurauit. gl. hîc in verb. deberi. Dico, postulante aduersario: quia si actor iurasset nemine postulante, nec deferente, ex tali iuramẽto planè nulla oriretur actio: sibi enim tantùm iurasset. l. ij. §. eũ cum quo. ff. de iureiur. Dico, incontinẽti, ideo † ꝙ in quolibet iuramento delato, tacitè inest cõditio, scilicet vt iuretur incontinenti, aliàs nihil prodest. Itaque is, cui defertur iuramentum, cautus esse debet, ne dicat, volo deliberare, vtrũ velim iurare, nécne: quia tunc propter interuallũ iuramentũ non valeret, nisi fuerit de nouo delatum, quod reus non facilè faciet, si senserit actorẽ suã intentionẽ probare non posse. Item propter illã deliberationem posset reus pœnitere, & iuramentum delatũ reuocare, quod tũ esset præiudiciale actori, maximè si suæ intẽtionis nullas alias haberet probationes: per Iusiurandũ enim delatũ probaret. Hoc tamẽ potest dicere actor, se velle iurare, sed petat dilationẽ vt deliberet quid iuret, secundũ Bart. in l. non

Iurãte reo quid illi pariat iuramentum.

3

Tacita conditio in delatione iuramenti.

erit

erit.§.fin.ff.de iureiur.Dico,iurauit: quia hæc actio propriè non oritur, nisi ab actore fuerit iuratũ,vel iuramẽtum post delationẽ à reo ipsi actori remissum.Hoc enim perinde habetur,ac si fuisset iuratũ.distingue tamẽ, Aut fuit†iuramentum ab actore acceptũ:& tunc reus pœnitere nõ potest ita vt iuramẽtũ reuocet.Si verò pœnituerit,habetur pro remisso.l.non erit.§.fi.iuncta l.seq.ff.de iureiur.Aut iuramentum ab actore delatum non est acceptatum : & tunc potest reus pœnitere ante acceptationẽ, & per consequens iuramẽtum impunè reuocare.l.si quis iusiurandum.C.de reb.credi.glo. in l.manifestæ turpitudinis.ff.de iureiur. Iuramento autem præstito non amplius quæritur vtrũ reo quid debeat,sed an iuratum sit:agitur enim tunc non ex priori cõtractu,sed ex iuramento.Et hoc adeo†verũ est,quòd etiã si reus voluerit probare actorẽ reum malè iurasse,non tamen auditur:quia periurium habet Deum regulariter vltorẽ, & iudex credit iuranti.l.ij.C.de rebus credi. Dico,informiter:vt quia actor iurauit simpliciter quid sibi deberi, nec tamen adiecit causam ex qua debeatur:tũc enim immediatè ex illo iuramẽto oritur actio in factũ propter quẽdam quasi cõtractum delationis & acceptationis iuramẽti.Si autem actor formiter iurauerit,adiectáque aliqua causa,vt si iurasset ex causa mutui sibi deberi,tunc datur actio vtilis ex mutuo, vel ex alio contractu celebrato, quæ nata est ex hoc iuramento : habetur enim iuramẽtum pro veritate.l.si duo. §.si quis iurauerit.cũ §.sequen.ff.de iureiuran. Sed hæc differentia de iuramento formiter vel informiter facta procedit in actione personali. Si enim actor iuret in actione reali rem suam esse,competit tam vtilis rei vẽdicatio,quàm actio in factũ ex iureiurãdo, siue formiter,siue informiter iurauit,id est siue adiecerit,siue non adiecerit,ex qua causa res sua sit. Dico,quid sibi deberi,propter actiones personales,in quibus maximè solet iurari. Dico,reum rem suã possidere,propter actiones reales, in quibus quoque iuratur:pronomen enim, Suũ,præsupponit dominium vel ius in re possessa &c.Et nota obiter ex iuramẽto actoris,non tantũ ipsi actori actionẽ dari,sed etiam reo deferenti iuramentũ:vt si iurasset se emisse domũ à reo pro centũ, ex hoc iuramẽto actoris cõpetunt duæ actiones. Primùm ipsi actori actio ex empto,qua agit ad traditionẽ. Deinde datur quoq; aduersario vtilis actio ex vendito, qua

4 *Quãdo pœnitere liceat reo.*

5 *An audiatur reus qui conatur probare malè ab actore iuratũ fuisse.*

Pronomẽ Suum.

Quæ actiones ex hoc iuramento fluant.

agit ad pretium.d.l.si duo.§.si quis iurauerit.& §.Marcellus. ff.de iureiurand.

Causa isti' actionis est ipsum iuramētū,quod habet pro quodā quasi cōtractu, ꝓpter rei delationē,& actoris acceptationē. Hinc est ꝙ hæc actio recēsetur inter ꝑsonales, & habet ꝓ actione natiua:qa nascit ex iuramēto,quod habet pro quodā quasi cōtractu. Quot autē sint species iuramēti. hic non dicet.i.enim de fideicōmisso vniuersali in §.fi.dictū est.Hæc autē actio propriè loquitur de iuramēto iudiciali, quod scilicet pars parti defert in iudicio iudice approbante.

LIBELLVS IN ACTIONE
in factum,ex iureiurando.

Non potest certa forma libelli in hac actione tradi,cùm multiformiter iurari possit.Iurat enim in actione personali dupliciter,informiter & formiter. Et quodlibet iuramētum habet propriā formā libelli.Deinde quoq; iurat in actione reali formiter & informiter. Itaq; in formatione libelli narra primū qualiter iuraueris:& secundū varietates factorum narrāda est cōclusio,vt scilicet agēdo realiter cōcludas rē tibi restitui.Agendo verò ꝑsonaliter,rē tibi tradi vel dari,&c.

PRINCIPALES ACTIONVM
diuisiones.

DIVISIO SECVNDA.

Secunda principalis Actionum diuisio est, quòd sunt aut ciuiles aut prætoriæ.

Ciuiles dicuntur, quæ ex legibus ciuilibus introductæ sunt:& sunt hæ sequentes,

1 Rei vendicatio	14 Actio commodati.
2 Actio ad exhibendum.	15 Depositi.
3 Confessoria & Negatoria.	16 Pignoratitia.
4 Actiones præiudiciales.	17 Ex empto.
5 Petitio hæreditatis.	18 Ex vendito.
6 Familiæ ercifcundæ.	19 Locato.
7 Communi diuidundo.	20 Conducto.
8 Finium regundorum.	21 Mandati.
9 Condictio certi.	22 Pro socio.
10 Actio ex stipulatu.	23 Præscriptis verbis, quæ ex æstimato, & permutatione competit.
11 Actio ex mutuo.	
12 Condictio indebiti.	
13 Condictio ex lege.	24 Furti non manifesti.

26 Le

25 Legis Aquiliæ.
26 De pauperie.
27 Actio iniuriarum ex leg. Cornel.

Prætoriæ dicuntur quæ à iure prætorio introductę sunt: & sunt hæ,

1 Rescissoria.
2 Seruiana.
3 Quasi Seruiana.
4 Pauliana.
5 Fauiana.
6 De constituta pecunia.
7 De peculio.
8 Negotiorum gestorum.
9 Actio Tutelæ.
10 Exercitoria.
11 Institoria.
12 De in rem verso.
13 Quod iussu.
14 Quod metus causa.
15 De Dolo.
16 Furti manifesti.
17 Serui corrupti.
18 Vi bonorum raptorum.
19 Actio iniuriarum ex iniuria verbali.
20 Vtilis legis Aquiliæ.

Alias vide apud Spec.in tit.de actione seu petit.§.postremo.Differentias autem inter ciuiles & prætorias audiemus infrà de perpet.& temp.actio.

TERTIA DIVISIO.

Quædam sunt perpetuæ,quædam temporales.

QVARTA DIVISIO.

Quædam sunt trāsitoriæ ad hæredes, quædā verò nō itē. De istis duabus infra dicemus,in tit.de perpe.& tēpo.actio.

QVINTA DIVISIO.

Quædā sunt famosæ,quędam verò nō itē.De hac diuisione audiemus in §.ex quibusdam. infrà de pœna teme.litig.

SEXTA DIVISIO.

Directæ *Vtiles.*

Quædam sunt directæ,quædam vtiles. Directæ dicūtur, quæ oriuntur ex ipsis verbis legis. Vtiles verò,quæ ex mente legis : vt si grus fecit pauperiem , non potest dari directa actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur , quia grus est bipes. Datur itaque vtilis ex mente illius legis.

SEPTIMA DIVISIO.

Quædā sunt directæ,quędam cōtrariæ.Et de his suprà diximus,vt de actione depositi,cōmodati directa,& cōtraria.

OCTAVA DIVISIO.

Singulares vniuersales, generales.

Quædam sunt singulares,quędā vniuersales,quædā verò generales. Singulares sunt,quando petuntur res singulæ,vt in mutuo.cōmodato,& similibus contractibus. Vniuersales sunt, quæ de sui significato multa in se continent,vt petitio

hæreditatis,actio de dote,actio de peculio,secundum Bart. in l.j.ff.de edẽdo.Generales sunt,quæ habent sub se multas species ad instar generis dialectici,quales sunt actio pro socio,actio negotiorũ gestorũ,tutelæ pro reddẽda ratione administrationis,&c.Et omnes actiones generales sunt personales.Quæ autem sit differentia inter vniuersales & generales,& quomodo in vnaquaq; cõcludatur,vide Ias.in l.j.iuncta gl.magna.ff.de edendo.l.pro socio arbiter.ff.pro socio.

NOVA DIVISIO.

Factitia hæc diuisio est,& vetus impostura.

Quædam sunt natiuæ,quædam datiuæ.Natiuæ dicuntur, quæ aliquam causam habent,ex qua nascuntur,vt sunt,quæ oriuntur ex dominio,vel alio quodã iure.Item quæ oriuntur ex contractibus,& delictis.Datiuę sunt,quæ non habent causam, ex qua oriantur, sed dantur tantum à lege ex quadam æquitate,vt est condictio ex lege,actio in factum, vel præscriptis verbis,in quibusdam casibus.Vide Ias.in §.rursus.in fi.ferè.suprà eodem.

De posteriore autem diuisione,quòd scilicet quædã sunt arbitrariæ,quædã nõ,infrà dicemus circa tex.in §.prętereà. infrà eod. De aliis diuisionibus,quales sunt pœnæ persecutoriæ,rei persecutoriæ mistæ,quæ dãtur in simplũ,duplum, triplum,vel quadruplum,&c. dictũ est suprà de actio.perso. Et hæc de actionibus hoc modo dixisse sufficiat.

SEQVITVR textus explicatio.

§. planè.

Plures actiones furti propter odium furum.

Rei recipiendæ.)id est,is,cui res furto subtracta est,agit primum,vt fur propter illud delictum puniatur: deinde quoq; habet reivendicationem,qua vẽdicat rẽ suã furto subtractã. Postremò,licet dominium rei furtiuæ vero domino per furtum non sit ablatum,tamẽ quoq; agere potest cõtra furem actione personali,ad dandã illam rem,& hoc est speciale in odium furum,quo magis pluribus actionibus teneantur.

VERS. *Marito rei vxoriæ.*

Id est,olim pro exigenda dote dabatur actio,quæ vocabatur rei vxoriæ actio,& hæc est nunc trãslata in actionem ex stipulatu. Licet autem actio ex stipulatu simpliciter sit stricti iuris,tamẽ quòd hoc casu sit subrogata, est in locum actionis rei vxoriæ,quæ fuit bonæ fidei,censetur & ipsa esse bonæ fidei in hoc casu:quia subrogatum sapit naturã illius, in cuius locum subrogatum est.

§. Pr̨æ

§. *Præterea.*

DE ACTIONIBVS ARBITRARIIS

1 *Actiones arbitrariæ quæ sint, & quare sic dictæ.*
2 *Actiones arbitrariæ sunt duplices, reales, & personales.*
3 *Sententia incerta quando valeat.*
4 *Petitio incerta quando valeat.*
5 *Compensatio quid sit, quare introducta, & quãdo habeat locum.*

Actiones arbitrariæ † dicuntur actiones stricti iuris in quibus præter naturam actionis propositæ exercetur officium iudicis mercenarium actioni deseruiens propter aliquod accidẽs extrinsecum, secundũ Bart. in l. vnica. C. vbi conue. qui cer. lo. da. pro. Et dicũtur arbitrariæ, non ideo ꝙ sit propriũ nomen actionis, sed quia ex arbitrio iudicis dependent, inde dicũtur arbitrariæ. Dico, stricti iuris: quia nullæ actiones bonæ fidei sunt arbitrariæ. Quotquot autẽ arbitrariæ sunt, omnes sunt stricti iuris: & omnes actiones stricti iuris, quæ dãtur ad restitutionẽ, siue exhibitionẽ rei, siue sunt reales, siue personales, sunt arbitrariæ, sicuti infrà in diuisione latiùs dicemus. Dico, præter naturã actionis propositæ, ad differẽtiam actionis bonæ fidei, in quibus iudicis officiũ mercenariũ etiã seruit, nõ autẽ prẹter naturã actionis, sed secundũ naturam. In actionibus enim bonę fidei veniũt vsuræ, & interesse, propter morã ex natura actionis, & iuràtur quoq; ex natura actionis in litẽ. In actione autẽ stricti iuris ista fieri non possunt, secundũ naturã actionis propositæ. Tamẽ quãdo æquitas suadet, iudex prẹter naturã actionis habet etiã interesse vtriusq; partis accidentaliter, prout viderit expedire ex natura negotij. Exẽplum: Si egissem cõtra te rei vẽdicatione, tũque mihi ad restitutionẽ rei fuisses condẽnatus, & sentẽtia trãsiisset in rẽ iudicatã, mea quoque interesiet rem restitui statim post condẽnationẽ, nec tamẽ restituisti, possum à te petere illud interesse. Sed petitio illius interesse nõ depẽdet ex natura rei vẽdicationis, sed est accidens extrinsecum, quod principali actioni nõ inhæret: ideo imploro officium iudicis, vt ex arbitrio suo condẽnet mihi reum in id, quãti mea interest, rem restitutã non esse. Dico officium iudicis mercenarium: quia nobile officiũ iudicis actioni non inseruit, vt infrà dicemus de offic. iudi. Dico, propter accidens aliquod extrinsecum: quia illud, quod in actionibus arbitrariis petitur, non debetur ex natura

1 Quæ dicantur arbitrariæ.

Oẽs arbitrarias esse stricti iuris.

Exẽplum arbitrariæ.

2 actionis propositæ, sed quia extrinsecus accedit. Sunt † autẽ actiones arbitrariæ duplices, reales, & personales. Reales arbitrariæ sunt actio ad exibendũ, rei vendicatio, Publiciana, Seruiana, & quasi Seruiana. Et dicuntur ideo arbitrariæ, quia si reus iussus est exhibere, nec exhibet vel rem restituere, & non restituit, condemnatur ex arbitrio iudicis ad interesse. Personales arbitrariæ sunt omnes actiones stricti iuris, quæ competũt ad rem restituẽdam. l. qui restituere. in fi. ff. de rei ven. quales sunt actio noxalis, interdictum vnde vi, actio quod metus causa, actio de dolo, actio qua id petitur, quod certo loco promissum est, si in eo loco non præstatur.

Arbitrariæ duplices.

Causæ actionis arbitrariæ sunt, contẽptus iudicis, & contumacia. Si enim quis à iudice iussus fuerit soluere, &c. & cõtemnit, imploratur contra eum officium iudicis, vt ex arbitrio eius quoq; cõdemnetur ad interesse. Effectus est, quòd in eis plerũque duæ sententiæ proferuntur, vna de re restituenda, exhibenda, vel soluenda, alia, qua contemptor illius sententiæ condemnatur ad pœnam, vel interesse.

§. *Curare autem.*

3 Quòd sententia † certa valeat, non est dubium: an autem incerta valeat, dubitari potest. Tu dic secundum Bar. in l. ij. C. de sent. quæ sine cer. quan. profe. Aut certa quãtitas reperitur in actis probatoriis, & fidẽ faciẽtibus, vt in instrumentis, confessionibus, vel in dictis testium: & valet etiã incerta sententia, quia potest referri ad acta. Aut in actis probatoriis non reperitur certa quantitas, sed tantùm in actis assertoriis, vt in libello, vel positionibus: & tunc sententia propter incertitudinẽ est nulla. Vide Doc. hîc, & præsertim Ias.

Certa, & incerta sententia.

4 *Etiam si de incerta quantitate.*) Quando † quæritur vtrum petitio incerta in libello valeat, distingue secundũ Bart. in l. ij. C. de sent. quæ sine cer. Aut proponitur actio vniuersalis, vt petitio hæreditatis, vel actio de dote, item actio generalis, vt actio tutelæ, pro socio, negotiorũ gestorum: & procedit incerta petitio, sicuti quoq; incerta sentẽtia. Aut proponitur actio singularis, vt est actio ex mutuo, &c. & tunc, aut est obligatio simplex, id est, nõ alternatiua: & subdistingue, Aut in libello non potest declarari certa quantitas, sed declaratur in sententia, vt quando petitur interesse, quod dependet ex arbitrio iudicis: & procedit petitio incerta. Aut in libello potest exprimi certa quãtitas: & non valet incerta

Petitio incerta in libello an valeat.

petit

petitio. Aut non eſt obligatio ſimplex, ſed alternatiua, vt hoc modo: Promittis mihi Stichum aut Pamphilum. Et tūc ſi electio eſt debitoris, vt det quem ipſe vult: & valet incerta petitio. Si verò electio eſt creditoris: & tunc, quia potuit dare certum libellum, non valet incerta petitio. Vide Iaſ. hîc in verſ. alia ergo.

§. *Compenſationes.*) Compēſatio†eſt debiti, & crediti intereſſe cōtributio. l. j. ff. de compen. Et ideo introducta eſt, quia noſtra intereſt potiùs non ſoluere, quàm ſolutum repetere. l. iiij. ff. eo. Habet autem tunc compenſatio locum, quando ab vtraq; parte debetur quātitas, vel aliquid promiſſum eſt in genere, & eiuſdem generis vtrinq;. l. ſi cōſtat. cum ſimilibus. C. de compenſa. Secus autem in debito ſpeciei; quia compenſatio non admittitur. Fit autem tum cōpenſatio, quando à parte fuerit oppoſita, non autem ipſo iure, per textum noſtrum hîc. In delictis autem fit compēſatio ipſo iure, ſicuti videmus in delictis, & ſimilibus. 5 *Cōpēſatio quid ſit.*

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium eſſe dicitur.

Tit. VII.

§. *Illud propriè ſeruatur.*) Breuiter, hoc S.C. ceſſat, quando pecunia mutuo accepta, eſt verſa in vtilitatem filiifamilias, vel patris: quia nemo debet locupletari cum alterius iactura. l. nam hoc natura. ff. de condic. indebiti. *Hoc edictū quando ceſſet.*

De noxalibus actionibus.

Tit. VIII.

VERS. *Veluti furti.*) Et ſic vides, actionem noxalē non eſſe proprium nomen actionis, ſed potiùs adiectionem, vt cùm dico, actio furti noxalis, actio iniuriarū noxalis, &c.

De his, per quos agere poſſumus.

Tit. X.

1 *Procurator eſt, qui aliena negotia mandato domini gratis adminiſtrat.*

2 *Procurator paciſcens de quota litis fit infamis.*

3 *Procuratores ſunt duplices, ad negotia, & ad lites.*

4 *Procuratores ad lites quoque ſunt duplices, quidam conſtituuntur in cauſam alienam, quidam verò in ſuam.*


N hoc titulo tractatur de personis, quæ alieno nomine in iudiciis conuenire & cōueniri solent quales sunt procurator, actor, cōiuncta persona, defensor, excusator, syndicus, curator, tutor, &c. Quia aute hic titulus principaliter est de procuratoribus,
1 de illis pauca dicemus. Dicitur† autē procurator is, qui aliena negotia mādato domini gratis administrat. l. j. in princ. ff. de procu. Dico mandato: quia si quis sine mandato alicuius negotia gerit, nō est procurator, sed negotiorū gestor: vt habetur per tot. tit. ff. & C. de neg. gest. Dico, domini, ad differentiam tutorum vel curatorum, collegiorum, & similium, qui cùm propriè non sint domini rerum, quibus præsunt, sequitur ꝙ etiam procuratores cōstituere nō possint. Cōstituunt autem vel actores vel syndicos. l. nec ciuitatis. ff. de procu. l. neq; tutores. C. de procur. Dico, gratis: quia si primùm de certa mercede præstanda conuentū fuisset, nō esset constitutus procurator, sed operarum locator, nec esset mādatum, sed locatio: quia mandatum est de sui natura gratuitum. l. j. in fi. ff. mandati. Hoc tamē intelligi debet vt procurator à principio negotij nihil certi exigat ꝓ negotio gerendo. Secundò, ꝙ nō paciscatur de quota litis. l. salarium. ff. mand. l. item. C. de proc. Mandato tamen suscepto, & negotio expedito tacitè potest pro remuneratione laboris siu salarium accipere. d. l. salariū. ff. manda. d. l. itē. Quòd
2
3 autem† dicit solet, procuratores infames esse, intellige de illo, qui paciscitur de quota litis. Sunt† tamē procuratores duplices, procuratores ad negotia, & procuratores ad lites. Procurator ad negotia is dicitur, qui ex mādato alicui⁹ extra iudiciū negotia exequitur, quales sunt ministri mercatorum, &c. & de iis nō loquitur tit. noster. Procuratores autem ad litem dicuntur, qui ex alicuius mandato eius negotia in iudicio exequuntur, & de illis loquitur tit. noster.
4 Sunt autem† duplices: Quidam enim cōstituuntur in rem, siue causam alienam, quidam verò constituuntur in rē suā. l. procurator. ff. de procu. l. iusiurandum. la. j. §. fi. de iureiuran. Procuratores ad litem in causa aliena dicuntur, qui ex mandato alterius in iudicio eius nomine agunt vel defendunt. Ab actoribus constitui propriè dicuntur procuratores; à reis verò constitui propriè dicuntur defensores. De cautionibus & satisdationibus eorum dicetur in tit. seq.

Procurator. *Infamis procurator* *Item procuratores ad litē duplices.*

Causa

Causa istius procuratoris ad litē in causa aliena est man datum cōstituentis. Nisi enim corā in iudicio, vel per scripturam publicam, vel priuatam cōstituantur, ita ꝙ de mandato constet, regulariter non valet cōstitutio, vt colligitur ex Cle.i.cum glo.de procur.vel si non habet mandatū, cautio de rato efficit ꝙ admittitur. Mandatum autē, per quod procurator cōstituitur, est triplex, speciale, generale, & mādatum cum libera: de quibus vide c.qui ad agēdum.extrà, de procu.lib.vi. Procurator in rem suam propriè dicitur is, cui ex aliena causa vtiles actiones creduntur, quas nomine suo intentat, directis penes cedentem remanētibus. Et nos explicauimus in titu.de procur.in processu.

De satisdationibus. Tit. XI.

1 *Satisdatio est securitatis redditio per idoneos fideiussores.*
2 *Satisdare in iudicio qui non cogantur.*
3 *Fideiussores dicuntur idonei duobus modis, circa facultates & facilitatem conueniendi.*
4 *Satisdatio quot, & quibus modis fiat.*
5 *Satisdatio in iure sisti quandiu duret.*
6 *Procurator quando & quomodo in iudicio satisdare teneatur.*
7 *Satisdatio de iudicatum soluendo continet in se tres clausulas, de iudicato soluendo, de reo defendendo, & de dolo malo abfuturo.*



Atisdatio, † est securitatis redditio per idoneos fideiussores.l.i.ff.qui satisd.co. Dico, securitatis redditio: quia si aduersarii nostræ promissioni stare noluerint, tenemur illorū desideria adimplere.d.l.1. Dico, per fideiussores: quia hîc propriè nō fit cautio per pignora. Qui † enim immobilia possident, quæ loco pignorum habētur, in iudicio satisdare nō compellūtur.l.sciendum.in prin.ff.qui sat. cog. Si tamen reus conuentus non habens immobilia, iurauerit se non posse satisdare fideiussoribus, statur suæ iuratoriæ cautioni.§.sed hodie, cū simil.hîc tit.nostr. Dico, idoneos: quia fideiussores, per quos huiusmodi satisdationes fiunt, debent † esse idonei, duplici ratione. Primò, circa facultates, deinde circa facilitatem conueniendi. Circa facultates dicūtur idonei, si sint locupletes.l.ii.in prin.ff.qui sat. cog. Facilitate conueniendi dicūtur idonei, quādo nō sint

1 *Quid sit satisdatio.*

2

3 *Fideiussores debent esse idonei.*

priuilegiatæ personæ, vt mulieres, vel minores, itē clerici vel scholastici, quia tantùm coram suis iudicibus cōueniūtur. Auth. habita. C. ne filius pro pat. c. si diligenti, extrà de foro comp. Itē qui nō sit potens, nec rixosus, vel calumniator, ꝙ facilè possit cōueniri, &c. secundū Bar. in d. l. ij. ff. qui
4 sat. cog. Fiunt † autē satisdationes bifariā. Aut enim fiūt per ipsos principales, aut per eorū procuratores. Circa principales distingue, Aut loquimur de actore: & olim tenebatur ad duas cautiones, de quibus vide gl. in §. sed hodie. in ver. nullā. hîc tit. nostro. Sed illæ hodie non sunt in vsu. Aut loquimur de reo: & hodie tantū tenetur satisdare iudicio sisti hoc est, ꝙ velit expectare in iudicio vsq; ad finē litis. d. §. sed hodie. hîc titul. nostro. Et promittit in hac satisdatione reus, ꝙ velit sistere in iudicio. Fideiussor autē eius promittit se curaturum, ꝙ sistat reus: aliâs promittendo factū alienum nō obligaret. §. si quis aliū. suprà de inutil. stip. Quādo
5 † autem quæritur, quandiu duret hæc satisdatio, distingue, Aut quis fideiussit vsq; ad certum tēpus: & tenetur vsq; ad illud tempus, & nō vltra. Aut promisit simpliciter: & tunc, aut super promissione confecta est publica scriptura: & perpetuò tenetur. Aut est cōfecta scriptura priuata, & subdistingue, Aut actor negligit agere: & tenetur fideiussor rei tantū ad duos menses. Aut agit cōtinuè: & tenetur fideiussor vsq; ad sententiam, quę potest differri vsq; ad trienniū. l. properandū. C. de iudic. Vide glo. hîc, in d. §. sed hodie in ver. ad terminum. Cōmittitur autem illa satisdatio ad interesse. l. ij. §. fi ff. qui satisda. cog. l. fi. ff. si quis in ius voca. nō ierit. Et licet hodie principalis cōuentus non teneatur satisdare de iudicato soluēdo. d. §. sed hodie. hoc tamen intelligitur pēdente iudicio. Verū post latam sentētiam tenetur de iudicato satisdare, etiam hodie, secundum Bar. l. si debitori. ff. de iudi. arg. l. debitoribus. ver. hi qui tibi. ff. de re iud.
6 Circa satisdationes † procuratorū quoq;, distingue, Aut loquimur de procuratore actoris: & tunc si cōstat, eū habere mādatum, vel si actor præsens in iudicio eius personam legitimauerit, nihil satisdat. Si verò de mandato dubitatur, cauet de rato. Est tamen in electione procuratoris, an velit cauere de rato, vel probare mandatū. Item cauet de defendēdo in causa recōuentionis. Si autem constiterit, eum non habere mādatū, nō admittitur etiā cum cautione de rato,

nisi

Satisdationes fiūt bifariam.


Quandiu duret.

Satisdatio procuratorū iudicio sisti.

nisi pro coniuncta persona.l.sed & hæ.ff.de procur. Aut loquimur de procuratore rei:& dic ꝙ tenetur satisdare de iudicato soluẽdo. Nec distinguitur hîc an habeat mandatũ vel nõ, an possideat immobilia vel nõ possideat: indistinctè enĩ tenetur cauere de iudicato soluẽdo. Quæ † satisdatio conti- 7
net tres clausulas, de re iudicata soluẽda, de reo defendẽdo, & de dolo malo absfuturo. Circa hanc cautionem tu ita dic, Aut reus principalis est absẽs:& fit illa satisdatio per alios idoneos fideiussores. Aut est præsens & potest ipse promittere sub obligatione rerũ suarũ in iudicio, vel extra, actori de re iudicata soluẽda, & releuatur procurator à satisdatione. §. sinautẽ. hîc tit. nostro. Et operatur illa satisdatio tantũ, quod mandatũ procuratoris morte domini non finitur. l. si defunctus. ff. de procura. Durat autẽ tantũ in vna instantia, quia si fuerit appellatũ, nõ tenetur procurator in causa appellationis ex prima satisdatione. l. cũ apud. ff. de iud. solui.

De perpetuis & temporalibus actionibus, Tit. XII.

1 *Actiones reales tolluntur vsucapione, & præscriptione: personales vero, si sunt ciuiles, durant triginta annos. & nu. 2.*
3 *Actiones prætoriæ quando sint perpetuæ, & quãdo tẽporales.*
4 *Actiones quæ dicantur transitoriæ, & quæ non.*
5 *Actio per litis contestationem perpetuatur.*


N hoc titulo habes duas actionũ diuisiones. Primò, ꝙ quædam sunt perpetuæ, quędã verò temporales. Perpetuæ dicuntur, quæ longiori tẽpore viuunt, in quibus distingue, Aut loquimur † de actionibus realibus: & dic ꝙ vsuca- 1
pione & præscriptione tollũtur, si s. possessor iusto tempore, & continuo possederit. Nam si quis vult vendicare rem mobilem, durat illa actio per triennium. Si verò immobilem, per decennium inter præsentes, & xx. inter absentes. De his vide quæ diximus sup. de vsuc. & præscr. Aut loquimur † de 2
actionibus personalibus:& subdistingue, Aut loquimur de ciuilibus, & durãt triginta annis. l. sicuti. cũ simil. C. de præscript. triginta, vel quadraginta anno. Hoc tamen fallit in actione, quæ datur pro iniuria reali: hæc enim licet sit per legem Cornel. introducta, & iuris ciuilis, tamen anno tollitur secundũ quosdã. Vide de hoc gl. hîc, in ver. cõstitutionibus

Actionũ realiũ interitus.

Quandiu personales durent.

bus.in fi.& gl.in §.sed & lex Cornelia.suprà de iniuriis. Itẽ fallit in actione in factum repetũdarũ, de qua vide Ioã.de
3 Plat.hîc. Aut loquimur † de prætoriis actionibus: & tũc aut loquimur de rei persecutoriis:& quoq; sunt ꝑpetuæ,id est, durat triginta annis,vt hîc in prin.ver.aliquãdo. Hoc tamẽ fallit,Primò in actione rescissoria,quæ durat anno vtili intentata tamẽ intra annũ vtilẽ perpetuatur.l.in honorariis. §.sed cũ rescissa.ff.de actio.& oblig.§.rursus.3. de actio.Secũdò fallit in actionibus ex ædilitio edicto prouenietibus: nam redhibitoria datur intra annum,& actio quanti minoris datur intra sex mẽses,de quibus vide quæ diximus in §. proponebãt.suprà de iure nat.gen.& ciuili.Tertio fallit in actione Pauliana,quæ datur intra annũ vtilẽ.Quartò fallit in actione de dolo,quæ debet inchoari, & terminari intra bienniũ,nec perpetuatur per litis contestationẽ.l.fi.C. de dolo.nisi dolosus sit factus locupletior ex dolo: tunc enim tenetur perpetuò.l.Sabinus.cum simi.ff.de dolo. Alias fallentias vide apud Iõ.de Pla.hîc. Aut quæritur de pœnæ persecutoriis,& illę sunt annales,vt hîc in prin. Annus autẽ nõ intelligitur cõtinu⁹,sed vtilis,secũdũ gl.hîc.in ver. intra annũ. Fallit tamẽ hoc in actione furti manifesti,quæ est prętoria,& tamen ꝑpetua propter frequentiã illius delicti,vt hîc in text. Item si delinquens est factus locupletior ex delicto priuato,quoq; perpetuatur actio.l.j.in prin.ff.de vi & vi ar.

§. *Non autem.*) In hoc.est alia actionũ diuisio, Quædam enim sunt trãsitoriæ ad hæredes, quædã verò nõ sunt tran
4 sitoriæ ad hæredes. Transitoriæ † ad hæredes sunt omnes actiões reales,& quoq; personales ex cõtractibus, & quasi cõtractibus peruenientes. Non trãsitoriæ ad hæredes sunt omnes actiones pœnales. In his tamẽ distingue, Aut agitur de delicto criminaliter,scilicet ad pœnã corporalẽ, vel ad pœnã adẽptionis bonorũ,vel aliã pœnã fisco applicãdam: & tunc contra hæredẽ non cõpetit actio ex delicto defuncti,non distinguẽdo an sit delictũ priuatũ vel publicũ,item an lis sit cõtestata vel non cõtestata: quia hoc casu crimen morte extinctũ censetur.l.fi.C.si reus vel accus.mort. Si tamen sentẽtia esset lata,in qua quis damnaretur ad amissionem bonorum vel pœnam pecuniariã,fieret executio contra hæredẽ,si reus fuerit mortuus.l.ex iudiciorũ.ff.de accu. Et sunt alij quoq; casus, in quibus dantur actiones contra

hær

hæredes, etiam in criminalibus criminaliter intentatis, vt l. ę
ſæ maieſtatis, hæreſis, repetundarũ, peculatus, & de reſiduis:
de quibus vide gl. hîc in verb. ex maleficiis. Aut agitur ciui-
liter de crimine: & tũc, aut quæris an detur actio hæredi cõ-
tra delinquentem: & reſponde quod ſic, vt hîc in verb. hære
dibus. Hoc tamẽ fallit. Primò, in actione iniuriarum, vt hîc.
Secundò, in actione in factum contra filium vel libertum
vocantẽ patrem vel patronũ in ius ſine venia. Tertiò, in a-
ctionibus popularibus, niſi lis per defunctum ſit conteſtata
ſecundũ gl. hîc in verb. iniuriarũ. Aut quæris an dentur con-
tra hæredes defuncti: & regula eſt ꝙ non, per textum noſtrũ
hîc: niſi lis † ſit conteſtata: per litis conteſtationẽ enim per- 5
petuatur actio, fitq; trãſitoria ad hæredes. Item niſi quid ex *Litis cõte-*
delicto defuncti ad hæredem peruenerit. l. in hęredem. ff. de *ſtatio actio*
calũniatoribus. Hoc tamẽ quoq; fallit in quibuſdã caſibus, *nem perpe*
quos vide hîc in glo. in verb. competeret. & ibi Ioã. de Plat. *tuat.*

§. *Supereſt.*) Hîc nota optimã cautelã. Si qs conuenitur *Cautela*
actione famoſa, & timet quòd conuinci poſſit, ſoluat qđ de *ad eluden-*
bet ante condemnationẽ, & euitat infamiã. Illã cautelã dat *dam infa-*
Bar. in l. infamẽ. ff. de publ. iudi. & repetit eã hîc Io. de Plat. *miam.*

De exceptionibus. Tit. XIII.

1 *Continuatio huius tituli cum præcedentibus.*
2 *Exceptio dicitur actionis excluſio.*
3 *Actio & exceptio in quibus conueniant, & in quibus differãt. & num. 4.*
5 *Exceptiones ſunt triplices, dilatoriæ, perẽptoriæ, & anomalæ.*
6 *Dilatoriæ exceptiones quæ ſint, & quomodo ſubdiuidantur.*
7 *Exceptio dilatoria ſolutionis eſt, quæ differt ſiue impedit ſolutionem in totum, vel pro parte.*
8 *Exceptio dilatoria ſolutionis ex quibus cauſis oriatur.*
9 *Condemnatus in actione perſonali non tenetur iudicatum ſoluere, ante lapſum quatuor menſium.*
10 *Exceptio dilatoria ſolutioni quando opponi ſoleat.*
11 *Exceptio declinatoria iudicij quæ ſit, & ex quibus rationibus colligatur.*
12 *Exceptio declinatoria iudicij debet opponi ante litem conteſtãtam.*
13 *Exceptiones peremptoriæ quæ ſint, & quotuplices.*
14 *Exceptiones peremptoriæ bifariam opponuntur, in vim dilator*

latoriæ, & in vim peremptoriæ.

15 *Exceptione facti quot à Doctoribus soleant numerari.*

16 *Causa matrimonialis nunquàm transit in rem iudicatam.*

17 *Lites sopitæ legitimis transactionibus, non debent nec Imperiali rescripto resuscitari.*

18 *Exceptio transactionis vt valeat, quæ necessariò requirantur.*

19 *Exceptio præscriptionis, an sit iuris vel facti.*

20 *Exceptio iurisiurandi quando impediat ingressum litis.*

21 *Iuramēto iudiciali tollitur tam obligatio ciuilis quā iudicialis.*

22 *Rationes quare exceptio iurisiurandi sit litis finitæ.*

23 *Exceptio solutionis & exceptio acceptilationis, quare sint exceptiones facti. & num. 24.*

25 *Exceptio cōfeßionis vt valeat, quæ de neceßitate requirantur.*

26 *Liberi vel liberti accusantes parentes vel patronos criminaliter repelluntur.*

27 *Omnis exceptio litis finitæ impedit ingressum litis.*

28 *Exceptiones litis finitæ dicuntur, cùm actori nulla competit actio de iure.*

29 *Exceptiones peremptoriæ quæ sint, & quando debeant opponi.*

30 *Iuramentum voluntarium ex quo oritur exceptio peremptoria, iuris est, quod pars parti defert extra iudicium.*

31 *Exceptio doli mali quæ sit, & quotuplex.*

32 *Exceptio quòd metus causa quæ sit, & quando habeat locum.*

33 *Exceptio erroris datur illi, qui promisit quod credidit se debere, cùm non deberet.*

34 *Exceptio nōn numeratæ pecuniæ quæ sit, & quando debeat opponi.*

35 *Exceptio pacti de non petendo quare elidat actionem iuris.*

36 *Exceptio rei iudicatæ quando sit litis finitæ, & quando peremptoria iuris.*

37 *Obligatio naturalis tantū quādo & quare pariat actionem*

38 *Exceptiones peremptoriæ iuris quādo opponi & probari debeāt.*

39 *Exceptiones anomalæ quæ dicantur.*

40 *Infamis an poßit esse procurator.*

41 *Procurator an propter illud ipsum quod sit procurator, fiat infamis.*

1 *Exceptio. Actionis & exceptionis.* 2



Actenus de † actionibus, quæ à parte actorum proponuntur, dictum est, nunc autē de exceptionibus quibus rei contra actores se defendunt, dicendum erit. Dicitur † autem exceptio nihil

nihil aliud,quã actionis exclusio.Dico,exclusio: quia sicuti actiones sunt arma actorũ,ita quoq; exceptiones sunt arma reorũ,quibus intentionem actoris repellunt.Hinc est quòd reus excipiendo dicitur actor:in multis † enim conueniunt 3 actio & exceptio.Primùm,sicuti actor tenetur probare suã intentionem, ita quoq; reus probat suam exceptionem.l.j. ff.eo.l.in exceptionibus.ff.de proba. Secundò, conueniunt, nam sicuti libellus generalis non procedit opposita exceptione generalitatis.l.fi. C.de ann.excep.& habetur in c.j.extrà,de libel.obl.ita quoque generalis exceptio non admittitur,quia censetur inepta. Tertiò conueniunt, nam sicuti in actione,quæ proponitur per viam accusationis, debet in seri locus,& tẽpus.l.libellorum.ff.de accusatio. ita quoque quando deducitur per viam exceptionis.Sunt † quoque qui- 4 dam casus,in quibus differt exceptio ab actione. Primò ꝙ actio debet fieri in scriptis, vt habetur in d.c.j.extrà de libe.obl.exceptio autem non fit de necessitate in scriptis.l.scire oportet.§.oportet.ff.de excusat.tut.Iudex tamen ex officio faciat eam redigi in scriptis.c.quoniã contra falsam.extrà,de probatio.Secundò differunt,quia actio debet continere conclusionem,secundum Bar.in l.j.ff.de eden.In exceptione autem hoc non requiritur,sed sufficit eam simpliciter proponi,secundum Bart.in d.l.j.ff.de except.Licet enim excipiens dicatur agere,& sic sub nomine actionis compræhenditur exceptio.Hoc tamen procedit non propria significatione,sed impropria,& larga. Et ideo si statutum meminit actionis, non potest intelligi quoque de exceptionibus, quia verba statutorum debent propriè intelligi, secundum Bar.in d.l.j.ff.de except.Exceptiones † autem sunt triplices, 5 dilatoriæ,perẽptoriæ,&anomalæ.l.iiij. ff.eo.§.appellantur. hîc tit.nostro gl.& Panor.in c.exceptionem.extrà eo. Legista in l.exceptionem.C.de prob.& l.si quidẽ.C.de excep.

Exceptiones quotuplices.

Dilatoriæ † exceptiones, dicuntur exceptiones tempora- 6 les,quæ scilicet tantùm ad tempus nocent,temporisq; dilationem tribuunt.Et dicuntur dilatoriæ,à differẽdo,quia negotium differunt.Sunt autem duplices, Quædam dicitur dilatoria solutionis,quædã verò declinatoria iudicij.Ita diuidit Spec.in tit.de exceptio.§.exceptionũ.vel.dilatoriæ.

Dilatoriæ

Dilatoria † solutionis propriè dicitur,quæ differt siue im 7 pedit solutionẽ in totũ,vel pro patre.Exemplum:Si promisi

tibi decem post biennium, & tu statim post mensem petis, repello te per exceptionem, scilicet non teneor ad solutionē
8 ante lapsum biennij, quia ita ab initio cōuentū est: arg. l. cedere diē. ff. de verb. sign. Et oritur † hæc exceptio ex multis causis. Primò, ex ipso contractu, vt quod ꝓmisi tibi in diem, & tu petis stat:m. l. cōtinuus. §. cùm ita. versic. nā & quod in diem. ff. de verb. obli. Secūdò, ex pacto: vt quia ab initio purè obligatus eras, & posteà feci tibi pactū de nō petēdo vsq; ad certū tēpus. l. iij. §. tēporales. ff. e. Tertiò, oritur ex legis di
9 spositione: vt quia † cōdemnatus sum in actione personali, ideo non teneor iudicatum soluere, ante lapsum quatuor mensium, vt notatur in l. ij. cum si. ff. de re. iud. Item quando vxor vel eius hæredes soluto matrimonio repetūt dotem, non tenetur maritus reddere ante annum, à die soluti matrimonij, qua defendit se per exceptionē dilatoriā solutionis. Huc quoque refer exceptiones, quibus quidā se defendūt à solutione solidi, quales sunt dominus, & pater, quando agitur contra eos de peculio filij vel serui. Secundò, maritus, quando vxor repetit dotē. Tertiò parēs, & patronus, quādo cōueniūtur à filiis & libertis. Quartò, quādo agit socius cū socio. Quintò, si quis cōuenitur ex sua donatione. Sextò, is, qui cessit bonis: nā illi omnes habent exceptionem ex lege, qua se defendūt, ne scilicet teneantur soluere solidū, sed quātum facere possunt. Et sic differtur solutio pro parte. §. sunt prætereà. cum §. seq. sup. de actio. l. sunt qui in id, cum multis simil. ff. de re. iud. Et ita in effectu decidit Spe. in tit. de exce. §. nunc videdū. in prin. Si autem quis obiiceret sex exceptiones posteriores non esse dilatorias, sed perēptorias, ideo ꝙ pro parte perimant actionē: responde, quòd non perimant actionē pro parte, sicuti videmus in eo, qui cessit bonis qui licet primò iuuetur ab exceptione, ne condemnetur in solidū, si tamen posteà peruenit ad pinguiorē fortunā, semper cōueniri potest, in quantum facere potest. Et sic differt hæc exceptio tantū partē solutionis, nō perimit, sed de hac quæ
10 stione fortè infrà dicemus. Opponitur † autē hæc exceptio dilatoria solutionis ante litē contestatam: & probatur tunc demū, quando actor suam intentionem fundauit. Si autem actor suā intentionē non fundauerit, nihil obest reo exceptionis obiectio. Per eā enim, licet sit affirmatiua actori, intentio fundata nō est. l. si quidem. C. eo. l. exceptionem. C. de pro

Ex quibus causis oriatur.

Quando opponenda sit.

proba.glo.in c.exceptionem.extrà,de except. Sed super hac quæstione,quando scilicet exceptio dilatoria solutionis op poni debeat,sunt variæ opiniones Doct. de quibus vide Pa nor.in d.c.exceptionem.extrà eod.

Declinatoria†iudicij dicitur,quæ forũ mutat,& illa colligitur ex multis rationibus. Primò ratione iudicis, qui est incompetens,suspectus,bannitus,infamis,minor xxv.anno. damnatus lege Iulia repetundarum, surdus,mutus,furiosus, mulier, à dignitate propter delictũ amotus, quod propter calumniã in aliqua causa tulit sententiam,Itẽ ꝙ est Iudęus, hæreticus,&c. Alias similes exceptiones vide apud Spec. in tit.de iudi.deleg. §.excip.potest.& in tit.de recusa.Illæ autẽ exceptiones,quib.iudex recusat, sunt proponẽdæ nõ tãtùm ante litẽ contestatã:sed etiã ante omnes alias dilatorias:nã proponẽdo alias coram iudice, videor personã eius approbare,nec deinde eum reprobare possum,secũdũ Panor.ind. c.exceptionẽ:nisi pars ignorauerit iudicẽ esse incõpetẽtem: tũ enim etiã post sentẽtiam poterit opponere.l.fi.iuncta gl. C.eod. Secũdò colligũtur ex persona actoris:vt quia est infans,pupillus,vel adultus, & vult agere sine tutoris, vel cura toris authoritate,ꝓdigus,surdus, mutus,nõ edẽs libellũ,&c. de quibus:vide Spec.in tit.de actore.Tertiò colligũtur exce ptiones ex persona rei,vt quia est parẽs, vel patronus actoris,& cõuenitur sine venia,ꝙ est consul,vel aliquis summus magistratus.Itẽ clericus conuẽtus corã iudice laico. Idẽ dic de medicis,doctorib⁹ iuris, & professoribus artiũ liberaliũ, qui cogi non possunt esse in iudicio,de quibus vide Spec.in tit.de reo. Quartò colliguntur ex persona procuratoris, vt quia est mulier,minor accusatus de crimine, nec purgatus, redẽptor litis,excedẽs fines mãdati, furiosus prodigus, surdus,mutus,mente captus,&c.de quibus vide Spec. in titu.de procu.§.ratione. Quintò colligũtur ex rescripto, vt quia est falsum,surreptitium,cancellatũ,rasum,ꝙ litera non est vniformis, &c. de quibus vide Spec.in tit.de rescrip.præsentat. §.j.igitur.cum seq. Idem dic de exceptionibus,quæ colligũ tur ex mandato procuratoris. Idem de illis, quæ colligũtur ex ipsa citatione,de quibus vide Spec.in tit.de citat. Sextò colligũtur ex ipso loco iudicij, vt quia nõ est tutus propter incursum hostiũ,vel latronũ,vel etiam propter imminentẽ pestem.Cle.pastoralis.versi.esto igitur. de sent.& re iudi.c.

11 Exceptio declinatoria iudicij.

accedens.la ij.extrà,vt lite non contest. & ibi Panor. Item quòd in alio loco soluere tenetur.§.huic autē. s. de actio.c. vnico.extrà,de plus petitio.Septimò colligũtur ex ipso tempore,vt quia quis citatus ad diem feriatã, vel tẽpore messis, siue vindemiarũ,vt ff.& C.per totũ, de feriis.& extrà,de feriis.Octauò colliguntur ex causa, vt quia aliquis cõuenitur super pluribus actionibus personalibus coram diuersis iudicibus.c.dispendia.extrà,de rescriptis.in vj. Nonò colliguntur ex libello,vt quia non habet mediũ concludendi,vel est generalis,&c.vide Spec in tit.de except.§.exceptionum igitur.versic.dilatoriarum.& Panor.in d.c.exceptionē.Cle.pastoralis.versi. esto igitur.de sent.& re iud.c.accedens.la j.&

12 ibi Panor.extra,vt lite nõ cõtest.Et illæ†declinatoriæ iudicij opponẽdæ sunt,& probãdę ante litē contestatam,ad hoc vt litis ingressum impediãt.l.ita demũ.C.de procu.l.fi.C.de excep.l.exceptionem.C.de prob.l.non ignorat.cum multis similibus.C.qui accus.non possunt. Et potest iudex reo terminum statuere,intra quē omnes simul proponat.c.pastoralis.extrà,de excep. Si tamē post litē cõtest.quãdocũque exceptio dilatoria incœperit cõpetere,tũc poterit post lit.contest.Vide de hac materia,q̃ notant̃ in c.pastoralis.extrà,eo.

Quãdo sit opponẽda.

13 Exceptiones†verò peremptoriæ, siue perpetuæ dicũtur, quæ actionē perimunt, seu elidunt.§.appellãtur.hîc tit.nost. Et sunt duplices exceptiones,perẽptoriæ facti,siue intẽtionis,& exceptiones peremptoriæ iuris.Exceptiones peremptoriæ facti dicũtur,quæ de facto perimũt intẽtionē actoris,quãdo scilicet actori de iure nulla cõpetit actio,sed tãtũ agit de facto,vt quando reus neq; naturaliter neq; ciuiliter ei obligatus est:vel est quidē obligatus,sed tãtũ naturaliter, nõ autē ciuiliter: qa ex illa naturali obligatione nulla orit̃ actio de iure.Igitur quoq; nõ est opus exceptione iuris,sed

Peremptoriæ exceptiones.

14 satis est opponere de facto,vt s.diximus.Opponũtur † autē illæ exceptiones bifariã,in vim scilicet dilatoriæ, & in vim perẽptoriæ.Quãdo in vim dilatoriæ opponũtur ante litem contest.opponẽdæ,& incontinẽti probandæ sunt,ad hoc vt litis ingressum impediant.Quando verò in vim perẽptoriæ opponũtur,opponi & probari debent post litē contest.vide gl.& Doct.in c.exceptionē. extrà eo. & quæ notãtur in l.fi.

Peremptoriæ quot modis opponantur.

15 C.eo. Enumerantur†autē à doctoribus multæ exceptiones facti.Prima est,rei iudicatæ.Nã si sentētia est lata quę trãsi-

uit in rē iudicatā,per eā sublata est ciuilis obligatio, etiam si fuerit iniqua. Igitur actor denuò agens per exceptionem rei iudicatæ,repellitur. Ad hoc autē vt hæc actio competat, requirūtur tria. Primò, ꝙ sentētia sit lata à iudice cōpetenti, qui scilicet habuit ius iudicādi.l.iiij.§.condēnatum. de re iudi.l.i.in fin.ff.de pœnis.Si autē,à non suo iudice fuerit lata sententia, ipso iure non tenet.c.at si clerici.cum simil.extrà de iudiciis.in antiquis.c.seculares.extrà,de foro compe.co.lib.De defectu enim iurisdictionis semper potest opponi,vt notatur in cle.j.de sequestra.poss.& fruct. Secundò requiritur,quòd sentētia sit lata iuris ordine seruato, & sic quòd non sit contra ius constitutionis.l.prolatam.C.de sen.& inter.om.iud.l.ij.C.quando prouoc.non est necesse. Si autem non contra ius constitutionis,sed contra ius litigatoris lata esset sententia, nec ab ea intra decem dies appellatum, transiret in rem iudicatam, & valeret.c.cùm inter.extrà,de re iud. Tertiò, quòd ab ea non sit appellatum intra decem dies. His tribus concurrentibus,competit exceptio rei iudicatæ,quę est intētionis & facti tam in ciuilibus,quàm in criminalibus.c.de his.extrà,de accu.Hoc tamē fallit in† causa 16
matrimoniali,quæ nunquā transit in rem iudicatā,quin possit retractari comperta veritate. Nec obstat in eis exceptio rei iudicatæ.c.lator.extrà,de sent.& re iud.& sic habes quoque explicatam primam partem glo.magnæ in verb.finita.

Causæ matrimonialis nūquā trāsit in rem iudicatam.

Secunda exceptio facti, quæ litis ingressum impedit, est transactionis,per tex.nostrum hîc, & concordat.l.elegāter.§.si quis.ff.de condict.indeb.l.fratres tui.C.de trāsac.l.neq;.ff.de in ius vocā.Et est ratio,quia lites† legitimis trāsactio- 17
nibus sopitæ, etiam imperiali rescripto resuscitari non debent.l.causas.cum simi.C.de trāsact.Sed in† hac exceptione 18
tria requiruntur.Primò ꝙ fiat trāsactio inter personas,quæ possint trāsigere,vt non inter pupillos,siue adultos,sine tutoris,vel curatoris authoritate,non cum filiofamiliâs super peculio profectitio, nō pater cū filio,nō dominus cū seruo.l.interpositas.§.sed quoniam.C.de trāsactionibus.Idem dic, si esset facta super rebus, super quibus non potest trāsigi,vt sacris,sanctis,religiosis. Item super libero homine,&c.vt supra de rerum diuisione.§.nullius.cum simil. Secundò,quòd sit facta bona fide. Si enim dolus intercesserit,& quis exceptione trāsactionis se defendere voluerit replicatur contra

Vis trāsactionis.

In exceptione trāsactionis requisita.

exceptionem de dolo.l.tres fratres cum multis simil. ff.de pactis. Item,si metu fuisset coactus quis ad transigendum, quoque rescinderetur transactio. d.l.interpositas.in princi. C.de transact.Tertiò,quòd non fiat post rem iudicatã:quia talis transactio non valet, d.l.eleganter. §.si post rem.ff. de condi.indebit.nisi negetur iudicatum esse,vel ignorari potest an sit iudicatum.l.post rem iudicatam. ff.de transactio.

19 Tertia exceptio litis finitæ,siue facti,est exceptio præscriptionis.Sed super hac quæstione,an scilicet exceptio præscriptionis sit exceptio iuris vel facti,& sic an opposita ante litem cõtestatã impediat litis ingressum,nécne, sunt cõtrariæ opiniones.Primò enim videtur ꝙ sit exceptio iuris,debeátque probari postquã actor suã intẽtionem fundauerit, & sic post litẽ cõtestatam, per tex.ad literã in l.emptor. C. de præscriptio.long.temp. Et habet hæc opinio optimas rationes. Primò, quia licet per vsucapionẽ dominium rerum immobilium ipso iure transferatur.l.traditionibus.C.de pactis.tamen per præscriptionem non tollitur dominiũ rerum immobiliũ ipso iure,sed ope exceptionis,secundũ gl.& quæ ibi not.in verb.dominia rerũ.suprà de vsucap.in prin. Cùm ergo per præscriptionẽ dominiũ ipso iure nõ sit sublatũ, tamen sequitur quòd pro re præscripta adhuc cõpetat actio de iure,quæ non per exceptionẽ facti, sed ipso iure elidẽda est,& sic opposita litis ingressum nõ impedit,per textũ nostrum hîc,& c.j.de litis contest.in vj.Secundò, sicut tempus non est modus inducendæ obligationis,ita nec tollendæ,l. obligationum ferè.§.placet.ff.de actio.oblig.l.seruitutes.ff. de serui.§.at si ita.suprà de verb.obli.Si ergo tempore,& sic præscriptione obligatio ipso iure nõ tollitur,sequitur quòd etiã actio,quæ non per exceptionem facti,sed iuris elidẽda est,& sic post litis cõtestationem iure adhuc duret. Et hanc opinionẽ tenet gl.hîc,& in d.c.j.de litis contest.in vj. Contraria tamẽ opinio, videlicet quòd exceptio præscriptionis sit litis finitæ,& ante litẽ contestatã opposita,impediat litis ingressum,videtur verior.Hoc probatur,quia omnes exceptiones litis finitæ sunt exceptiones facti,impediúntq; litis ingressum,per tex.nostrum hîc.& tex.d.c.j. de lit.contest.in vj.Præscriptio autem est introducta ad hoc, vt sit litium finis.l.finã.ff.pro suo. Ergo exceptio præscriptionis tanquam litis finitæ impedit litis ingressum. Et sunt textus expressi in

Exceptio præscriptionis an sit iuris vel facti.

Tẽpus nec tollẽdæ, nec inducendæ obligationis modus est.

in l.j.in fi.ibi, vel longo ſilentio ſopita.ff. ad S.C. Tertul.l. tranſacta.ff.de verb.ſigni.& expreſsiùs in l.ſicut.in fin.& l. omnes.in fin.C.de præſcip.xxx.vel xl.anno.l. licet. per argumenta à cõtrario ſenſu.C.de iure delib.Pro vitãda ergo contrarietate, ita diſtingue ſecundum Doct. Aut exceptio præſcriptionis proponitur ad merita & iuſtitiã, vt dicatur, actorem ius non habere, & me abſolui debere ſcilicet ab actione,quia præſcripſi,vel actio eſt perẽpta.& tunc, quia opponitur in vim perẽptoriæ,nõ impedit litis conteſtationem. Et in hoc intelligenda ſunt iura pro prima opinione adducta. Aut exceptio præſcriptionis opponitur ad proceſſum impediendũ,vt ſi dico actorẽ agere nõ poſſe, nec litẽ eſſe cõteſtandã,quia actio eſt perẽpta pręſcriptione:& tũc quia opponitur in vim dilatoriæ,impedit litis ingreſſum,& dicitur litis finitæ:& in hoc caſu intelligenda ſunt iura adducta pro ſecũda opinione.Itẽ tenet Cynus in d.l. emptor. C.de præſcrip.longi tẽporis.Bal.in l.edicto.verſic. xiij.oppono.C.de edicto diui Adriani tollendo.Bart. in d.l, fin.& multis aliis locis.ff. pro ſuo. Petrus de Anchara. & Philip. Franc.hîc Aret.in §.æquè.verſi.octauo.eod.tit.

Nec obſtat quod ſuprà dictũ eſt, dominium per præſcriptionem nõ tolli:quia ſecundũ Ange. in d.§.æquè. reſpondetur quòd etiã ſi vera eſſet opinio quorundam tenẽtium ipſo iure non tolli dominium per præſcriptionem, tamen certum eſſet quòd acquiratur quaſi dominiũ, & tollantur per eam ſaltem hoc caſu actiones reales. Idẽ reſpõde ad l. obligationum ferè.§.placet.cum ſimil.ff.de actio.& oblig. quia illa iura planè loquuntur in diuerſo caſu.Nam cùm in his ex conuentione partium debeatur ad tempus, merito quoq; in illa obligatione non debet attendi tempus, neq; in inducenda vel in tollenda obligatione, ſed ſolùm quod inter partes conuentum ſit.Secus autẽ eſt in præſcriptione, vbi nulla præcedit conuentio partium, ſed fit ex negligentia non petentis,iuncta poſſeſsione præſcribentis. Ideo ſi quis per triginta annos poſſederit rem aliquam, obligatio & actio extincta eſt,non ſolùm propter lapſum temporis, ſed quia ipſe poſſedit per illud tempus, & aduerſarius neglexit petere.Et ita in effectu reſpondet Auge. *Præſcriptio quid pariat.*

Quarta † exceptio ante litem conteſtatam oppoſita litis ingreſſum impediẽs,eſt exceptio iuriſiurãdi:& quia in hac 20 *Exceptio iuriſiurandi.*

quoque sunt opiniones cōtrariæ,tu distingue,Aut reus exci
pit de iuramēto actoris , vt quia actor iurauit amplius non
agere vel petere:& hæc sine cōtrouersia est litis finitæ,ne s.
aperiatur via periuris.c.veniens.§.cum igitur. extrà, de ac-
cusat.Spec.in tit.de excep.§.dicto de dilatoriis.versi. si verò
aliqua.Ang.Aret.& Io.de Pla.in d.§.æquè.suprà de actio.&
Doct.hîc.Aut reus excipit de proprio iuramento,vt quia iu
rauit se nō esse obligatū,vel rem petitam esse suam:& subdi
stingue,Aut loquimur de iuramēto volūtario,quod scilicet
pars defert parti extra iudicium,& ex eo oritur exceptio iu
ris,quæ non impedit litis ingressum:nam propter cōsensum
deferētis & iurātis tollitur naturalis obligatio per hoc iusiu
randum.l.Stichum.§.naturalis.ff.de solu.& ibi Barto.Quia
autem illa dilatio fit extra iudicium,manet iurans nihilomi
nus obligatus ciuiliter:quæ obligatio parit quidem actionē,
licet non cum effectu exactionis. Eliditur enim post litem
contestatam per exceptionem iurisiurādi in vim perempto
riæ oppositam. Et in hoc casu potest intellig:.d.§.æquè. in
verb.obligatus.hîc tit.nostro.Et patet quoque responsio ex
hoc,ad opinionem Angeli. Aut loquimur de iuramento ne
cessario,quod scilicet iudex in defectum probationum de-
fert partibus in iudicio:& dic quòd ex eo oritur exceptio li
tis finitæ,quia tale iuramentum habet vim rei iudicatæ,se-
cundum Bar.in d.l.Stichum.§.naturalis. Ideo sicuti per rem
iudicatam tollitur ciuilis obligatio.d.l.Iulianus.cum ibi no.
ff.de cond.indeb.ita quoque per iuramentum necessarium,
quia fit in iudicio ex delatione iudicis,secundum Bart.in d.
21 §.naturalis. Aut loquimur †de iuramēto iudiciali, quod sci-
licet pars parti in iudicio defert,iudice approbante: & tunc
quia in hoc, concurrunt consensus partium propter dilatio
nem,& quoq; authoritas iudicis approbātis, tollitur vtraq;
obligatio, naturalis propter consensum, ciuilis propter au-
thoritatem iudicis:ideo quoque oritur ex eo exceptio litis
22 finitæ.Et est ratio,†Primò quia post huiusmodi iuramētum
delatum & præstitum,Prætor non dat actionem,cum nulla
subsit obligatio.l.ait prætor.la ij.& l.nam & posteà.ff.de iu-
reiur.Et regula est,ꝙ nemo sine actione experitur.l.si pupil
li.§.videamus.ff.de neg.gest.Secundò,hoc iuramentum ha-
bet vim transactionis.l.ij.ff.de iureiur. ergo sicuti exceptio
transactionis est litis finitæ,ita quoque iusiurādum. Tertio,

Iuramētū iudiciale quā obligationē tollat
Quare exceptio iuramenti iudicialis sit litis finita.

i usiu

iusiurandum habet maiorem authoritatẽ,quã res iudicata. d.l.ij.ff.de iureiur.ergo cũ ex re iudicata oriatur exceptio litis finitæ,multo magis ex iureiurãdo. Quartò,omnis cõtrouersiæ finis est iuramentum.c.& si Christus.§.Iacobus. extrà,de iureiurã.ergo exceptio iurisiurãdi est litis finitæ. Quintò,dato iureiurando tãtùm quæritur,an sit iuratum, nec alia quæstio admittitur.l.nõ erit.§.dato.ff. de iureiu.§. si quis postulãte.suprà de actio.Incõtinenti autẽ debet hęc exceptio probari Si enim dubitetur an sit iuratum,obiecta nõ impedit litis ingressum.d.l. nam posteà. cum ibi not.ff. de iureiur. Bar.in l.cùm quærebatur.§.proinde.la ij.ff.iudi. sol.Prædicta autem omnia vera sunt,si iuramẽtum est licitum & honestum,nec super re turpi præstitum. c. quemadmodum.c.quanto.cum multis simil.extrà,de iureiur. Alias fallẽtias vide apud Io de Plat.in d.§.æquè.hìc tit.nostr.De hac exceptione vide Legistas in d.l. ait prætor. & d.l. nam posteà.cum multis similibus.ff.de iureiur.& in l.cùm quærebatur.§.proinde. la ij.ff.iudic.solui. Canonistas in d.c.& si Christus.extrà,de iureiur.Doct.hìc in d.§.æquè.

24 Quinta†exceptio facti est exceptio solutionis.l.cũ quærebat.§.pinde.ff.iudicatũ solui.quia solutione eius, qd debet,omnis tollit obligatio.I. quib' modis tol. obl. in prin. *Exceptio solutionis.*

25 Sexta est†exceptio acceptilationis. d.l. cũ quærebatur. §.proinde.Sicuti enim stipulatio fit per interrogationẽ & responsionem ad obligãdũ naturaliter & ciuiliter.suprà & ff.de ver.ob.p tot.Ita quoq; fit acceptilatio per interrogationem & responsionem ad liberandum à ciuili & naturali obligatione.Est enim quasi quædam imaginaria solutio.§. item per acceptilationem.suprà quib.mod.tol.oblig. *Exceptio acceptilationis.*

26 Septima est exceptio†confessionis, quãdo scilicet quis confessus est,aduersarium ei nõ esse obligatum ex illa causa.Et in hac requiruntur tria.Primò,q fiat cõfessio in iure. Confessi enim in iure pro iudicatis habentur, & post cõfessionem in iure factam,nihil amplius quæritur.l.vnica.C.de confes.l.post rem.ff.de re iudi.l.j.& ibi Bar.ff.de confes.Et dicitur in iure fieri,quãdo fit coram iudice,vbicunq; sit.siue sedeat p tribunali,siue domi,siue in balneo sit.l.voluit. §.quod ait.ff.de interro.act.Secũdò,q fiat aduersario præsente.Tertiò q aduersarius acceptet eam. De hac materia vide copiosissimè Doct.in d.l.vnica.C.de confes. *Exceptio cõfeßionis, & quæ in ea requirantur.*

Octaua est exceptio renũtiationis, quãdo scilicet quis liti renuntiauit.l.postquàm liti.C.de pact. De hac materia vide Doct.in d.l.postquàm liti.

Exceptio ex concordia de crimine. Nona est exceptio ꝓueniẽs ex pacto, vel cõcordia facta in criminalib⁹, eo casu, quo põt trãsigi, secundũ Bal.& doc. in l.trãsigere.C.de trãsa. Et hoc maximẽ ꝓcedit in iniuriis, quæ remissione & dissimulatione tollũtur.§.fi. cũ simi.ĩ.de iniu. Sed hęc exceptio cõcurrit cũ exceptione trãsactionis.

26 *Exceptio quæ datur parentibus & patronis.* Decima est † exceptio, quæ datur parentibus & patronis contra liberos & libertos, proponentes actiones famosas: nam hac actione simpliciter repelluntur.l. non debet.ff.de dolo. Huc refer omnes exceptiones prȩiudiciales: veluti, tu non es hæres, igitur non poteris agere familiæ ercîscũdæ. l.j.ff.famil.ercis. Itẽ, tu es adulter, igitur non poteris agere ad separationem thori.c.fi.cum multis simil.extrà, de adul. Itẽ, es filiusfamiliâs, seruus, vel non legitimè natus: de quibus ĩ.in rationibus dubitãdi. Alias exceptiones similes vide Apud Ang.in d.§.æquè.hîc ti.nostro.& Philip.Fran.hîc.

Sed tu obserua, ne decepiaris, quia quas enumerat, non sunt omnes litis finitæ. Insertæ enim sunt quædã dilatoriȩ, vt dilatoriæ solutionis, item cessionis bonorum, & similes, quas ideo recẽsuerunt, quia impediunt litis ingressum. Illa autem propositio non est vera: Omnis exceptio, quæ impedit litis ingressum, est litis finitæ, vel peremptoria facti siue intentionis, cũ idem faciãt omnes dilatoriæ. Hæc vera est:

27 Omnis † exceptio litis finitæ impedit litis ingressum: ideo vt tu possis iudicare, quæ proprie sint exceptiones litis finitæ, hoc modo conclude: Quandocunq; † cõcludi potest, ꝙ

28 *Quæ propriè sint exceptiones litis finitæ.* actori nulla cõpetit actio de iure, certũ est ꝙ sit exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum, modò possit inconti nẽti probari: nam sine actione nemo experitur.l. si pupilli. §.videamus.ff.de neg. gest. Sed nulla cõpetit actio, si reus cum actore neq; contraxit, neq; quasi contraxit, nec deliquit, nec quasi deliquit.§.sequẽs.ĩ.de oblig. Aut quidẽ cõtraxit, sed obligationes sunt sublatæ, ita ꝙ nec naturaliter, nec ciuiliter actori obligatus est, vt quia trãsegerunt, vel reus soluit, vel liberatus est per accepilationẽ: vel est quidem obligatus, sed tantũ naturaliter, non autem ciuiliter: quia tunc quoq; nulla competit actio, vt est in exceptione Macedoniani, & Velleiani, vt ff.co.ti. Hoc casu omnes ex-

cept

ceptiones cõtra huiusmodi actores sunt litis finitæ.Item si actoris nõ interest ratione dominij,vel quasi dominij, nec ratione alicuius iuris,nec ratione Reipublicæ, nec ratione populi,vt in actionibus popularibus: & tũc quoq; nulla cõ petit actio:igitur datur exceptio litis finitæ,siue facti, siue intentionis. Et tantũ de exceptionibus peremptoriis facti.

29 Exceptiones perẽptoriæ†iuris dicuntur,quibus eliditur actio illius,cui cõpetit quidẽ actio de iure,sed nõ cum effectu exactionis.Vt est in illis casibus,quãdo reus nõ est naturaliter obligatus actori,sed tãtũ ciuiliter : hoc enim casu licet ciuilis obligatio pariat actionẽ, illa tamẽ cùm non habeat effectũ exactionis,eliditur per exceptionẽ peremptoriam iuris. Et post litis contestationem huiusmodi exceptiones opponẽdæ sunt:nõ enim impediũt litis ingressum, per textum nostrum hîc,& per tex.in c.j.de lit.cõtest.in vj. *Exceptiones peremptoriæ iuris.*

30 Prima†itaq; exceptio iuris,est exceptio iurisiurãdi ex iuramẽto volũtario,nõ autẽ necessario,vel iudiciali orta.Iuramẽtũ enim volũtariũ est quod pars parti defert extra iudicium:& sic in quo est cõsensus vtriusq;,deferẽtis & iurãtis, propter quẽ tollitur naturalis obligatio.l.Stichũ.§. naturalis.ff.de solut.& ibi Bart. Quia autẽ fit extra iudiciũ, per id obligatio ciuilis nõ tollitur,ideo competit de iure quidem actori ius agẽdi,sed nõ cũ effectu exactionis.Eliditur ergo eius actio per exceptionẽ iurisiurandi.d.§.æquè. hîc tit.nostro.Et vide quæ diximus.suprà de exceptione iurisiurãdi. *Prima exceptio iuris.*

31 Secunda†est exceptio, qua repellitur is, qui agit ad id, quod dolo ꝓmissum est,vt hîc in princ.tit.nostri.Nã licet dolus impediat naturalem obligationem,quia tamen promissio fit,inde oritur ciuilis obligatio,ex qua adhuc agi potest,sed eliditur actio per exceptionem.l.j.§.ideo.ff.de except.do.ma.Et licet hæc exceptio secundũ glo. & Bar.in l. qui se debere.ff.de condic.caus.data,&c. sit quintuplex, tu breuibus dic quantũ ad propositum attinet. Aut dolus dedit causam contractui bonæ fidei:& tũc contractus est ipso iure nullus.Et sic per cõsequens hoc casu exceptio doli mali est exceptio intentionis siue facti.l.&.eleganter. in prin. cum simil.ff.de dolo.Aut dolus dat causam contractui stricti iuris:& tunc oritur quidem actio, sed actor exceptione doli repellitur,ne scilicet dolus doloso patrocinetur.Idem dic, si dolus coincidit.l.j.§. ideo.ff. de except. do .ma. De *Exceptio doli mali.*

hac materia,quando ſ.dolus dat cauſam contractui, vel co incidit,vide quæ notantur in d.l.& eleganter.ff.de dolo.in l.ſi quis cum.ff.de verb.obl.glo.& Doc.in §. actionum autem.in ver.bonę fidei.cum multis ſimilibus.ſuprà de actio.

32 *Exceptio quod metus cauſa.* Tertia†eſt exceptio,quod metus cauſa,qua ſ. repellitur is,qui petit quod metu promiſſum eſt.l.ſi donationis.C.de his, quæ vi metúſve cauſa. Nã & metus impedit naturalẽ obligationẽ:igitur ex ſola ciuili hîc agitur.Requirit autem ꝙ ſit talis metus,qui cadat in cõſtantiſsimũ quẽq; vt metꝰ mortis,cruciatus corporis,capitaliũ minarũ,potentiæ, &c. d.l.ſi donationis.& l.ſi per vim.iuncta l.fi.C.de his, quæ vi metúſve cauſa.Propter vanũ enim metũ nulla datur exceptio.l.metũ.C.qđ met. cauſ.c. de muliere. extrà de ſponſa.

33 *Exceptio erroris.* Quarta†exceptio de errore,quæ ſ.datur illi, qui promiſit quod credidit ſe debere,cũ nõ deberet. Obligatur enim ciuiliter propter promiſsionẽ.Cùm autem error impediat cõſenſum.l.ſi per errorẽ.ff.de iuriſdi.om.iud. ſequitur quoque ꝙ nulla ſubſit naturalis obligatio,ſi conſenſus deficit. Vide princip.tituli noſtri,iuncta gloſſa in ver.promiſiſti.

34 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ.* Quinta†eſt exceptio nõ numeratæ pecuniæ, quæ datur illi,qui ſpe futuræ numerationis cõfeſſus eſt ſe debere certam quantitatem,quam tamen nõ accepit:hic obligatur ciuiliter propter confeſsionẽ,ſiue chirographum.C.per totũ tit.de nõ nume.pecu.& ſuprà per tot.de lit.oblib. Quia tñ numeratio non acceſsit , naturalis obligatio orta nõ eſt:& agitur tantùm ex ciuili,quæ eliditur per hanc exceptionẽ. §.idẽ iuris hîc tit.noſtro.Et opponitur hæc exceptio intra biennium.l.in contractibus.C.de nõ nu.pec. Si enim intra biẽnium hæc exceptio fuerit oppoſita,incumbit onus probandi ipſi actori,q; probet ſcilicet pecuniam eſſe numeratam.Poſt biennium verò oppoſita,incumbit onus probandi ipſi reo,ꝙ probet ſcilicet negatiuam , nempe pecuniam non eſſe numeratam,vt notatur in d.l.in contractibus.

35 *Exceptio pacti de non petendo.* Sexta†eſt exceptio pacti de non petendo,quæ ideo elidit actionem iuris,quia per pactum de nõ petẽdo , eliditur tantum naturalis obligatio,& ciuilis remanet. Sicuti enim nudum pactum nõ parit efficacem obligationem ad agendum.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.cum ſimili.ff. de pact. ita quoq; non poteſt eam tollere ipſo iure,ſed tantùm ope exceptionis.Hoc tamen fallit primò in omnibus cõtractibus,

bus,qui cōſenſu cōtrahuntur: quia illæ obligationes nudo conſenſu re integra tolluntur.§.fi.ſ. quib. mod. tol. obl.l. ſi vnus.§.pactus ne peteret.ver.idem dicemus.ff.de pact. Secundò fallit in actionibus famoſis ex maleficiis deſcendentibus,vt furti,iniuriarum,& ſimilium: quia iſtis caſibus per tale pactum obligationes & actiones ipſo iure tolluntur.l. ſi tibi.§.quædam.iuncta glo.in ver.tolluntur.& l. ſi vnus.§. pactus ne peteret.ver.ſed ſi pactum.ff.de pactis.

Septima†eſt exceptio rei iudicatæ,in qua dic,Aut eſt lata ſententia condēnatoria,quæ tranſiuit in rem iudicatā,& ex ea oritur actio.l.actori.C.de reb.cre.l.miles.§.fi.ff.de re iud. Aut lata eſt ſententia abſolutoria:& tunc,aut reus non ſimpliciter abſoluitur,ſed pronūtiatur,eum quoq; eſſe dominum rei petitæ: & illa ſententia ſi trāſit in rem iudicatā, parit exceptionē litis finitæ,per tex.noſtrum hîc.Et ita intellige iura ſuprà de excep.rei iud.pducta. Aut eſt ſimpliciter abſolutoria,vt quia reus abſoluit ideo, quia actor nihil probauit,&c.& tūc datur exceptio rei iudicatæ,quæ nō eſt litis finitæ,ſed perēptoria iuris. Tollit enim talis ſententia tantū ciuilē obligationē,naturali remanente,ex qua naturali oritur quidē adhuc actio de iure, ſed eliditur per exceptionē rei iudicatæ.§.itē ſi in iudicio.hîc tit.noſtro.Poteſt †autē obiici,cū per illā ſententiā abſolutoriā tollatur ciuilis obligatio,& remaneat tantū naturalis.l.Iulianus.ver.licet.ff.de cond.indeb.& naturalis obligatio nō poſsit parere actionē,quomodo ergo poſt illā ſententiā ex ſola naturali obligatione de iure quis agere poſsit?Reſpōde, ꝙ obligatio naturalis ſola nō poſsit pducere actionē, verū eſt in ea,quę ſemper fuit ſola,nec aliquādo iūcta cum ciuili,vt in nudo pacto, & ſimilibus. Secus ſi naturalis obligatio fuit iūcta cū ciuili.Tū enim licet ciuilis tollatur,tamē naturalis adhuc eſt efficax ad conſeruandā actionē ex vtraq; obligatione productā,ſicuti poteſt oſtēdi per ſimile.Ciuilis obligatio eſt tanꝙ pater actionis, naturalis verò tāquā mater. Sicuti ergo mulier,quæ fuit iūcta viro,etiā eo mortuo poteſt cōſeruare & producere partū, ita quoq; naturalis obligatio poſt ciuilē ſublatā efficax eſt ad conſeruandā actionē,quæ ex vtraq; producta eſt.Et ſicuti mulier nunquā viro iūcta nihil parit,ita ſola naturalis, quæ nunquā fuit ciuili iuncta,quoq; nihil parit.Ita reſpondet Bar.in l.Iulianus. ver.

36 *Exceptio rei iudicatæ.*

37 *Naturalis obligatio quādo actionē producat.*

ver.ſecundò dixi.ff.de cond.indeb.quem ſequuntur ibi Pau. de Caſtr.Iaſ.& alij.Aut ſi illa ſolutio nõ placet, poteris alio modo reſpondere ad d.§.itẽ in iudicio.hic titu.noſtro,quòd ſcilicet ideo in eo caſu poſt rem iudicatam datur actio,quia reus decepit actorem,vt conſentiret abſolutioni. Quare ſi actor iterum agit poſt abſolutionem, eliditur quidem eius actio per exceptionem rei iudicatæ:ſed contra illam actionem datur quoque replicatio doli,per text.in l.cùm à te. & quæ ibi not.ff.de dolo.Bartol.in l.& eleganter.§.ſi dolo. ff. de dolo.De hac quæſtione vide copioſiſſimè quæ not.in d.l. Iulianus verum debitorem.ff.de condic.in verb.Et ita intel ligit Ang.d.l.item ſi in iudicio.

Ratio autem diuerſitatis inter iſtas duas exceptiones rei iudicatæ ex ſententia abſolutoria hæc eſt:quia primo caſu, quando ſcilicet ſẽtẽtia nõ eſt ſimpliciter abſolutoria, ſed quoque profertur ſuper dominio,videtur actor cõſentire ꝙ dominiũ maneat penes reũ,ſi nõ appellat: & per illum conſenſum tollitur naturalis obligatio,ſicuti per ſẽtẽtiam ciui lis tollitur.Secus autem in ſecundo caſu,quãdo ſcilicet ſententia eſt ſimpliciter abſolutoria:ideo quia fortè actor non probauit.Hoc enim caſu actor non appellando nõ videtur conſentire in dominiũ rei,cũ in ſententia de dominio nulla ſit facta mentio.Quare tollitur tantũ ciuilis abligatio,natu rali manente,& cõpetit hoc caſu exceptio perẽptoria iuris.

38 Opponuntur†autem & probantur exceptiones perẽptoriæ iuris vſque ad ſententiã,non autẽ poſt ſententiã.l.peremptorias.C.ſent.reſcin.non poſ.In certis tamen caſibus opponuntur etiam poſt ſententiam vt primo, ſi ſententia eſt lata contra minorem.Poterit enim is reſtitutionẽ in integrũ petere,& exceptionẽ peremptoriã etiã poſt ſententiam opponere.l.minor xxv.annis omiſſam.ff.de minorib. Secundò,ſi cõtra militẽ armatæ militiæ ſententię lata eſt ipſo iure,etiã ſine reſtitutione,adhuc poteſt opponere exceptionem peremptoriã:quia milites magis debent ſcire arma, quã leges. l.j.C.de iur.& fact.ign.Idem dic de exceptiõibus dilatoriis, quibus quis ſe defendit,ne teneatur ſoluere ſolidum. Item exceptionẽ falſi procuratoris,& ſimiles. Item de nullitate proceſſus &c. de quibus & multis aliis, quæ poſt ſentẽtiam opponi poſſunt.vide gl.in.d.l.j.in ver.vti.& ibi Docto.C.de

Anomalæ.

39 iur.& fac.ign.Exceptiones anomalæ†dicũtur, quæ omnino

non

non sequuntur normã peremptoriarũ nec dilatoriarũ, sed participãt cũ vtraq; sicuti videmus in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, & nõ numeratæ dotis, quæ sunt peremptoriæ quia perimũt, siue eludũt intentionẽ actoris, vt diximus. Et quoq; sunt dilatoriæ: omnes enim tẽporales sunt dilatoriæ, & ecõtra. l. exceptiones. §. temporales. ff. eo. §. tẽporales. hîc tit. nost. Debent enim illæ exceptiones intra biẽniũ opponi. d. l. in contractibus. C. de nõ nu. pe. Idẽ dic de exceptione ordinis, q; scilicet reus principalis primò debet cõueniri, non fideiussor. Idẽ de exceptione ex epistola diui Adriani, quæ interdũ opponitur ante litẽ cõtestatã, interdũ nõ. De quibus vide Bar. in d. l. exceptiones. ff. e. & in l. si dubitet. ff. de fideius. doc. in d. l. si. C. e. doc. in §. appellãtur. cu seq. hîc ti. nost.

SEQVITVR. Textus explicatio.

§. *Eas verò.*

Quando † quæritur, vtrũ infamis possit esse procurator, distingue secũdũ Bal. in l. reum. C. de procurator. Aut infamis vult esse procurator illustrium personarũ, vt episcoporum, ducum, prælatorũ, &c. & non admittunt. c. quia episcopus. v. q. iij. Aut vult esse procurator aliarum personarum: & sub distingue, Aut est infamis infamia iuris, vt dãnatus per sententiam: & tunc, aut est cõdemnatus per sententiam capitalem, vel aliam criminalem, & non admittitur. Idem quoque est, si talis causa penderet in iudicio. d. l. reum. cũ ibi nota. C. de proc. Si verò est dãnatus in actione ciuili, quæ infamat, de quibus vide §. ex quibusdam. i. de pœna tem. lit. & poterit esse procurator. Aut est infamis infamia facti, vt quia apud bonos & graues viros nullã habet æstimationem: & poterit esse procurator. Idẽ dic de infamia canonica, qua notantur potatores, & similes. Et in istis posterioribus mẽbris loquitur §. noster. Et est ratio secundũ Ioannẽ Fabri, q a procuratoris officium est onus. l. si quis procurationem. C. de decur. lib. x. Infamia autẽ non debet quẽ liberare ab onere. Quando † autẽ quæritur, an propter hoc ipsum quis fiat infamis, q; est procurator, dic breuibus, Aut procurator pactus est de quota litis, vel est redẽptor litis: & fit infamis. l. litem. C. de procur. l. si remunerãdi. §. Maurus. ff. mãdati. Si verò non est pactus de quota litis, sed suscepit officiũ gratuito: & non est infamis, quia est licitũ officiũ, etiã si pro remuneratione laboris aliquid acceperit. d. l. item. & l. salarium. ff. mandati.

Infamis an possit esse procurator. 40

Qui procurator est an ob id fiat infamis. 41

De

De replicationibus. Tit. XIIII.

1 *Replicatio est exceptionis exclusio.*
2 *Replicatio potest in quacunque parte iudicij opponi.*
3 *Exceptio competens, an quoque possit fideiussori dari.*



1 Eplicatio ꝓpriè †dicitur exceptionis exclusio. Sicut em̃ exceptio excludit actionẽ, ita quoq; replicatio exceptionem. Et ideo nocet replicatio reo, sicut exceptio actori. Exẽplũ: Si duo sup lite trãsegerit, & alter dolo vel metu, &c. ductus fuisset ad trãsigendũ, adhuc poterit agere prima actione. Et si reus exceptiõe trãsactionis voluerit eum repellere, daẽ actori replicatio doli, vel met⁹, &c. qua illam exceptionẽ elidit. Et sic habet se replicatio ad exceptionem sicut habet se exceptio ad actionẽ. In hoc tñ est diuersitas, ꝙ exceptiões perẽptoriȩ sũt ꝑpetuȩ. l. iij. §. ꝑpetuæ. ff. de exc. Replicationib⁹ aũt ꝑscribitur, sicuti actionib. secundũ gl. & Bar. in l. ij. ff. de exce. Et põt †replicatio in quacũq; parte iudicij opponi, secũdũ gl. in d. l. ij. §. j. ff. de exc. Et possent enumerari multæ replicationes de dolo, metu, vi errore pacti. Et ecõtra daẽ reo duplicatio, qua eludit replicationẽ actoris actori triplicatio, reo quadruplicatio, & sic in infinitũ. Tẽp⁹ aũt ad replicandũ, duplicandũ, triplicãdũ, &c. daẽ à iudice.

Replicatio.

2 *Vbi opponi queat.*

3 §. *Exceptiones autem.*) In hac quæstione an scilicet †exceptio reo cõpetẽs, detur quoq; fideiussori, distingue, Aut sunt exceptiones, quæ inhærẽt personæ debitoris, vt qa debitor est minor, vel cessit bonis, item exceptiones in q̃tũ quis facere põt: & non dãtur fideiussoribus. Aut sunt exceptiones, quæ inhærẽt ipsi rei nõ personæ, vt exceptiones doli, ꝙ metus causa, rei iudicatæ, iurisiurandi, pacti de nõ petendo, &c. & dantur fideiussoribus. Vide gl. hic, in ver. fideiussoribus.


Exceptio quæ reo cõpetit an detur actori.

De Interdictis. Tit. XV.

1 *Continuatio tituli præsentis cum præcedentibus.*
2 *Interdicta olim quæ erant, & quid ab actionibus differebant.*
3 *Interdicta num hodie differant ab actionibus.*
4 *Interdicta quomodo diuidantur.*
5 *Mortuũ inferre & sepelire quot & quib. modis possit prohiberi.*
6 *Interdicta ad ius humanum spectantia quomodo diuidantur.*
7 *Interdicta publicæ vtilitatis quædã sunt prohibitoriæ, quædam restitutoria.*

8 *Inter*

8 *Interdicta publica sunt duplicia, vtilia, & directa.*
9 *Interdicta publica vtilia sunt, quæ colliguntur ex mente, & interpretatione legis, & non ex ipsis verbis: quorum aliquot ponuntur exempla.*
10 *Interdicta publica directa dicũtur quæ præcisè ex ipsis verbis edicti prætoris dantur, quorum hic numerantur septem.*
11 *Interdictum, ne quid in loco publico vel itinere fiat quomodo sit intelligendum, & quousque se extendat.*
12 *Viæ sunt duplices, vrbicæ & rusticæ.*
13 *Viæ rusticæ rursus subdiuiduntur in publicas, priuatas, & vicinales, quarum replicatio habetur. nu. 14. 15. 16.*
17 *Via quomodo fiat deterior.*
18 *Interdicti, ne quid in loco, &c. in prohibitoriũ & restitutorium diuisio.*
19 *Interdictũ de loco publico fruendo, cui, & contra quẽ detur.*
20 *Interdictum de publica via reficienda, cui, & contra quem competat.*
21 *Interdictum, ne quid in flumine, &c. quid sit, & quotuplex.*
22 *Interdicti, ne quid in flumine, &c. explicatio.*
23 *Interdictum, vt in flumine publico nauigari liceat, cui competat, & quotuplex sit.*



Vprà in ti.†de actionibus dictũ est, qbus mo- 1
dis agit̃ sup ꝓprietate, & sic petitorio: in hoc
autẽ ti. de iudicio possessorio tractandũ erit,
qđ s. fit per interdicta. Interdicta †erant olim 2
quædã verba præceptoria, vel prohibitoria à *Quæ erãt.*
prætore concepta, & disposita, cũ certis solennitatibus inter
duos sup possessione vel quasi cõtendẽtes, vt hîc in princ. tit.
nost. Et differebãt ab actionib⁹, primò ꝙ actiones tã à iure
ciuili, q̃ prætorio introductæ erãt: interdicta aũt solũ à iure
prætorio. Secũdò, ꝙ verba interdictorũ referebantur solũ à
prætore ad duos inuicẽ litigãtes: vt vnde tu illum deiecisti,
de eo, qđ ibi habuit intra annũ, post annum, de eo, qđ ad te
peruenit, iudiciũ dabo. l. j. in princ. ff. de vi & vi ar. & sic erãt
inter duos reddita. §. exhibitoria. hîc ti. nost. Aliæ autem a- 3
ctiones proponebantur indefinitè, & q cũq; emerit, agat ex *An hodie*
empto, secũdũ gl. hîc in prin. & Bart. super rub. ff. de interd. *ab actioni*
Hodie†autẽ in effectu nulla est differentia inter interdi- *bus interdi*
cta & actiones: quia interdictum hodie dicitur actio præto- *cta differant.*
ria in factũ, extra ordinẽ, id est, antiquã solẽnitatem, secun-

dum

dum gl.in §.fi.j eo.& probatur ex tit.ff.eod.qui sic habet:De interdictis seu extraordinariis actionibus,quæ pro his competunt.Et quòd nulla sit inter actiones & interdicta hodie differentia,tenetur gl.in rub.ff.de interd.Azo in eodem tit. Spec.in tit.de actio.§.postremò.Io.de Pla.& multi alij hîc. Sed hoc impugnat Bar.super rub.ff.de interdict.Ioã. Fab.& alij multi,hic tit.nostro.tenentes ꝙ etiã hodie sit differẽtia inter actionẽ in factũ,& interdictum,& probant hoc modo: *Nota,seu.* Quia rubrica in ff.habet dictionẽ,seu,cum dicit:De interdictis,seu extraordinariis actionib⁹:sed dictio,seu,ampliatiua est,ꝑ tex.in l.si qs ita.ff.de auro & arg.leg. Ideo dicit quod inter interdictũ & actionẽ in factũ sit differentia,sicut inter obligationẽ & actionẽ ꝙ s.interdictum pariat actionem in factũ:sed tamen in effectu parũ interest.Ab edicto autẽ differt interdictũ,sicuti genus à specie.Edictũ enim est nomen generis,cõtinens duas species,interdictũ & edictum in specie,secundũ gl.in l.Prætor.§.interdictũ.in verb.interdictum. ff.de noui oper.nunt.Et inter istas duas species põt discerni hoc modo,quod interdictũ plerunq; fit inter duos præceptiuẽ,quasi inter duos dictũ.Edictũ autẽ in specie fit, quando Prætor in genere ex officio aliquid disponit, vt ne quis in ius vocatũ vi eximat,&c.secundũ Bart.in l.j.in ij.col.ff.de noui oper.nũt.Item possunt in eo discerni, ꝙ omnia interdicta sunt posita in v.libro.ff.noui, & in viij.C. Edicta autem non sunt in aliquẽ certũ locũ redacta,sed sparsa per vniuersum ius ciuile:qualia sunt de Albo corrupto.Item si quis ius dicenti non obtẽperauerit,&c.de quibus vide copiosissimè Specul.in tit.de actionibus.§.postremò. ver. nunc dicemus.

4 Sunt autem † interdicta duplicia: quædam enim respiciunt religionem, quædam verò ius humanũ. Religionem respicientia sunt, de mortuo inferendo, de sepulchro ædificando, ne quid in loco sacro fiat, vel immittatur, item id, quod factum vel immissum est,tollatur,&c.l.ij.§.j.ff.de interdi.Quæ humanũ ius respiciunt,subdiuiduntur. Quædam sunt publicæ vtilitatis,quædam priuatæ. Publicæ vtilitatis sunt,vt via publica,itẽ flumine publico vti liceat, & ne quid in eis fiat,&c.Interdicta priuatæ vtilitatis subdiuidũtur,Aut enim sũt generalia,aut specialia.Generale interdictũ ad omnia possessoria pertinẽs,est interdictum,ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.Specialia verò sunt, quæ de singulis *Interdictorũ summa diuisio.*

cau

causis sunt introductæ. Et sunt triplicia. Quædam enim dantur causa tuendi sui iuris, vt de liberis exhibendis, de liberto exhibendo, de tabulis exhibendis, &c. Quædam dantur officij tuendi causa, vt de libero homine, vasallo, siue vxore, vel alia persona exhibẽda, in qua ius habeo. Quædam verò dantur causa conseruãdæ rei familiaris: & illa sunt duplicia. Quædam respiciunt causam proprietatis, quædã verò causam possessionis. Causam proprietatis cõtinet interdictum de itinere, actúque priuato. Quæ causam possessionis continent, sunt triplicia, adipiscendæ, retinendæ, & recuperandæ. Adipiscendæ sunt tria, quorum bonorum, quorum legatorum, & Saluianum interdictum. Retinendæ sunt duo, vti possidetis, & vtrobi. Recuperãdę est vnum, scilicet interdictum vnde vi. De quibus omnibus & singulis ordine dicemus. Vide l. ij. ff. de interdictis.

DE INTERDICTIS AD religionem pertinentibus.

Primùm dicemus de interdictis ad religionem pertinentibus, quorũ primum est de mortuo inferẽdo, quod datur, vt quis non prohibeatur inferre mortuum, & sepelire, quò licet eum inferre & sepelire. Illa autẽ † prohibitio potest fieri 5
trib⁹ modis. Primò, si quis impediretur inferre in locũ, &c. Secundò, si arceretur in itinere. Tertiò, si alicui debetur ius viæ in locũ sepulturæ, & impeditur, agit hoc interdicto. l. j. in princ. cum §. seq. ff. de mort. inferen. Reliqua tria intelliguntur, prout verba sonãt, de sepulchro ædificando in loco, quo alicui licet mortuum inferre. l. j. §. Prętor ait. ff. de mor. infer. Item, ne quid fiat in loco sacro, id est, incommodi, vel deformiter: de ornamẽto enim hoc non intelligitur. Et hæc tria sunt prohibitoria. Item de tollendo quod in loco sacro factum vel immissum est. l. ij. §. locorum. ff. ne quid in publi. loco fiat, &c. & hoc est restitutorium.

DE INTERDICTIS IVS humanum spectantibus.

Quæ ad ius † humanũ attinent, subdiuidũtur, vt diximus, 6
Quædam enim sunt publicæ vtilitatis, quædã verò priuatæ.
Publicæ † vtilitatis sunt, veluti via publica, & flumine pu 7 *Publicæ vtilitatis interdicta.*
blico vti liceat, & ne quid in eis fiat, quæ specificabimus in sequentibus. Et nota obiter, quòd illa interdicta promiscuè sunt prohibitoria, & restitutoria. Prohibitoria sunt, quando

prohibetur ne quid fiat de nouo, vt ne quis ædificet in loco publico. Restitutoria sunt, quando quid non iure in loco publico factum est, & tolli debet. Deseruiunt quoque hæc interdicta tam publicis, quàm priuatorum vtilitatibus: ideo si fortè opus fieret in publico, quod ad priuati alicuius damnum redũdaret, quoq; competeret interdictum, ne quid in loco publ. l. ij. §. interdictum. la j. ff. ne quid in loco publico.

Interdicta vtilia & directa.

8 Sunt † autem interdicta publicæ vtilitatis duplicia, vtilia
9 scilicet, & directa. Vtilia † dicũtur, quæ colligũtur ex mente, & interpretatione legis, non autẽ ex ipsis verbis. Et hoc fit multis modis. Primò, si aliquid fit, vel factum est, in rebus communibus. Secundò, in rebus vniuersitatis. Tertiò, in rebus singulorũ, & sic priuatis, quod tamen extenditur ad res publicas. Exẽplum de re communi: Quando quis proiiceret molẽ in mare, quo minus nauigari posset, cõpeteret quidẽ interdictũ ex edicto Prætoris, ne quid in loco publ. &c. quia tamen mare nõ est res publica, sed cõmunis, non datur directum interdictũ ex verbis, sed vtile ex mẽte edicti. d. l. ij. §. si quis. versi. aduersus. ff. ne quid in loco publ. Aliud exẽplum: Quãdo aliquid fit in rebus priuatorũ, quod extẽditur tamẽ ad res publicas, vt si quis velit ædibus suis applicare pergulã, quæ obesset prospectui publico. d. l. ij. §. cũ quidã velũ. ff. ne quid in loco publ. Itẽ si quis cloacã in suis ædibus cõderet, quę posteà deflueret in publicũ. Vel in fundo suo fossam quis faceret, & aqua ibi collecta in publicã viã decurreret. d. l. ij. §. si quis cloacã cũ §. seq. Itẽ si fœtore terræ etiã priuatę locus fieret pestilẽtiosus, vt quia ibi fecit sulphurariã. d. l. ij. §. idẽ Labeo. versi. idẽ ait. ff. ne quid in loco publ. &c. Istis & similibus casibus, quãdo scilicet quid nõ fit pręcisè in publico loco, sed alibi, extẽditur tamẽ per consequẽs in publicum locum, datur vtile interdictũ, ne quid in loco publico.

Directa.

10 Interdicta † publica directa dicũtur, quę pręcisè ex verbis edicti Prætoris, pro his, quæ fiunt in rebus publicis, dãtur: & sunt septẽ, Ne quid in loco publico, vel itinere fiat. De loco publico fruẽdo. De via publica & itinere publico reficiẽdo. De fluminib⁹, & ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo pei⁹ nauigetur. Ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo aliter aqua fluat, quã in priori æstate fluxerit, vt in flumine publico nauigare liceat, & de ripa munienda.

11 Primũ † itaq; datur, ne quid fiat aut reficiatur in publico, quod

quod vsui publico,vel priuatorum nocere possit. Dico,vsui publico:quia hoc casu est populare,& datur quibuslibet.l.ij. §.hoc interdictũ.ff.ne quid in loco publico,&c.Dico,priuatorum : quia si fortè opus in publico fieret, quod ad priuati damnũ redundaret, competeret illi priuato hoc interdictũ. Quotiescũque enim in publico aliquid fieri permittitur, ita oportet permitti,vt sine iniuria cuiusquam fiat.Tum autem quis damnum pati videtur, si cõmodum amittit,quod ex publico habebat,qualecũque illud sit, veluti si prospectus vel aditus sit inde factus deterior,vel angustior.l.ij.§.merit ..ff. eod.Extẽditur autem hoc interdictũ ad multas res, ad vias, itinera,areas,agros,& insulas publicas.Ad res fisci autẽ non pertinet,quia illæ sunt priuatæ, & proprium patrimonium principis,d.l.ii.§.publici.cum seq.ff.eod.

Viæ † autẽ sunt duplices,vrbicæ,& rusticæ.Ad vrbicas hoc interdictum non pertinet.Si enim cõmeatus viæ vrbicæ sit exẽptus,vel via cõtracta,magistratus interuenit,& impedit ex officio.d.l.ii.§.hoc interdictum tãtum.ff.eo. Viæ rusticæ † sunt triplices:publicæ,priuatæ,& vicinales. Publicæ † viæ dicuntur,quarum solum publicum est,& certis finibus latitudinis ab eo ius publicandi habuit præfinitum, quas Græci odousbasilicas, Latinè prætorias vias,regias,siue cõsulares vias appellant.d.l.ii.§.viarum.ff.eo. Et si quid in tali via fieret,prohiberetur,aut restitueretur hoc interdicto. Priuatæ † verò dicuntur, quas agrarias appellant:& accipiũtur bifariam. Quædam enim sunt in agris,quibus imposita est seruitus,ita vt ad agrum alterius ducãt:& illæ sunt priuati iuris, nec competit hoc interdictum,si aliquid in eis fit,sed fortè actio ex tertio capite leg.Aqui.vel interdictũ vti possidetis, vel vnde vi &c.de quib.j. Quædam verò sunt,quæ ad agros ducũt, per quas omnib. cõmeare licet,in quas exitur de via cõsulari,& sic post illas excipit via ,vel iter,vel act⁹ ad villã ducẽs:quæ quoq; sunt publici iuris:ideóq; si quid in eis non iure fit,quoque hoc interdicto prohibetur,aut restituitur.d. l.ii.§.priuatæ.Vicinales † viæ sunt,quæ in vicis sunt,siue ad vicos ducunt:& illæ sunt duplices.Quædã enim conficiũtur ex collatione priuatorum:& tũc quoque sunt priuati iuris: ideo si quid in eis nõ iure fit,nõ datur hoc interdictum, sed vti possidetis,vel vnde vi,&c. Quædam verò reficiuntur ex collatione publica, & habẽt vsum,vtilitatémque cõmunem:

12 *Viæ aliæ vrbicæ, aliæ rusticæ.*
13
14 *Viæ publicæ.*
15 *Viæ priuatæ.*
16 *Viæ vicinales.*

& illæ sunt publici iuris. Ideo si quid in eis non iure fit, cōpetit hoc interdictū, ne quid in loco publico. d.l.ij.§.vicinales.

17 ff.ne quid in loco publi. Censetur† autem via deterior fieri, si vsus eius ad cōmeandum corrumpitur, vt cùm plana fuerit, cliuosa fiat, vel ex molli aspera, angustior ex latiore, vel palustris ex sicca.d.l.ij.§.deteriorē.ff.eo. Idem dic de itinere publico, area, insula, vel agro publico, quòd scilicet si quid in eis fit, immittitur, vel edificatur, quod vsui publico vel priuato nocere possit, per hoc interdictum prohibetur.

Via quando censetur fieri deterior.

18 Est autem† hoc interdictum duplex, prohibitoriū & restitutorium. Prohibitoriū est, quando quis prohibetur in loco publico quid facere, vel immittere de nouo, vel quod priùs factū erat reficere.l.ij.§.j.& §.si quis.ff.eo. Et est hoc interdictū perpetuū, & populare, condēnatióque ex eo fit quanti actoris interest.d.l. ij.§.hoc interdictu perpetuū.ff.eo. Restitutorium dicitur, quādo agitur ad tollendum, id, quod in via, itinere, vel loco publico iam factū est. Restituere enim hoc casu dicitur, qui in pristinum statum reducit, siue tollit quod factum est, siue reponit quod sublatum est.d.l.ij.§.restituere.ff.eod. Et hoc subdiuiditur in directum & vtile. Directum datur non cōtra eum, qui fecit, sed qui facto vtitur, & iure possessionis fruitur, siue ipse opus fecerit, siue ex alia causa acquisierit. Nec distinguitur, siue possideat, siue dolo desierit possidere.d.l.ij.§.hoc interdicto.ff.eod. Vtile datur contra eum, qui fecit aliquid, per quod via publica corrupta est, & opus illud posteà pro derelicto habuit. Et hinc est, quòd si arbor ex fundo tuo in viam ceciderit, vt itineri impedimēto sit, viámque corruperit, & tu eam habeas pro derelicto arborem, nihilominus teneris de via publica reficienda, modò actor paratus sit, arborem suis sumptibus tollere.d.l.ij.§.vnde Offilius.ff.eo. Et est hoc interdictum quoque perpetuum, fitque condemnatio quanti actoris interest id factum non esse.d.l.ij.§.restituas.cum seq.ff.eod.

Interdictū prohibitorium.

Interdictū restitutorium.

19 Secundum† interdictum publici iuris est de loco publico fruendo, & datur publicanis, &c. quo agunt contra eos, qui impediunt, quo minus loco publico, vel victigali, secundum legem locationis frui possint.l.j.ff.de loco publi.fruend.

20 Tertium † interdictum est de publica via reficienda, & datur illi, qui viam publicam, vel iter aperit, purgat, siue reficit, & sic ad veterem modum restituit, contra impediētes

hoc

hoc fieri: & est perpetuum,habétque condemnationem in quantum actoris interest.l.j.ff.de via publica reficienda.

Quartũ †est,ne quid in flumine publico,ripáve eius fiat, quo deius nauigetur.Dico,publico,ad differentiam eorum, quæ fiunt in fluminibus priuatis. Inter illa enim & alias res priuatas nihil interest l.j.§.hoc interdictum.ff.de flumi.Secundò ad differẽtiam illius,quod fit in insula,in publico flumine orta:illa enim aut est occupantis,aut eius,cuius ripam contingit: aut si in medio alueo,est eorum,qui prope ripas prædia possidẽt.d.l.j.§.si insula. Tertiò ad differentiã illius, quod fit in alueo veteri,quod scilicet flumẽ dereliquit.d.l.j. §.si insula. Illa enim omnia priuata sunt, & quod in eis fit, prohibetur per interdicta ad ius priuatũ pertinẽtia,de quibus infrà.Est autem duplex,directum & vtile.Directum datur,quãdo in fluminibus nauigabilibus aliquid fit,per quod statio vel nauigatio fit deterior:vt si vsus eius corrumpitur, vel fit difficilior,aut minor,aut rarior, aut si totum auferatur. Vtile verò datur, quando quid fit in publico flumine, quod tamẽ non est nauigabile,per quod aqua exarescit,vel cursus eius impeditur.d.l.i.§.non autem. Et sunt illa interdicta quoque prohibitoria,& restitutoria.d.l.i.§.superius. 21

Quintũ† est,ne quid in flumine publico,ripáve eius fiat, quo aliter aqua fluat,quã in priori æstate fluxerit.ff.per tot. ne quid in flu.publico.Dico,publico:quia & illud interdictũ ad priuata flumina nõ pertinet,ex rationib.s.adductis.Hic autẽ nõ distinguitur,siue flumina sint nauigabilia,siue non, modò sint publica.Dico,priori: quia instãtis æstatis fluxus fluminis debilior est.l.i.§.is autẽ.ff.ne quid in flu.pub.Dico, æstate:quia semper certior est æstate naturalis fluminũ cursus,quàm hyeme. Æstas autem ad æquinoctium autumnale refertur.d.l.i.§.is autem. Et in summa,is tenetur hoc interdicto,per quem fit quòd mutatur aquæ cursus,vt si fiat depressior vel altior aqua,vel rapidior in incommodum accolentium. Causa impulsiua istius interdicti est,ne deriuationibus minus cõcessis,flumina exarescãt,vel mutatus alueus vicinis aliquã iniuriã afferat.d.l.i.in prin.ff.eo. Et est interdictũ hoc quoq; prohibitoriũ & restitutoriũ. Datur tamen interdum exceptio contra hoc interdictum,vt si quis ripam muniierit aggeribus, aut aliam munitionem adhibuerit, vt agrum suum tueatur,&c.de qua vide.d.l.j.§.sunt autẽ.ff.eo. 22

13 Sextum†est,vt in flumine publico nauigare liceat:quod datur illi,qui impeditur, quò minùs liceat ei nauigare, vel in ripa onerare vel exonerare.l.vnica.in princ.ff. vt in publico flu.naui.lice. Quod autē dico,in flumine publico, tu quoq; intellige de lacu,fossa,vel stagno pub. Est autem duplex,directū & vtile. Directum datur illi,qui prohibetur in illis pub.fluminib⁹ siue aquis nauigare. Vtile verò dat' illi, qua ꝓhibetur pecus ad flumē publicū, ripámve appellere. Item illi,qui lacum vel stagnum publicū cōduxit,& prohibetur illic piscari.d.l.vnica §.planè.cum §.sequen.ff.eod.

Septimum est de ripa muniēda,quod datur illi,qui prohibetur reficere ripas,agri sui tuendi causa, dum tamen ea ita reficiat,ne fiat nauigatio deterior,sitq́ue paratus cauere de damno infecto boni viri arbitratu vsq; ad decem annos.l.vnica.ff.de ripa munienda. Et tantum de interdictis ad publicam vtilitatem pertinentibus.

DE INTERDICTIS priuatæ vtilitatis.

1 *Interdictorum priuatorum in generalia & specialia diuisio.*
2 *Interdictum generale priuatum est,ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.*
3 *Interdictorum specialium priuatorum tres sunt species, quæ ordine explicantur.*
4 *Interdictum de liberis exhibendis quid sit,& quando habeat locum.*
5 *Interdictum de liberto exhibendo,cui, & cōtra quem competat.*
6 *Interdicti de tabulis exhibendis explicatio.*
7 *Tabula dictio,quid importet.*
8 *Interdicta priuata specialia,quæ dātur officij tuendi causa, sunt duo,de libero homine exhiben.& de vasallo exhib.*
9 *Interdictum de libero homine exhibendo quid sit,& cui,ac contra quem competat.*
10 *Exhibere,propriè est extra secretum habere.*
11 *Interdictorum priuatam vtilitatem spectantium diuisio.*
12 *Reficere,quid in interdicto priuato causam proprietatis respiciente,significet.*

1 INterdicta†priuatæ vtilitatis diximus esse duplicia:quædam enim sunt generalia,quædam verò specialia. Gene-
2 rale † interdictum est, ne vis fiat ei,qui in possessionem missus

missus est. Et dicitur ideo generale, quia ad omnes, qui in possessionē missi sunt, pertinet. Datur itaq; cōtra eum, qui dolo malo impedit quò minùs is, qui iussu prętoris iustè in possessionē missus est, in ea esse posit. l. j. in princ. ff. ne vis fiat ei. Dico, dolo malo, Primū ideo, quia si quis prohibuerit quē venire in possessionē, quā suā putabat, vel sibi obnoxiā, vel nō esse debitoris, nō tenet hoc interdicto. d. l. j. §. si quis. ff. eo. Secundò, propter furiosos, & pupillos doli non capaces: licet enim illi prohibeant, nō tamē tenentur, quia carent affectibus. d. l. j. §. hoc edicto. Dico, iustè: quia si quis est immissus ob falsum creditū, vel quia potuit exceptione remoueri, & posteà impeditur, nō datur hoc interdictū. d. l. j. §. hæc verba. Dico, immissus simpliciter: quia hoc interdictum habet locum in multis casibus, vt si quis est immissus causa rei seruādæ, vel causa legatorū, vel causa damni infecti, vel ventris nomine. d. l. j. §. sed siue. ff. eo. Est autem hoc interdictum annale, ideo quoq; nō datur contra hæredes, vel similes personas, nisi aliud ad eos peruenerit. Hoc fallit in immissione ex causa legatorū, & dāni infecti, in quibus casibus est perpetuū. d. l. i. §. hanc actionem, cum glo. in ver. missione. ff. de interdictis. Et datur quanti creditoris interest possessionem habere. d. l. i. §. hæc verba. ff. de interdic.

Interdicta specialia† priuatam vtilitatem cōcernentia, sunt triplicia. Quædam enim dantur tuēdi sui iuris gratia, qualia sunt de liberis exhibendis vel deducēdis, de liberto exhibendo, & tabulis exhibendis. Quæ ideo dicūtur tuēdi sui iuris causa, quia in liberis habet pater ius patrię potestatis, in liberto habet patronus ius patronatus. In tabulis, id est, testamēto, interest actoris, vt sciat an sit hæres institutus vel an sit ei aliquid legatum, & sic vtrū ius habeat intētare petitionem hæreditatis, vel actionem ex testamento, &c. 3 *Tres species interdictorum specialiū priuatorum.*

Interdictum† de liberis exhibēdis datur cōtra eum, qui dolo retinet filium, vel filiam fa. inuitā, nec vult ad petitionem parentis exhibere. l. i. §. interdictū. ff. de lib. exh. Dico, qui dolo retinet, Primò propter matres: quia si mater filiū ex causa retinuerit, datur exceptio ei contra patrem exhibitionē petentem. Sæpe enim iustissimæ causæ subsunt, cur filius potiùs apud matrem, quā patrem moretur. d. l. i. §. in hoc interdicto. ff. de lib. exhi. Secūdò, propter maritū, siue spōsum, itē ꝓpter vxorē, &c. si enim filia alteri nupta est, 4 *Interdictū de liberis exhibēdis.*

qui eã honestè retineret, & pater virtute patriæ potestatis velit eam exhiberi, repelleretur per exceptionem, ne scilicet matrimonia bene cõcordãtia iuræ patriæ potestatis turbentur, ideoq; patri persuadeatur, ne patriam potestatem acerbè exerceat. d. l. j. in fi. ff. eo. Tertiò, propter eũ, qui fortè misericordia ductus retineret filium alterius, & nõ dolo malo, &c. Dico, filium, vel filiamfamiliâs, ad differentiam emancipatorum: quia illi hoc interdicto exhibendi nõ petuntur, cũ non sint in patria potestate. Secundò, ad differentiã matris, quæ nõ habet liberos in potestate, ideo hoc interdicto vti non potest. l. j. §. hoc interdictum. ff. de lib. exh. Dico, inuitã: quia si filiusfamiliâs sua sponte esset penes extraneum, nõ haberet locũ hoc interdictum, arg. l. fi. ff. eod. competeret enim actio præiudicialis cõtra illum filium, de qua suprà de actio. præiud. Dico, parẽtis: quia hoc interdictum dat̃ patri ad exhibitionẽ filij vel filiæ, itẽ auo paterno ad exhibitionẽ nepotis & neptis, &c. Dico, simpliciter exhibere: quia reo planè ex nulla causa dat̃ exceptio, qua se cõtra exhibitionem tueri possit, nisi sit mater, vel maritus, de quib⁹ suprà, vel nisi iudicatum sit, eũ, qui exhibẽdus est non esse in potestate petentis: tunc repelleretur petens exceptionẽ rei iudicatæ, etiã si fuisset pronuntiatũ iniustè. d. l. j. §. pari modo. ff. de lib. exhi. Et hoc interdictũ est exhibitoriũ & præparatoriũ alterius, quod dicitur de liberis deducendis. Nam quãdo liberi in potestate constituti, qui retẽti erãt, exhibiti sunt, & aliquis prohibet, ne parẽtes possint eos ducere quò ius habent ducendi, subuenitur eis per interdictũ de liberis deducendis, nisi is, de cuius deductione agitur, fuerit impubes, & dubitetur de patria potestate: tũ enim cognitio vsq; ad tempus pubertatis differri debet. Sed tamẽ hoc casu personæ eorũ, qui agunt, itẽ genus causæ attendi debet. Vide de his. l. iij. §. Iulianus. ff. de lib. exhi.

5 Secũdũ interdictũ † est de liberto exhibẽdo, quo agit patronus cõtra eũ, qui libertũ suũ retinet, & impedit quò minùs cõuentas operas iniungere, & exigere possit, secũdum gl. in §. summa. ver. exhibitoria. in ver. indicere. hîc ri. nostr.

6 Tertium † est de tabulis exhibendis. Datur autẽ hoc interdictũ ei, cuius interest tabulas defuncti exhiberi, contra eũ, qui dolo malo eas retinet, & exhibere negat, siue dolo desiit exhibere posse, ad id quãti actoris interest. l. j. in prin. *Interdictũ de tabulis exhibẽdis.*

ff.

ff.de tab.exhi.Dico,tabulis.quia † sub illa voce cõprehenditur primò testamẽta,secũdò codicilli,tertiò libelli & epistolæ fideicõmissariæ,& in summa,omnia, quæ ad causam testamẽti pertinẽt,nõ distinguẽdo siue testamentũ valeat, siue aliqua ratiõe inutile aut inualidũ sit, nec etiã refert siue sit vnũ testamẽtũ,siue plura eiusdẽ testatoris.d.l.j.§.hoc interdictũ.cũ seq.ff.eod.Quod dico,exhibẽdis:tu intellige ꝙ fiat corã Prætore,vt ex authoritate eius signatores admoniti veniãt ad recognoscẽda sigilla.Exhibere aũt hîc significat materiæ ipsius appræhẽdendæ copiã facere.l.iij.§.hoc interdictũ.ff.eo.Dico,ei,cuius interest:q a omnes, qui in testamẽto quid adscriptũ habẽt,agũt hoc interdicto, vt sunt hęredes directi,&fideicõmissarij.itẽ legatarij.d.l.iij.§.solẽt.ff.eo.Dico,tabulas defuncti:quia hoc interdictum ad testamẽtũ viuẽtis,nõ pertinet.Ideo si ipse testator,dũ viuit tabulas suas esse dicat,& exhiberi desideret, agat ad exhibẽdũ,vt exhibitas vẽdicet.d.l.j.in fi.& d.l.iij.§.si ipse.ff.eo. Secũdò dico,defuncti,ad differentiã scripturarũ, quæ fiũt super cõtractibus,ad illas quoq; exhibẽdas agitur actione ad exhibendum,& rei vẽdicatione.Dico, qui dolo: nam si quis confiteatur testamentũ penes se esse,sed in præsentiarum exhibere nõ posse,nõ est in dolo, nec cõuenitur hoc interdicto,iubẽdus tamẽ est exhibere intra certũ tempus. Datur itaq; cõtra eũ,qui negat se exhibere posse, aut oportere.d.l.j.§.si quis.Dico,dolo malo: quia si quis nec amoueret,nec celaret tabulas,sed eas tãtũ alij ideo tradiderit, ne interdicẽti exhiberet,esset quidẽ in dolo nõ tamen omnino in malo dolo, cu nõ fieret animo & cõsilio opprimẽdi, ideo hoc interdicto nõ conueniretur.d.l.iij.§.si quis dolo. ff.eo.Dico,desiit exhibere,ad differentiã illius, qui dolo fecit,quò minùs tabulæ à principio ad eũ peruenirẽt, secundũ gl.in d.l.i.in verb.vt desinerẽt.Secũdò,ad differentiã illius,qui sine dolo deleuit testamẽtũ in totũ, vel pro parte, si tamẽ adhuc legi potest.His casibus nõ cõpetit hoc interdictũ.Si autẽ ita deletũ esset,vt legi non posset, haberet locũ,quasi dolo desiisset exhibere posse ꝑpter deletionẽ. d.l.i.in fi.ff.eo.Dico,quãti actoris interest,quia in hoc interdicto æstimatur interesse actoris secundũ causæ qualitatẽ: vt si actor est hæres,fit alia æstimatio, quàm si esset legatarius.d.l.iij.§.condemnatio. Durat autẽ post annũ, & datur

7 *Nomen tabularum quid contineat.*

Exhibere quid hic significet.

Ff 5 hær

hæredi,cæteris'q; successoribus.d.l.iii. in fi.ff.de tab. exhib.

8 Interdicta†priuata specialia,quæ dătur officii tuĕdi causa,sunt de libero homine exhibĕdo,de vasallo exhibendo.

Interdictū de libero homine exhibĕdo. 9 Interdictū†de libero homine exhibĕdo datur cuilibet cōtra eum,qui dolo malo & sciens retinet hominem inuitū, de cuius libertate non dubitatur,ad hoc vt exhibeat, & est introductū causa tuendæ libertatis,cùm is partū differat à seruo,cui nō datur facultas recedendi.l.i.& ii.ff.de lib. ho. exhib. Dico in definitione,cuilibet:quia fauore libertatis hoc interdictū omnibus cōpetit, nisi forte contra actorem præsumptiones extent,q̄ soleat colludere, vel calumniari. Hinc est,q̄ si mulier vel pupillus pro cognato,parente,vel affine hoc interdictū desideret , admitteretur.d.l. iii.§.hoc interdictum.Plures tamen actores non admitterentur,sed prætor elegit eum,qui est magis idoneus. Dico, dolo malo.Primò ad differentiā illius qui retinet eum,quem habet in potestate,suo enim iure vtitur.Idem dic de eo,qui retinet emăcipatum,libertum,seu alumnum,&c.d.l.iii.§. is tamen.ff.de libero exhiben.Secundò,ad differentiam illius, qui retinet eum,quem redemit ab hostibus,nec est pretiū pro eo oblatū.Si autem semel remiserit , pretio etiam non dato,& posteà velit iterum retinere, cōpeteret hoc interdictum.d.l.iii.§.si quis eum.ff.eo.Tertiò,ad differĕtiam illius,qui liberum hominem bona fide pro seruo emit, & retinet.l.iiij.ff.eo. Dico,sciens:nam is , qui nescit apud se esse liberum hominĕ,caret dolo : vbi autĕ certioratus retinet, dolo nō caret.d.l.iii.§.is qui.Dico,hominem: quia non distinguitur,siue sit masculus,siue fœmina , pubes vel impubes,vnus siue plures,sui vel alieni iuris : hoc enim solū spectatur,an liber sit.l.iii.§.hæc verba.ff.de lib.homine exhiben.Dico,inuitum:quia qui volentem retinet, nō tenetur, nisi calliditate quādam eum circūuenerit,seduxerit, vel sollicitauerit.d.l.iii.§.si quis volĕtem.Dico,de cuius libertate nō dubitatur:quia si dubium est,vtrum sit liber vel seruus, & sic quādo mouetur status controuersia, nō datur hoc interdictum , sed liberalis causa.d.l.iij.§.is qui.Dico, vt exhibeat:quia agitur vt liber homo retĕtus,in publicū pducatur,& facultas vidĕdi,tangendiq; hominis præbeatur.Exhi-

Exhibere. 10 bere†enim propriè est extra secretū habere.d.l.iij.§.is qui. versi.ait prætor.ff.eo.Et si stat per retentorem,quò minùs

pos

possit hoc interdicto conueniri,vt quia abest,&c.itur ad bona illius.d.l.iij.in fi.Quod autem attinet ad interdicta de aliis personis exhibendis,nota talem regulam:Quicunq; habet aliquod ius reale in persona alicuius, propter quod cõpetat actio in rẽ,is potest intentare interdictum de illa persona exhibenda,seu deducẽda, ad similitudinẽ interdictorũ præcedentiũ,vt dominus agit de vasallo seu ascriptitio exhibendo seu deducendo,ciuitas pro ciue.l.de iure.ff.ad municip.tutor pro pupillo,maritus de vxore exhibenda, etiam si pater eam retineat.l.ij.ff.de lib.exhib. Hanc regulam tractat Bar.in d.l.ij.ff.de liber.exhib. Quod autem dixi de iure reali,fit ad differentiam creditoris,qui quoque ius habet in persona debitoris,sed personale,non autem reale,sicuti pater,quia cedendo liberat se.Igitur quoque creditor nõ potest de debitore exhibẽdo agere, sed debet mitti in possessionem bonorũ eiusdem.l.fi.§.fi.ff.de libe.homine exhib.

Interdicta†priuatæ vtilitatis specialia,quæ causa rei familiaris conseruandæ dantur,sunt duplicia.Quędã respiciũt causam proprietatis,quædã verò causam possessionis. Causam proprietatis respicit de itinere,actuque priuato, & habet duo membra.Primum datur contra eum, qui turbat aliquem,qui hoc anno itinere,actu,vel via priuata, non vi nec clam,nec precario vsus est.l.j.in princ.ff.de iti.actuq; priuato.Dico turbat,ad differentiam illius,qui vtentem seruitute omnino eiicit:contra illum enim datur vtile interdictum vnde vi,vt infrà dicemus.Dico,hoc anno: quia hîc nõ quæritur,vtrum vtens non habuerit seruitutem iure impositam nécne,sed tantùm an itinere,actu,vel via priuata hoc anno, modico tempore,id est non minus quàm xxx. diebus vsus est.Non enim necesse est semper ire, cùm plerunque itineribus vel via non vtamur,nisi cùm vsus exegerit. d.l.j.§.hoc interdicto.ff.eod.Si tamen quis propter inundationem non vsus sit itinere,actuque hoc anno, vel per vim prohibitus, cum superiore anno vsus sit,potest nihilominus petita restitutione in integrum hoc interdicto vti.d.l.j.§. si quis propter.ff.eo.Et sic nota,quòd is qui xxx.diebus hoc anno iuit, ambulauit,seu egit: per hoc cõstituitur in quasi possessione iuris eundi,ambulandi,agẽdi,&c.Seruitus tamẽ nondum est cõstituta per hos actus,sed incipit præscriptio currere: quæ si interrupta non fuerit,seruitus constituitur. Dico, itinere, actu

11 Specialia interdicta, quæ priuatã vtilitatẽ spectant.

actu,vel via:nam licet hoc interdictũ detur tãtùm pro seruitutibus rusticis,non autẽ vrbanis.d.l.j.in princ.ff.eod.non tamen datur pro omnibus seruitutibus rusticis, sed tantùm pro istis tribus.Aliarũ enim seruitutũ quasi possessionẽ non acquirimus tã breui tẽpore,vt est ius aquæ ducendæ, & similium:quæ si interdum permittantur, censentur ex quadam amicitia domini fundi concedi,igitur ducens prohiberi potest.Vide de hoc Bar.in d.l.j.ff.eo.Dico, priuato,ad differentiam itineris,seu viæ publicæ,pro quibus dantur alia interdicta,vt de via pudlica,vel itinere publico reficiendo,de quibus suprà.Quod dico,clam,intellige de eo, qui prohibitus vtitur.l.iij.in princ.ff.eod.Quod dico,vsus est,intellige siue fiat per seipsum,vel per aliũ eius nomine, vt per hospitem, colonum,&c.Et datur hoc interdictũ domino alicuius fundi,item emptori,vsufructuario,vsuario, & similibus. Et datur quanti interest illius,qui ire,vel agere prohibetur. l.iij. §.hoc interdictũ.ff.eo.Et hoc mẽbrũ nõ pertinet proprie ad ius proprietatis,sed tantum ad ius quasi possessionis,&c.Secundum membrum istius interdicti datur illi, qui hoc anno non vi,nec clàm,nec precario vsus est via, actu, seu itinere priuato,habetque ius reficiendi cõtra impediẽtem refectionem.d.l.iij.§.ait prætor.ff.de iti.act.pri.Priores partes istius

12 definitionis,suprà tractatæ sunt.Verbum autem, † reficere, hic significat ad pristinã formam,iter,actum,seu viam reducere,hoc est,[illegible]e quis dilatet,deprimat,producat, seu exaggeret.d.l.iij.§.reficere.Dico autẽ,ius reficiendi, ad differẽtiam præcedẽtis mẽbri,quia proximo interdicto omnes vti possunt,qui hoc anno vsi sunt.Hoc autem interdicto is tantùm vtitur,qui hoc anno vsus est,& quoq; probare potest seruitutem iure sibi deberi,& cõstitutã esse.Et ideo agẽs hoc interdicto tenetur duo copulatiuè probare. Primò, quòd hoc anno illo iure vsus sit.Secundò,quòd illa seruitus ei expressè debeatur.d.l.iij.§.hoc autem à superiori.ff.eodẽ. Et ideo hoc interdictũ pertinet ad ius proprietatis: quia actor non tãtùm tenetur probare vsum & possessionem, sed ipsum ius seruitutis,tale scilicet ex quo possit intentare confessoriam, vel negatoriam actionem.Est autem hoc interdictum transitorium ad hæredes.l.apparet.ff.de itin.act.priua.

Verbũ reficere.

Interdicta autem,quæ dantur causa conseruandæ rei familiaris, respiciũtq; causam possessionis,sunt triplicia, adipisc

piſcendæ,retinendæ,& recuperandæ.

DE INTERDICTIS ADIpiſcendæ.

1 *Interdicta adipiſcendæ quæ ſint, & quotuplicia.*
2 *Interdictum quorum bonorum quid ſit & vnde dictum.*
3 *Petitio hæreditatis, & interdictum quorū bonorū, nō dātur contra titulo poßidentem: & quæ ſit huius regulæ ratio.*
4 *Interdictum quorū bonorum, duplex eſt, vtile & directum.*
5 *Interdictum quorum legatorum, quibus & contra quos datur, & quare inter edicta adipiſcendæ numeretur.*
6 *Quoties incertum eſt quæ actio potius teneat, poſſumus duas intentare, & proteſtari ex altera nos conſequi quod nobis debetur.*

INterdicta†adipiſcendæ dantur illis, qui de nouo conantur adipiſci poſſeſsionem rei, quam priùs nuuquàm habuerunt. Ideo ſi quis adeptus poſſeſsionem eam amiſerit, hoc interdictum ei inutile eſt.§.ſequens.verſic.pro poſſeſſo re.hîc tit.noſtro.Sunt autē interdicta,adipiſcendæ tria,quorum bonorum,quorum legatorum, & Saluianum interdictum.Quorum†bonorum datur bonorum poſſeſſori de iure prætorio pro adipiſcenda poſſeſsione bonorum hæreditariorum corporalium contra poſsidentem pro hærede,vel pro poſſeſſore.l.j.ff.quorū bonorum. Et eſt in effectu nihil aliud,quàm petitio hæreditatis.Quod enim eſt petitio hæreditatis de iure ciuili,hoc eſt,quorū bonorū de iure prætorio.Dicitur autem quorum bonorū,ideo, quia edictum prætoris his verbis incipit: Quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſsio data eſt,&c. Dico autem,bonorum,in plurali: quia hoc interdictum non datur pro ſingulis rebus, ſed pro vniuerſitate, ſicuti petitio hæreditatis.d.l.j.ff.quorum bon. Quod dico,poſſeſſori,tu intellige pro vna vice, nempe pro hærede iuris prætoris,cui ſcilicet competit bonorum poſſeſſio. Primùm ex edicto prætoris mortui, quæ edicta appellantur, vt vnde liberi, vnde cognati, vnde vir, & vxor, &c. Deinde cui illa bonorū poſſeſsio per iudicem viuum decreta eſt,quæ decretalis appellatur,vt colligitur ex text.iuncta glo.in d.§.ſequens.in verb.data eſt.hîc titu.noſtr. Licet Angelus hîc teneat hodie non eſſe neceſſe, ꝙ iudex bonorum poſſeſsionē decernat,ſed ſatis eſſe coram iudice poſſeſsionē bonorū agnoſcere,licet ſuā authoritatē non interponat, Dico

1 *Interdicta adipiſcēdæ*

2 *Sunt triplicia.*

Dico, pro adipiſcenda:quia hoc interdictum datur ei, qui poſſeſſionem nunquã habuit:ſed vult de nouo adipiſci. Qui enim poſſeſſionem habet,& turbatur in ea, agit interdicto vti poſsidetis,vel vtrobi:qui verò eam amiſit,agit rei vendicatione,vel Publiciana, vel interdicto vnde vj,&c. vt infrà dicemus.Dico,poſſeſsione, ad differentiã petitionis hæreditatis,quæ datur non pro adipiſcenda poſſeſsione,ſed proprietate rerũ hæreditariarũ,ſecundũ glo.ſuper rub.C. quor. bon.Dico,bonorum hæreditariorum:quia non diſtinguitur ſiue actor ſit bonorum poſſeſſor ex teſtamento,vel ab inteſtato.l.ij.C.quor.bono.Deinde quoque non refert,ſiue reus omnia bona hæreditaria poſsideat,ſiue partem eorum,ſiue vnam aliquam rem.Dico,corporalium:quia res incorporales,vt iura,ſeruitutes,&c.in hoc interdicto non veniunt.l.ij. ff.eo.Et in hoc iterum differt à petitione hæreditatis, quia in ea veniunt quoque res incorporales, vt iura, ſeruitutes, &c.l.item videndum.§.ſi.cum ſimi.ff.de peti.hæred.Quod dico,poſsidentem,tu quoque extende ad eum, qui dolo deſiit poſsidere.l.j.ff.eod.Quod dico,pro hærede, tu intellige de eo,qui dicit ſe hæredem,cùm ſciat ſe hæredem non eſſe. Item intellige de eo,qui putat,& credit ſe hæredem,cùm tamen non ſit.Licet enim poſteriori caſu titulus pro hærede habeatur pro ſufficienti ad inducendam vſucapionem,vt ff. & C.per totum,pro hæred.priuſquam tamen vſucapio completa eſt,non habetur pro ſufficienti titulo, per tex.l.ſic iuncta gloſſ.& d.l.j.ff.eod.Quod dico, pro poſſeſſore,intellige de eo,qui dicit ſe poſsidere pro rebus ſuis,nec tamen poterit allegare titulum ſiue cauſam ſuæ poſſeſsionis. Nam licet regulariter nemo teneatur allegare titulum ſuæ poſſeſſionis,tamen in petitione hæreditatis, & interdicto quorum bonorum,fallit regula.l.cogi.C.de pet.hær. Sit ergo actor cautus,vt ante litem conteſtatam interroget reum ſimpliciter, an bona hæreditaria poſsideat: ſi neget ſe poſsidere,nec actor poſſeſsionem probauerit, ceſſat interdictum. Actore autem probante poſſeſsionem contra negantem, transfertur poſſeſsio ſine alia cognitione in eum, propter rei mendacium.l.fin.ff.de rei ven.Si autem reus fateatur ſe poſsidere,interrogandus eſt quo titulo poſsideat: ſi allegauerit titulũ,tenetur eum probare cũ omnibus ſuis qualitatibus.Vt ſi allegauerit titulũ emptionis, tenetur oſtendere

-a quo,& quanto pretio emerit: quod si probauerit, iterum cessat interdictum. Sicut†enim contra titulo possidentē nō datur petitio hæreditatis, ita quoq; nec interdictū quorum bonorū.d.gl.super rub.C.quorū bon.cum ibi notatis. Ratio autem quare illæ actiones non dentur contra titulo possidentem, hæc est: quia agens ad bona hæreditaria, habet solum titulum hæreditarium, quo se fundat agendo: possidens autem res hæreditarias cum titulo habet duo, scilicet possessionem & titulum, & sic est eius causa potior merito: ergo ab eo, qui nudum titulum habet, vinci non debet. Si autem titulum non probauerit, vel respōderit se possidere pro hærede, seu pro possessore, tum propriè competit hoc interdictum. Est†autem interdictum quorum bonorum duplex, directum & vtile. Directum datur bonorū possessori de iure prætorio. Vtile verò datur hæredibus de iure ciuili, secundū gl.super rub.& quæ ibi not.per Bart.Bal.& Sal. C.quor.bo.

3 Quare contra tit.possidentem nō detur nec petitio hæredita. nec quorū bonorum.

4 Est duplex.

Interdictum†quorum legatorum datur hæredi, & bonorum possessori contra legatarios, qui sine voluntate hæredum occupauerunt de facto legata, vt titulo pro legato ea possideant, vel dolo desinant possidere, ad hoc vt res legata restituatur, & præstetur interesse. Hoc interdictum dicitur ideo adipiscendæ, quia locum habet, si legatarius occupando præuenit hæredem, qui rei legatæ nunquam habuit possessionem. Si enim aliquo modo habuisset, & amisisset, cōpeteret interdictum recuperandæ. Quod dico, hæredi & bonorū possessori: tu extende quoque ad hæredes eorū, non autem ad alios successores. Quod dico, contra legatarios, intellige de meris legatariis. Si enim hæredi quid prælegatum esset, & id occupasset propria authoritate, cessaret hoc interdictum. Idem dic de donatario mortis causa, nisi rem legatam habeat, vt donatum, d.l.j.§.si quis.ff.quorum leg. Deinde extende etiam ad hæredes legatariorum, & alios eorum successores, siue sint vniuersales, siue singulares. d.l.j.§. legatorum.ff.eod. Dico, sine voluntate: quia si hæres post aditam hæreditatem, vel agnitam bonorum possessionem consenserit occupationi, cessat hoc interdictum. Si autem ante aditam hæreditatē cōsensisset occupationi, nihil operatur is cōsensus, d.l.j.§.quod ait prætor.la ij.ff.eod. Quod dico, de voluntate hæredum, intellige de omnibus hæredibus. Si enim vnus consentiret, alij verò nō, vnius consensus non

5 Quorum legatorum.

imped

impediret interdictũ.d.l.j.§.si alter.Dico,de facto, quia nemo debet sibiipsi ius dicere,sed ab hærede iusto ordine petere,si quid debetur.d.l.j.ver.etenim æquissimũ.Dico,legata simpliciter:quia hoc interdictũ datur indifferẽter pro q̃buscũq; rebus legatis de facto per legatarium occupatis, siue sint corporales,siue incorporales.d.l.j.§.quod ait prætor.Et in hoc differt à superiori,quod pro rebus incorporalibus non datur.l.fi.ff.quorum bono.Dico,titulo pro legato quia si dicat se possidere pro hærede,vel pro possessore,datur quorum bonorum,vel petitio hæreditatis. Quando tamen incertum est,an pro legato vel possessore,vel pro hærede possideat,potest vtrunque intentari in eodẽ libello, tam petitio hæreditatis,quàm quorum legatorum: vt siue quis pro hærede vel pro possessore possideat: hoc interdicto teneatur. Quoties enim † incertum est,quæ actio potiùs te-
6 neatur. Quoties enim † incertum est,quæ actio potiùs teneat,possumus duas simul intentare,& protestari ex altera nos velle consequi quod nobis debetur.d.l.j.§.quia autem.ff.e.Dico,possideat:nã si quis missus est in possessionẽ legatorũ, causa cõseruandæ rei,nõ dicitur possidere,sed custodire:ideo nõ habet locum interdictum,præsertim quũ etiam eius rei authorem habeat prætorem, nisi fortè legatorum nomine per hæredem cautum esset.d.l.j.§.quæsitum.Quod dico,desiit possidere,intellige si efficit,vt non habeat facultatem restituẽdi.Quòd autem res legata hoc interdicto restituatur,agaturq́ue ad interesse,probatur expresśe per tex.l.j.in prin.& per l.ij.§.ex hoc interdicto.ff.quorũ legatorũ.

Quando duab.actionibus simul locus sit.

De Saluiano interdicto diximus suprà,de actione Seruiana.Et tantum de interdictis adipiscendæ.

DE INTERDICTIS retinendæ.

1 *Interdicta retinendæ dicuntur,quibus agimus vt possessionem, quam habemus,retineamus.*
2 *Interdicta retinendæ quomodo diuidantur.*
3 *Interdictũ vti possidetis quibus,& aduersus quos competat.*
4 *Possessionem iustam ille habet,qui de dominio probare potest.*
5 *Interdictum vti possidetis,non datur pro retinendis cloacis.*
6 *Interdictum vti possidetis datur,cùm illi,qui naturaliter ac ciuiliter simul,tum ei,qui naturaliter possidet.*
7 *Agens ex interdicto vti possidetis quid in libello debeat petere.*

8 *Interdicti vti poßidetis,in directum & vtile diuisio.*

INterdicta †retinendæ dicuntur, quibus agimus vt posses- 1
sionẽ, quam habemus,retineamus. Melius enim est pos- *Interdicta*
sessionem retinere,& ab alio cõueniri,quàm actoris partes *retinendæ.*
fouere.Nam si possessionem retinemus, & is, qui cõtra nos
petitorio agit,in probatione defecerit,manet res penes nos,
etiam si non ad nos, sed ad ipsum petitorẽ iure dominij,vel
quasi,&c.pertineat.§.retinẽdæ.hîc tit.nost.Sunt †autem du 2
plicia. Aut enim dantur pro rebus corporalibus,aut pro iuri- *Sunt dupli*
bus incorporalibus.Quæ verò pro rebus corporalibus dan *cia.*
tur,subdiuiduntur.Vnum datur pro retinẽda possessione re
rum corporaliũ immobilium:& dicitur vti posidetis.Aliud
verò vt vtrobi,datur ꝓ retinẽda possessione rerũ mobiliũ.

Interdictũ † vti posidetis,datur illi,qui iusto tẽpore res 3
immobiles,quæ posideri possunt,non precariò,nec vi, nec *Vti poßide*
clàm ab aduersario posidet cõtra turbantẽ,ad hoc vt posses *tis.*
sionẽ quietẽ retineat,Et est mistũ quoddã:nã illi,quibus hoc
interdictũ cõpetit,interdũ actores & rei sũt vtrinq;.Quãdo
enim contẽditur de possessione, & incertũ est,vter litigan-
tiũ posideat,cõpetit vtrique hoc interdictũ. Vincit autẽ is,
qui longiorẽ,& iustiorẽ possessionẽ probauerit.Licet autẽ, *Possesso-*
in hoc interdicto petitoriũ & possessoriũ non posint simul *rium præit*
cõcurrere,quia priusquàm ad petitoriũ perueniatur, deter- *petitorio.*
minari debet possessoriũ,tamẽ ad probandã possessionẽ iu
stiorem,admittũtur positiones,& articuli de dominio. Et is
tunc quoque cẽsetur iustiore habere possessionẽ, qui de do
minio probare poterit.c.licet causam.§.ex præmisis.extrà,
de probat. Dico autẽ in definitione,iusto tẽpore:quia is,qui 4
hoc interdicto agit, ꝓbare debet se possedisse duobus tẽpo
ribus,nẽpe tẽpore turbationis, & quoque tẽpore litis cõte-
statę.§.sed hodie.cũ multis simi.hîc tit.nost.Et si reus cõtra
actorẽ possessionẽ probantẽ ꝓbare velit,probet actorẽ à se
clàm,vi,vel precariò possedisse.d.§.sed hodie. Dico,res im-
mobiles,ad differẽtiã interdicti vtrobi,quod datur pro reti
nẽda possessione rerũ mobiliũ, vt ĩ.dicemus. Dico,quæ pos
sideri possunt,ad differentiã rerũ communiũ, publicarũ,sa-
crarũ,sanctarũ, religiosarũ,quæ posideri nõ possunt, sicuti
nec dominio nostro subiici. ĩ.de rer.diuisio. in princ. Nota
† quoque obiter,ꝙ hoc interdictũ non datur pro retinẽdis 5
cloacis, quia alia interdicta propterea proposita sunt.l.j. in

princ.ff.eo.Dico,non vi,nec clàm, nec precariò:quia clãdestinam vel violẽtam possessionẽ quis retinere nõ potest,sed debet restituere.d.l.j.§.fi.ff.eo Dico,ab aduersario:quia si à tertio quodá cl:,vi,vel prę:ariò possideret actor, nihil inte: esset aduersarij.d l.j §.fi.& l.ij.ff.eod.§.hodie.hîc tit.nost.

6 Dico,possidet:quia†hoc inte dictũ primò datur ei,qui naturaliter & ciuiliter possidet. Secũdò ei,qui naturaliter tãtùm possidet,vt vsufructuario,vsuario, vasallo, & similibus, qui cùm turbantur in possessione naturali,tamen hoc interdictũ retinẽt l.fi.ff.eo.Deinde dico, possidet,ad differentiá creditorũ & aliorũ,qui missi sunt in possessionẽ,nõ vt possideãt, sed vt custodiant.d l.iij.§.creditores.ff.vti possidetis. Quod dico,contra turbantẽ,tu intellige de quolibet impedimẽto, per quod inquietatur quis,quo minus possessione rerũ suarum vti possit. Quod multis modis fieri solet,de quibus in d.l.iii.§.hoc interdictũ sufficit ff.e. Dico,vt quietè retineat:

Quibus datur.

7 quia hæc est causa finalis istius interdicti. Ideo†actor in libello primũ petit reũ cõdemnari vt à præsenti turbatione desistat,& caueat de non turbãdo in futurũ,prętẽtq; interesse,quãti scilicet actori interfit,liberá possessionẽ non habuisse.l.si duo.§.fi.cum gl.ff.vti possidetis.

Conclusio in libello.

8 Est†autẽ hoc interdictũ duplex,directũ,& vtile.Directũ datur pro retinẽda possessione rerum corporalium immobiliũ,& oritur ex verbis legis. Huc refer omnia, quæ suprà in definitione dicta sunt. Vtile verò datur pro retinenda quasi possessione iuriũ incorporaliũ. Dico,vtile: quia ex verbis legis non habetur, sed colligitur ex eius mente.Dico,pro retinẽda quasi possessione:quia res incorporales non possidẽtur,sed quasi possidẽtur.c.querelam.§.nos igitur cum simi.extrà,de elect. Secundò dico,pro retinẽda quasi possessione:quia si quis velit agere pro retinẽdo iure ipso,& non tantùm quasi possessione,non cõpeteret interdictum:sed actio confessoria,vel negatoria,vt suprà diximus de actione confessoria.Dico,iuriũ incorporalium,ad differẽtiam præstationum personalium: vt si es mihi obligatus, vt singulis annis des decem aureos, si in illa receptione turbor,non datur hoc interdictum, sed actio ex illo contractu,vnde obligatio orta est:nisi fortè aliquod ius prætenderem in persona sic obligati: vt quia dico esse vasallum vel adscriptitium meum. per ea, quæ notãtur in l.ij.ff.quorum bonorum. Datur itaque pro turbata quasi posses

Est duplex.

Res immobiles tantùm quasi possidẽtur.

possessione vsufructus, vsus habitationis, iurisdictionis, iuris recipiendi seruitia inter aliquos homines, vt vasallos, & similes, per ea, quæ not. in c. licet. §. ex præmissis. iuncta glo. in verb. possidetis. extrà, de probat.

DE INTERDICTO vtrobi.

1 *Interdictum vtrobi, datur pro retinẽda possessione rerũ mobilium*
2 *Interdictum vtrobi, in quibus casibus habeat locum.*
3 *Vis est quadruplex, compulsiua, expulsiua, inquietatiua, & ablatiua.*

INterdictum † vtrobi, datur pro retinẽda possessione rerũ mobilium. Et intellige vtrobi, apud quem illa res est, &c. Huc refer omnia, quæ dicta sunt s. de interdicto, vti possidetis. In omnibus enim conueniũt excepto vno, nẽpe quòd illud datur pro retinẽda possessione rerum immobiliũ, hoc verò pro retinenda possessione rerũ mobiliũ. Habet † autẽ hoc interdictũ locum in duobus casibus. Primò si quis possidet rem mobilẽ, vt equum, & in eius possessione turbatur. Secũdò, quando duo contẽdunt se possidere eandẽ rem mobilem, quod fieri potest: si ego habeo equum, quem dico me verè possidere, tu autẽ obiicis, me à te habere ex causa depositi, cõmodati, vel simili: his enim casibus possessio non transfertur. Interim ergo priusquàm discutiatur, ex qua causa habeat, dubium est vter possideat, datur itaque vtrique, & is retinet possessionem, qui eam probauerit.

Ad quid competat. *Quibus casibus locum habeat.*

Causa istorum duorum interdictorũ est vis turbatiua. Est enim † vis quadruplex, cõpulsiua, expulsiua, inquietatiua, & ablatiua. Compulsiua dicitur, quãdo quis vi vel metu compellitur ad aliquid faciendũ: & ex illa oritur actio quod metus causa. Expulsiua dicitur, quando quis per vim ex possessione rerum immobilium expellitur: & oritur ex ea interdictum vnde vi. Ablatiua dicitur, quãdo per vim res mobiles auferuntur: & ex illa oritur actio vi bonorum raptorum. Turbatiua, seu inquietatiua dicitur, quãdo quis turbatur in possessione rerum suarum: & ex illa oritur interdictum vti possidetis, & vtrobi. Vide glo. in c. ad audiẽtiam. extrà quod metus causa. Causa finalis est, vt retineatur possessio, & desistat reus à turbãdo. Quibus autem modis in his interdictis feratur sententia, vide glo. & ibi Doct. in c. licet. in verb. possidetis. extrà, de probat.

Quotuplex sit vis

DE INTERDICTIS retinendæ.

1 *Interdictorũ retinendæ, quibus agimus ad retinendam quasi possessionem rerum incorporalium, quot sint species.*

2 *Interdictum de superficiebus quando, & quibus detur.*

3 *Conductor superficiei alicuius soli turbatus in quasi possessione, tutius & vtilius agit ex interdicto de superficiebus, quàm ex actione conducti, &c.*

4 *Interdictum de aqua quotidiana & æstiua quod dicatur.*

5 *Aqua quotidiana dicitur, quæ quotidie duci potest, Aestiua quæ tantum æstate duci solet.*

6 *Interdictum de aqua quotidiana & æstiua duplex est, prohibitorium & restitutorium.*

7 *Interdictum inter corriuales datur, quando inter duos est contentio de aquæ vsu, vtroque suum esse contendente.*

1 INterdicta † retinendæ, de quibus agimus, vt quasi possessionem iurium incorporalium specialium quorundam retineamus, hæc sunt, de superficiebus, de itinere actúque priuato, & via priuata, de aqua quotidiana & æstiua. Item inter eos, qui ducunt aquam per eũdem riuum: item inter eos qui ex eodem castello ducunt, de quibus in glo. in §. retinendæ. in verb. ingens. hîc tit. nostro.

2 Interdictũ † de superficiebus datur illi, qui non vi, nec clã, nec precario, sed ex conuẽtione habet ius fruendi superficie in solo alterius, & in eius quasi possessione turbatũ. Dico, ex conuẽtione, vt quia conduxit, vel emit. Licet † autẽ hoc casu cõpetãt quoq; actiones ciuiles personales pro retinẽdo illo iure, vt actio ex conducto, vel ex empto, directæ & vtiles, (Directæ cõtra ipsos locatores, siue vẽditores turbãtes, vtiles verò cõtra tertiũ turbãtẽ: tenerẽtur enim vẽditores, siue locatores. quib' hoc casu cõtra tertiũ turbãtẽ directa actio cõpetit, ipsi superficiario vtiles actiones cedere, &c.) Tamẽ vtilius & tuti' est hoc interdicto quasi in rẽ agere ꝓpter cõmodũ possessionis, vt scilicet, possessio retineatur. l. j. §. qui superficiẽ. ff. de superfi. Dico, in solo alterius: quia is, in cuius solo est superficies, nõ opus habet hoc interdicto: qa cõpetit actio in rẽ, quã habet ꝓ retinẽdo toto solo, vel habet interdictũ vti possidetis. d. l. j. §. is autẽ. ff. de superfi. Huc refer omnia, q̃ de interdicto vti possidetis, diximus. l. j. §. proponitur. ff. eod. Secundũ est de itinere actúque priuato, & de hoc

Interdictũ de superficiebus. 3

supra

supra diximus. Tertiū est † de aqua quotidiana & æstiua, qđ datur ei, qui nō vi, nec præcario hoc anno duxit aquā quotidianā siue æstiuā, ex aquis perēnib⁹ fluētibus, ad vsum & cōmodū suum, ad hoc vt quasi possessionē illius iuris retineat. Dico, nō vi, nec clàm, nec precariò: quia hoc interdictū primùm datur illi, qui scit se habere ius ducēdæ aquæ. Secūdò, illi, qui putat se iure ducere: licet enim in facto errauerit, nihilominus datur hoc interdictū. l. j. §. caput. & §. Aristo. ff. de aqua quotid. & æstiua. Quod dico, hoc anno, non est intelligēdū, ꝙ hoc anno quotidie duxerit, qa satis est vel vna die, siue vna nocte istius anni duxisse: per hoc enim acquisiuit quasi possessionē. d. l. j. §. ꝙ autē. ff. eo. Eodem tamen modo semper ducere debet, quo hoc anno duxit, & non ampliori. d. l. j. §. illud tamē. ff. eo. Dico, aquā simpliciter: quia hoc interdictū quoq; procedit, si à capite vt fonte, flumine vel lacu ducatur, d. l. j. §. caput. Nec distinguitur, siue aquę sint calidę, siue frigidæ, siue sint intra vrbē, siue extra vrbē. l. j. §. idē Labeo. §. siue autē. ff. eod. Quod dico, quotidianā, intellige † de ea aqua, quę quotidie duci potest, hyeme vel æstate, licet aliquo momēto tēporis ducta nō sit. Quod dico, æstiuā, intellige de aqua, quæ quotidie quidē duci potest, æstate vel hyeme: ducitur autē æstate tātùm, non quià non possit hyeme, sed quia non solet. d. l. j. §. quod autē scriptū est. ff. eod. Dicō, aquis perēnibus: quia ex nulla alia aqua potest duci, nisi quę perennis est. d. l. i. §. loquitur. Dico, fluētibus: nā licet quædā aquæ sint perennes, duci tamen non possunt, vt sunt puteales, & quæ ita submersæ sunt, vt defluere extra meatus suos non possint. d. l. i. §. quanquam. Dico, ad vsum & cōmodum suum: quia hoc interdictum non tātùm competit pro aqua ducenda ad agrum irrigandū, sed ad quęcunque vsum: ideò ad rustica vel vrbana prædia quis ducere potest. d. l. i. §. illud quæritur. Imò pecoris vel amœnitatis causa quoque aqua duci potest. l. hoc iure. ff. eo. Est autem † hoc interdictum duplex, prohibitorium, & restitutorium. Prohibitorium est, quando quis prohibetur ne quid faciat, fodiat, serat, succidat, putet, &c. qua ex re illa aqua, quam actor hoc anno duxit, inquinetur, vitietur, corrumpatur, deteriórve fiat d. l. i. §. Labeo. Restitutorium est, vt si cùm aquam duxisses, aduersarius te prohibuerit: deinde tu interim ius aquæ ducendæ amiseris, præstatur per hoc interdictum quod amisisti. d. l. i.

4 *Interdictū de aqua quotidiana & æstiua.*

5 *Aqua quotidiana.*

6 *Est duplex.*

.§.præterea illud sciendum.ff.eod.

7 Interdictu† inter corriuales datur, quando inter duos est contẽtio de aquæ vsu, vtroq; suũ esse contẽdẽte. Et hoc quoque est ꝓhibitoriũ, & restitutoriũ.d.l.j.§.si inter corriuales. ff.de aqua quoti.& æstiua. Idẽ de iis, qui ducũt aquã non ex ipsis capitibus, & fontibus, sed ex castellis, hoc est, ex riuis, siue receptaculis, quæ aquã publicã suscipiũt. Et hoc ius interdũ datur personis, interdũ prædiis. Quod prædiis datur, extincta persona non extinguitur. Quod autẽ personis cõceditur, cum personis amittitur, ideóq; neq; ad aliũ dominum prædiorũ, neq; ad hæredẽ, vel qualẽcunq; successorẽ trãsit. d.l.j.§.ait prætor.cũ seq.ff.de aqua quoti.& æsti. Differt autem hoc interdictũ à superioribus duobus, ꝙ superiora duo pertinẽt ad possessionẽ tẽporariam, & præparãt causam ad acquisitionẽ illorũ iuriũ, hoc autẽ interdicto ad proprietatẽ retinẽdã agitur. Nemini enim competit ius aquæ ducendæ ex castello publico, nisi sit ei assignatum, & specialiter concessum per magistratus.d.l.j.§.permittitur.cum sequẽ.ff.de aqua quoti.& æsti. Et tantum de interdictis retinendæ.

Interdictũ inter corriuales.

DE INTERDICTIS RECVperandæ vnde vi.

1 *Interdictum vnde vi, quibus competat, & vnde habeat nomen.*
2 *Latro, siue prædo, spoliatus debet restitui.*
3 *Interdictum vnde vi, datur secundario etiam pro rebus mobilibus existentibus in re immobili occupata.*
4 *Interdicto vnde vi, recuperantur res omnes occupantis pro fructibus perceptis & percipiendis, ac omni interesse deiecti.*
5 *Interdictum vnde vi, est duplex, directum & vtile.*
6 *Interdictum vnde vi, continet iudicium ciuile & non criminale.*
7 *Spoliatus quibus remediis vti possit.*

1 INterdictum † recuperandæ est vnde vi, quod datur ei, qui vi non legitimã ex possessione rerum immobilium eiectus est, ad hoc vt possessionem recuperet. §.recuperandæ. hîc tit.nostro. Et habet nomen à verbis prætoris, quæ talia erant. Vnde vi tu illum deiecisti, &c.l.j.ff.de vi & vi arma. Dico, vi non legitima: primùm ad differentiam illius violentiæ, quam quis iussu iudicis patitur, vt in executione sententiæ, &c.l.qui restituere.ff.de rei vendic. Secundò, ad differentiam illius, qui, cum eiectus est, possessionem amissam cum moderamine incontinẽti, hoc est, quod ad alios actus

Interdictũ vnde vi.

ext

extraneos nõ reuertitur, recuperat. Cẽsetur enim hoc casu suã possessionẽ potiùs defendere, quàm recuperare. l. iij. §. cũ igitur. & l. qui possessionẽ. cũ ibi no. ff. de vi, & vi ar. Tertiò, ad differentiã illius, qui eiicit, & habet ius cõmune pro se cõtra eiectũ, tũ enim non datur restitutio. c. ad decimas. cũ ibi no. extrà de rest. spol. in vj Dico, ex possessiõe simpliciter. Primùm ideo, quod hoc interdictũ nõ tantùm habet loci, si te eiicio ex possessione tua, sed etiã procedit, si te viõ-lenter eiicio ex possessione mea, quã à me vi, clã, vel precariò possidebas: nemini enim licet sibiipsi ius dicere. §. i ecuperãdæ. cũ simil. hîc tit. nostr. Et†hinc est, quod dicitur, prędonẽ, siue latronẽ spoliatũ restituẽdũ esse. c. in literis. extrà de resti. spol. l. j. §. qui à me. ff. de vi, & vi ar. Secundò Dico, ex possessione simpliciter: quia hoc interdictũ datur ei, qui naturaliter & ciuiliter possidebat: deinde quoq; illi, qui naturaliter tantũ possidebat, vt vsufructuario, & simil. Postremò illi quoq;, qui ciuiliter tantũ possidebat, vt qui absuit, & in absentia ei⁹ possessio per aliũ occupata est, qui redeũtẽ nõ admittit. d. l. j. §. siue autẽ corpore. ff. de vi, & vi arma. Tertiò dico, possessione, ad differẽtiam inquilinorũ, & colonorum, qui cùm nullã habeant possessionẽ, neq; hoc interdictũ eis datur. Depositariis tamẽ, & cõmodatariis, & similibus datur hoc interdictum, quia eorũ interest. d. l. j. Dico, rerum immobilium, ad differentiã actionis, vi bonorũ raptorum & furti, quę dantur pro amissione rerũ mobiliũ, vt suprà dictũ est. Licet†autẽ hoc interdictũ principaliter nõ detur pro recuperãda possessione rerum mobilium, secundariò tamen, & in consequentiã quoq; pro rebus mobilibus existentibus in re immobili occupata, datur. d. l. i. §. illud vtiq;. ff. de vi, & vi ar. Dico, eiectus est, ad differentiam illius, qui in possessione tantùm turbatur: ei enim datur interdictum retinendæ, vt suprà diximus. Dico, vt recuperet: quia hæc est causa finalis istius interdicti, & datur cõtra eũ qui deiecit, vel eni mãdauit, siue iussit, vt quis deiiceretur: Item contra eum, qui eiectionẽ ab alio suo nomine factã ratã habuit. d. l. §. deiecisse. ff. de vi, & vi armata. In hac†autem recuperatione venit primùm, vt res occupata restituatur, & alia quoq;, quæ in ea continebãtur, nec liberatur spoliator interitu rei: qui à tempore delicti est plus quàm frustrator, & fuit in mora. d. l. j. §. quòd autem. & §. rectissimè

2 *Prædo restituendus.*

3 *Pertinet etiã ad res mobiles secundario.*

4

mè.cum similibus.ff.de vi,& vi arma.Secundò, veniūt fructus percepti,& percipiēdi,& omne interesse deiecti,quod scilicet haberet, si deiectus non fuisset.l.i.§. qui autem vi deiectus est.ff.de vi,& vi arma.

5 Est†autem duplex interdictum vnde vi,directum,& vtile.Directum datur pro recuperanda possessione rerum immobilium corporalium,de quo diximus in definitione.Vtile verò datur pro recuperanda quasi possessione rerum incorporalium,vt si quis esset spoliatus reditibus,decimis,beneficiis,&c.Quòd autē in his fieri possit spoliatio & restitutio,sunt tex.in c.nullus.ii.q.ii.c.ad decimas. cū multis simil.in gl.ibi alleg.extrà,de resti.spol.in vj. In directo probat actor se fuisse in possessione,& spoliatum esse. In vtil probat se fuisse in quasi possessione,& spoliatū esse.De hac diuisione vide copiosè Spe.in §.i.& §.ii.in tit.de resti. spol.

Est duplex.

6 Hoc autem†interdictum vnde vi,continet iudicium ciuile,non autē criminale,nec est famosum. Annale autē est de eo,quod non peruenit ad violentum : intellige tamē de anno vtili,non autem continuo.d.l.j.§.annus.ff.de vi, & vi ar.Perpetuū verò est de eo, quod peruenit ad violentū.d.l.j.in prin.ff.de vi,& vi ar.Ideo quoq; datur hæredibus spoliati,& cōtra hæredes spoliātis in id, quod ad eos peruenit, dolóve malo factū est,quò minùs perueniret.d.l.j.§. fi. & l.j.

Ciuile est non criminale, nec famosum.

7 ff.de vi,& vi ar.Dic aūt†breuibus,multa esse remedia,quibus spoliatus vti potest.Primū est,vnde vi,de quo diximus, sed eius loco plerunq; solet intentari actio in factū,obseruatis tū his,quæ diximus.Secūdū est codictio ex decretali,sæpe. extrà,de rest.spol.quæ datur cōtra eū,qui licet nō spoliauerit,tamē rē spoliatam scienter à spoliatore accepit. Tertiū est cōdictio ex canone reintegranda.c. reintegrāda.iii. q.i. quæ est generalis,& datur cōtra omnes possessores,secundū Spe.in §.i.ver.quarū.in tit.de resti.spol. Quartū est auxilium constitutionis,si quis in tantā.C.vnde vi, quod datur simpliciter pro restitutione tā mobiliū, quàm immobilium.Quintū est edictum diui Marci,quod præcepit vt creditor debitorem suū in iudicio cōueniat,alioqui si pecuniā vel rem obligatam propria authoritate acceperit, acceptā restituat,& actionē amittat.l.extat.cū similib.ff.quod met causa.Sextū est de vi publica vel priuata,de qua dicemus.j. de pub.iu.De his,& aliis vide Spe.in d.§.i.in ti.de rest. spo.

Varia remedia, quibus spoliatus vti potest.

Nota

Nota obiter, interdicta adipiscendæ retinendæ, & recuperandæ, propriè dici interdicta, & iudicia possessoria. In adipiscendæ, & recuperandæ possunt cōcurrere petitorium & possessorium, in retinendæ verò non.

De pœna temere litigantium.

Tit. XVI.

1 *Temeritas litigantium, quot, & quibus pœnis puniatur.*



Emeritas litigantium †punitur tribus pœnis, 1 pœna corporali, pecuniaria, & infamia. *Tres pœnæ temere litigātium.*

Corporalis pœna imponitur calūniatoribus, vel similitudine supplicij, vel extra ordinē pro arbitrio iudicis, per tot. ti. de calū. ad Senat. Turpil. Pecuniaria pœna imponitur in multis casibus. Primò, si liberi vel liberti vocāt parētes vel patronos in ius sine venia, puniatur illorū temeritas in quinquaginta aureis. Secundò punitur temere litigās in expēsis & sumptibus, vt C. per to. de fruc. & lit. expē. Tertiò est pœna pecuniaria in omnibus actionibus dupli, tripli, & quadrupli, de quibus ī. Infamia notātur in octo actionibus, de quibus in §. ex quibusdā. hîc tit. nostr. Præter istas pœnas, partes & corū aduocati tenētur de calumnia iurare, q̄ s. credāt se habere iustā causam: & si hoc casu peierauerint, reseruatur pœna Deo.

De officio iudicis Tit. XVII.



Fficiū iudicis est duplex, nobile, & mercenariū. Nobile est, quod versatur circa eā, quæ sunt meri & misti imperij, & de hoc nō loquitur ti. noster. Mercenarium verò est, siue seruile, quod versatur circa ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis, & de hoc loquitur textus noster. *Duplex officium iudicis.*

V E R S. *Si verò.* Id est, bonæ fidei possessor tenetur tantùm de perceptis & extantibus, non autem de consumptis & percipiendis, nisi post litem contestatam: tum enim tenetur tam de percipiendis, quàm consumptis.

De publicis iudicijs. Tit. XVIII.

1 *Delicta publica quæ dicantur.*
2 *Iudicia publica sunt duplicia, ordinaria & extraordinaria.*
3 *Crimen læsæ maiestatis quid sit, & quæ eius pœna.*
4 *Adulterium quid sit, & quomodo puniatur.*

5 *Stuprum quid sit, & quomodo diuidatur.*
6 *Incestus est consanguineorum abusus, & punitur grauiori pœna, quàm adulterium.*
7 *Vis, siue violentia quotuplex sit, & quomodo puniatur.*
8 *Homicidium quot modis fiat, & quomodo puniatur.*
9 *Magia, siue sortilegium, quando, & quomodo puniatur.*
10 *Mathematica quatenus sit licita, & quatenus non. & nu. 11.*
12 *Sepulchrorum violatio quomodo puniatur.*
13 *Plagium quid sit, & quæ eius pœna.*
14 *Crimen falsi quid sit: & quot, ac quibus modis committatur. & nu. 17. 18 19.*
15 *Testis falsus quot, & quibus modis puniatur.*
16 *Notarij falsi pœna hodie est, quòd amittit manum.*
20 *Crimē ambitus quomodo committatur, & quomodo puniatur.*
21 *Crimen repetundarum quid sit, & quæ eius pœna.*
22 *Crimen peculatus quid sit, & quomodo puniatur.*
23 *Sacrilegium quomodo committatur. & quæ eius pœna.*
24 *Seditio quæ sit, & quomodo puniatur.*
25 *Delicta extraordinaria quæ sint, & quomodo puniantur.*
26 *Delicta quot, & quibus modis persequamur.*
27 *Accusatio quid sit, & quot in ea requirantur personæ.*
28 *Accusator criminalis tenetur se inscribere ad pœnam talionis.*
29 *Inquisitio est, quando iudex personam actoris & iudicis simul obtinet.*

Publica iudicia, quæ & quot sint.



1 Vc vsq; diximus de causis priuatis, quæ per actiones exercentur, nũc autem dicemus de delictis publicis. Dicuntur † autem delicta publica, quasi populica, quia cuilibet de populo modò sit habilis persona, ad accusandum, cōpetit eorum persecutio, secundum gl. hîc, in verb. publica.
2 Sunt autem † duplicia, ordinaria, & extraordinaria.
Ordinaria sunt, quorũ pœnæ specificè & nominatim in iure expressæ sunt, quæq; ordine iuris scripti tractantur.
3 Primũ † ordinariũ crimē est læsæ maiestatis, vt qn quis cōtra Imperatorē, vel Rēpub. quibuscunq; modis quid molitur, vel ad hostes fugit. Et dicitur propriè crimē perduellionis, cui⁹ pœna est vitæ amissio, & dānatio memoriæ post mortē, ita ꝙ successorē nō habet, qa fiscus eius bona occupat. per, totũ ti. C. si qs Imper. maledix. & ad leg. Iul. maiest.
4 Secundum est † adulterium, quod in nuptā cōmittitur, & imp

imponitur adultero pœna gladij. Adultera verò verberata in monasteriũ detruditur. Authẽ. sed hodie. C. de adulterio.

Tertiũ est† stuprũ, quod in virginẽ, viduamque honestè vi- 5
uentẽ cõmittitur. Et est duplex, volũtariũ, & violentũ. Volũ- *Stuprum.*
tariũ est, ꝙ volẽte & consentiẽte virgine vel vidua fit, cuius pœna est publicatio dimidiæ partis bonorum in stupratore honesto. In humili verò coërtio corporis cũ relegatione. §. itẽ lex Iulia. hîc tit. nost. Violẽtũ stuprũ est, quando virgines vel viduæ per vim opprimuntur, vel abducuntur non distinguẽdo, siue volẽtes, siue nolentes abducãtur. Et dicitur propriè raptus, cuius pœna est pœna capitis, quã parẽtes vel cognati ipsi sumere possunt à rapiente, si in flagranti crimine depræhenderint: vt C. per totum, de rapt. virg. seu viduarũ.

Quartum† est incestus: & dicitur consanguineorum, vt 6
ascendentium & descendentium, vel collateralium proxi- *Incestus.*
morum abusus. ca. res illa. xxxvj. q. j. Et imponitur grauior pœna quàm pro adulterio, vt colligitur ex c. ij. extra de eo, qui cogn. consang. vxo. suæ. Vide l. si adulterium cum incestu. in princ. ff. ad leg. Iul. de adult. De peccato contra naturam vide in Authen. vt non luxurientur contra naturam. colla. vj. & l. cùm vir nubit in fœminam. C. de adult.

Quintũ† est vis, siue violẽtia. Quæ est duplex, publica & 7
priuata. Vis publica est, quando cũ armis violẽtia commit- *Violentia.*
titur, cuius pœna est in liberis hominibus deportatio, in seruis verò occisio, si inscio domino vim cõmiserit, alioqui est damnatio in metallũ. Vis priuata est, quæ fit sine armis, cuius pœna est adẽptio tertiæ partis bonorũ, & amissio dignitatis & famæ, per tot. tit. ff. & C. ad leg. Iul. de vi pub. & pri.

Sextum† est homicidium, quod fit bifariam, aut per vim, 8
aut veneno, vel arte magica. Vtroq; casu distingue, Aut in- *Homici-*
terficitur extraneus: & pœna occidẽtis est hodie pœna gla- *dium.*
dij, per totum tit. ad leg. Corn. de sica. Aut interficitur vnus ex ascendentibus, vel descendentibus, puta mater, pater, vel filius, &c. & pœna interficientis est, quod insutus culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia, in vicinum mare, vel amnem proiiciatur. per totum titu. ff. ad leg. Pomp. de parric. Et C. per totum de iis. qui parent. vel liber. occid.

Septimum† est magia, siue sortilegiũ: & in hac distingue, 9
Aut fit in finẽ boni, puta vt detegãtur furta, vel fructus ter- *Magia.*
ræ à tẽpestatibus saluẽtur, vt si quis gesserit characteres in

collo

collo,vt custodiatur,&c.& de iure ciuili nulla extat pœna, quia non peccant contra tranquillitatem publicam,nec aliquem lædunt.Quia autem contra Deum peccant,imponit ius canonicum pœnitentiam, extrà, per tot. de sortilegiis. Aut vtitur arte magica ad finem malũ,vt contra salutẽ hominum, vel vt pudicos animos ad libidinem prouocet: & pœna gladij imponitur.l.eorum.C.de malef.& mathe. Ma-
10 thematica† autem propriè loquendo, omni iure est licita. distingue tamen, Aut loquimur de Astronomia, quæ scilicet tradit astrorũ cursus & motus: & indistinctè est licita, quia iura astronomis præmia præscripserũt.l.j.cũ simi.ff.de va.& extra.cog. Aut† loquimur de Astrologia, quę scilicet
11 ex syderũ motu colligit prædictiones & diuinationes:& distingue, Aut qs ex astris prædicit inclinationes,vt fit in natiuitatibus,&c.& licita est Astrologia. Aut prædicit ꝙ necessariò & aliter fieri non possint,quàm astra ostendant:& hoc est prohibitũ.De hac materia vide totã causam xxv.

12 Octauũ† delictũ est violatio sepulchrorũ:in quo distingue, Aut violãtur sepulchra hostiũ:& fit impune. Aut violãtur sepulchra ciuiũ nostrorũ:& subdistingue, Aut dirimuntur tãtùm ædificia,statuæ,siue epitaphia monumẽtis imposita:& datur actio ciuilis in factũ,siue interdictũ, quod vi aut clã cõtra violatorẽ ei,cuius interest,& punitur violans pœna pecuniaria,nõ minus centũ aureis quę agẽti cedũt. Aut in violatione mortuorũ corpora extrahũtur,& ossa diripiũtur,&c.& tũc si violator est humilis persona,afficitur vltimo supplicio: si autem honesta,deportatur in insulã,aut relegatur,vel dãnatur in metallum.C.per tot.tit.de sepulch. viol.

13 Nonũ† delictũ est plagiũ,quod propriè fit, quando quis abducit,& celat patri filiũ,domino seruũ & Reipu. ciuem, & eos sciens vendit,&c.Cuius pœna est, ꝙ plagiarius bestiis subijcitur,si est seruus vel libert⁹: si verò est ingenuus, distin. Aut est vtilis persona:& punitur gladio. Aut nobilis: & damnatur in metallum,vt per totũ tit.ad le.Fla.de plag.

14 Decimũ† est crimẽ falsi.Dicitur aũt crimẽ falsi mutatio veritatis dolosè facta & cõmittitur quatuor modis, dicto, scriptura,facto,& vsu.Dicto cõmittit, vt si qs dicat falsum testimoniũ,vel taceat veritatẽ,vel aliqd acceperit ne ferat testimonium.Et hoc† casu pœna falsi testis est triplex,quia
15 tres lędit.Primò Deũ,pro quo imponitur pœnitẽtia.Secũdò ind

dò iudicē, ꝑpterea fit infamis. Tertiò proximū, cōtra quem testificatur, & punitur pro modo læsionis, &c. Est & hoc crimē falsi, si iudex sciēs malè ꝓnūtiat: quo casu tenentur oēs, qui opē præstiterūt iudici. Item qui falsis legibus vtitur allegādo. Scriptura fit falsum, quando falsum scribitur, vel verū delet: quò refer & hoc, si qs falso sigillo vtitur. Pœna † autē 16
Notarij falsi est hodie, q̄ amittit manum. Itē si qs sibi aliqd in testamento adscribit. Facto † cōmittitur falsum, vt in mo 17
neta & mēsura. In moneta distingue, Aut quis habet potestatē cudēdi, & cudit falsam, & detrahit legitimū pōdus, & tenetur. leg. Cor. de fals. Aut quis nō habet potestatē cudendi: & tūc si alicuius monetā nō recognoscentis superiorē falsauerit, cōburitur, & oīa bona sua cōfiscātur. Aut falsat monetā eius, qui recognoscit superiorem: tunc deportatur, domus aūt, in qua cōmissum est, publicatur. Idē est, si quis monetā raserit, &c. Itē si quis sciens monetā ab alio falsatā exposuerit, fustigatur, vel relegatur. Pœna aūt falsæ mēsuræ est pœna relegationis. Vsu † cōmittitur falsum, vt si quis vtatur in- 18
strumēto falso, vel gerat se pro milite, cū non sit, vel seruus pro libero homine. Itē si quis dolosè vtať falso noīe, &c. Et hi oēs possunt se liberare abstinendo. Et † in summa falsum 19
cōmittititur, quoties veritas dolosè occultať. Generalis aūt pœna falsi est deportatio. Vide tot. tit. ad leg. Corn. de fal.

Vndecimū † est crimen ambitus, qđ cōmittitur, q̄n qs pe- 20
cunia facit se eligi ad aliquā administrationē, vel dignitatē. Eius pœna est deportatio, per tot. ti. ad leg. Iul. de ambitu.

Duodecimum † est crimen repetundarum, quod habet lo 21
cum, quando is, qui est in publico officio, propter munera facit aliquid, quod facere non debet. Cuius pœna est duplex ciuilis & criminalis. Si ciuiliter agitur, condemnatur in quadruplum eius quod accepit. Si autem criminaliter, subdistingue, Aut exitus causæ affert damnum in corpore: & tunc si sequitur mors, pœna est capitalis. Si verò nō sequitur mors, scilicet illius, contra quem accepit munera, sed alia corporis læsio, & mittitur iudex in exilium, bonaq; eius confiscantur. Aut exitus causæ affert damnū in bonis: & pœna est depositio ab officio. Vide totum tit. ad leg. Iul. repetund.

Decimūtertiū † est crimē peculatus, quod habet locū q̄n 22
pecunia publica, res sacra, &c. interempto quoquo modo contaminata est. Circa pœnam distingue, Aut is, qui subtra-

hit

hit, est iudex, & in administratione: & pœna est capitalis animaduersio. Aut is, qui subtrahit, est priuatus aliqs: & pœna est deportatio. Tollit tñ hæc accusatio spatio quinquennij.


23 *Sacrilegiũ.* Decimũquartũ † est sacrilegiũ, quod propriè fit secundũ legistas, quando quis aufert sacrum de loco sacro. Et imponitur pœna pro qualitate personæ, rei, temporis, ætatis, & sexus, pleriq; in furcã suspẽdũtur: hodie plerunq; solent membra corũ rota contundi. Si autẽ quis modicũ de templo extulerit, damnandus est in metallum, vel in insulam deportandus est, si honestus est. vide totum titu. C. de crimine sacrilegij.

24 *Seditio.* Decimumquintũ † est seditio, quod fit, quando quis monet populum contra magistratum. Eius pœna sumitur pro qualitate personæ & dignitate. Aut in furca suspendũtur, aut bestiis subiiciuntur, aut in insulã deportantur, vide tot. titu. C. de seditiosis. Et tantũ de delictis ordinariis: nunc de ex-

25 *Extraordinaria delicta.* traordinariis dicemus. Primum † extraordinarium delictum est incendium, in quo dic, Aut quis sciens & prudens quid combussit: & igne necatur. Aut inscius: & tũc si culpa vel negligentia intercessit, & tenetur resarcire damnum, vel castigatur leuiùs &c. Si verò casu fortuito accidit, meretur veniam. l. qui ædes. & l. si fortuito. ff. de incend. ruina. &c.

Secundũ est concussio, quo tenetur is, qui occasione alicui' dignitatis, vel officij, quod habet, aliquem præmit. Eius pœna est extraordinaria, & arbitraria pro modo delicti. Vide gl. in l. j. in ver. ablatũ. ff. de concussio. Tertium est crimen præuaricationis. Dicitur autẽ præuaricari is, qui aliquem accusauit, & fictitias probationes adduxit omittẽdo veras. Aduocatus quoque præuaricari dicitur, qui partẽ aduersam adiuuat, prodita sua causa. Pœna vtrinq; est arbitraria & extra ordinaria. l. j. iuncta gl. ff. de præuaricato. Quartũ est crimẽ stellionatus, quod habet locum, quando quis varietatis & mẽdacij reus est. Vt si quis vnã & eandem rem sciẽter pluribus oppignoraret. Habet autem hæc accusatio locũ, quando alia actio specialis non extat: est enim generalis in criminalibus, sicuti actio de dolo, vel in factũ in ciuilibus. Eius pœna est arbitraria, modò tamen in vili persona non excedatur damnatio in metallũ, & in honestioribus relegatio. infamat tamen hoc crimen, per tot. tit. de crimine stellion.

Quintum est crimen abigeatus, quod fit, quãdo quis dolo malo alienis insidiatur animalibus, & ea abducit: Eius pœna



pœna est damnatio in opus temporale: vbi tamen frequens fuerit, gladio punitur, per tot.tit.C.de abigeis.

Sextum delictum est occultatio, siue receptio latronum, vel similium: & puniuntur occultatores eadē pœna, qua illi, quos occultant ff.per tot.tit.de recep. Aliæ sunt, vt de termino moto, de effractoribus, de solicitatoribus alienarum nuptiarum. Item de ea, quæ data opera partum abegit, &c. de quibus omnibus vide totum tit. ff. de extraord.crimi.

Persequimur † autem delicta, præsertim publica, tribus modis, per viam accusationis, inquisitionis, & denuntiationis. 26 *Tribus modis delicta persequi.* Accusare † nihil aliud est, quàm reum criminis alicuius per libellum deferre, vel facere ad vindictam: quod in ciuilibus est actio, hoc in publico iudicio est accusatio. In ea autem requiruntur tres personæ, accusator, accusatus, & iudex 27 Accusator † tenetur se inscribere ad pœnā talionis, hoc est, si non probauerit delictum contra accusatum, punietur eadem pœna, quia accusatus, si fuisset conuictus. l.fi.C. de accusa. 28 *Accusator.* Conuincitur contra accusatus manifestissimis probationibus, & luce meridiana clarioribus. l.fin.C.de prob.

Inquisitio † est, quando iudex personam actoris & iudicis simul obtinet, & ita ex officio cōtra aliquem inquirit. 29 *Inquisitio.* Hoc autem casu necesse est, contra quem inquiritur, de crimine esse diffamatum, & quòd fama traxerit originem à fide dignis viris, vt notatur in c.inquisitionis.extrà, de accus. *Denunciatio.* Denuntiatio tantùm fit in foro Ecclesiastico.

SEQVITVR ENARRATIO Textus.

Ordinantur. Scilicet per accusationes, & per modum inquisitionis.

Nec omnino. In ciuilibus agimus, vt nos aliquid acquiramus: in publicis iudiciis autē tantùm agimus ad vindictam.

FINIS LIBRI QVARTI INSTItutionum Imperialium.